Smithsonian
Institution
Libraries

Gift of

an Anonymous Friend

of the Smithsonian

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XV. PARS I.

LIPSIAE MDCCLVIII.

APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH

Venduntur etiam

Amſtelodami apud I. Schreuder, et Petr. Mortier, Londini apud Io. Nourſe, Pariſiis apud Briaſſon, Patauii apud I. Manfré, Holmiae apud L. Saluium.

QH
7
C66
v.15
SCNHRB



I.

Kongl. Vetenſkaps Academiens Handlingar för År. 1765. Vol. XXVI. med. Kongl. Academiens Tilſtånd. Tryckte i Stockholm hos Direct. Lars Salvius på deſs egen Koſtnad, 1765. 8 mai. pl. 21. tab. aen. 11.

i. e.

Acta Academiae Regiae Scientiarum Suecicae anni 1765. Holmiae. Vol. XXVI.

Trimeſtre primum:

1) *De* HARRISONI *horologio maximo* ex calendario aſtronomico Pariſino (*connoiſſance des mouvements coeleſtes*), 1765. excerpta eduntur F. MALLETI. ex quibus conſtat hoc quidem horologio longitudinis problema tantum non ſolutum eſſe et alias eius ſolutiones, inprimis, quae MAYERUS olim Gottingae profeſſor ex theoria lunae in hunc vſum vertere voluit, omnes multo operoſiores eſſe. p. 1. p. 16.

2) Aequationum quarundam differentialium primi et ſecundigradus integrationes edit DAN. MELANDER: ingenium in hac arte non vulgare oſtendens. p. 17.

3) *Tropaeolum quinquelobum nouam eius generis*
p. 32. *ſpeciem* deſcribit PET. IONAS BERGIUS. Ex ſe-
mine inter alia exotica, miſſa, creuit, patria igitur
ignota eſt. Frigus ſatis tolerat; nam in conclaui, qua
hyeme grauiſſimo per plures dies calefactum non
p. 33. fuerat, tamen durauit. Nomen ipſi imponit No-
ſter *tropoeoli* (*quinquelobi*) *foliis petiolatis quinquelo-
bis petalis dentatis.* Tota planta glabra, *radix* peren-
nis fibroſa, *caules* bini ex vna radice, ſimplices, flac-
cidi, teretes, glaberrimi, ſuperne bifidi, vndique
veſtiti ramis ac petiolis. *Rami* breuiſſimi e quauis
axilla petioli ſubnutantes, foliiferi, tandem florife-
ri. *Petioli* alterni, longiſſimi, patentes, flexuoſi,
quibus velut cirrhis ſuſtentacula planta amplecti-
tur. *Folia* glauca lato-ouata, quinqueloba, mar-
gine vndique inflexo criſpo, quinqueneruoſo - ve-
noſa, deflexa, ad baſin petiolo annexa. *Pedunculi*
axillares ſolitarii, vniflori, floribus duplo longiores.
CAL. Perianthium luteſcens, monophyllum, quin-
quefidum acutum, erecto - patulum, cornutum deci-
duum, laciniis ouato - lanceolatis, tribus ſuperioribus,
latioribus, ſubplicatis, inflexis, baſi cornu recto, co-
nico, longitudine calycis. COROLL. *Petala* quin-
que vnguiculata, lutea, erecto - patentia, ad diui-
ſuras calycis inſerta; duo ſuperiora minora, angu-
ſtiora, cuneiformia, ſubintegerrima, calyce paulo
longiora, ſubreuoluta, tria inferiora ouata, obtuſa,
patentia, apice dentata, baſi ciliata, vnguibus li-
nearibus longitudine calycis. STAM. *Filamenta* octo,
ſubulata, erecto - inflexa, ſubaequalia calyce duplo
breuiora. *Antherae* ſubrotundae, ſubquadrangulares
quadriloculares, erectae, ſubpedicellatae. *Pollen* (ocu-
lo maxime armato viſum) pedunculatum: veſiculis,
conum truncatum referentibus. PISTILL. *Ger-
men* ſubrotundum trigonum. *Stylus ſimplex* longitudi-
ne ſtaminum. Stigma trifidum acutum. PERICARP.

Capſulae

DSI

Capſulae tres ouatae, rugoſae, ſublunatae, conniuentes, arcte cingentes ſemina. *Semen* vnicum in quauis capſula, eiuſdem formae, profunde rugoſum, tertia parte minus; quam tropaeoli maximi. Inter plantas congeneres ad ſolum tropaeolum peregrinum quodammodo accedit, a quo, petiolis in baſin foliorum inſertis, differt, petalorum etiam figura. Sapor et odor ſunt, qui tropaeoli maioris. Calix etiam ante florendi tempus adeo apertus, vt ſtamina poſſint animaduerti.

4) *Morbum*, qui *noma* a LINNAEO dicitur, p. 36.
et aduerſus eum *corticis Peruuiani vim* deſcribit GABRIEL LUND. M. D. A LINNAEO in gen. morbor. p. 25. definitur: vlcus, carnes integumentaque depaſcens, cicatricem inducens; infeſtus et ſaepiſſime lethalis eſt, inprimis infantibus tenuioris ſortis, qui in habitationibus, multitudine hominum repletis et paupertate foedis, aerem impurum reſpirant et victu, ſanitati parum conducente, vtuntur. Morbi quatuor ſtadia facit Noſter. Primo infantes moroſi ſunt, pigri, pallent, foetet halitus, nulla vermium indicia. Secundo, adſunt ardor, ſi- p. 37.
tis, diarrhoea, cibi appetitus nullus, diſtincte loqui non poſſunt, dormire nequeunt, eiulant. Tertio, macula quaedam nigro - coerulea, magnitudine capitis aciculae oritur in facie, hoc ſtadium breue eſt, poteſt p. 38.
tamen, vt etiam ipſe vidit, vſque ad ſextam diem produci. Quarto extenditur macula et circumiacentia occupat, accedunt ſymptomata, poſt explicanda. Tertio et quarto ſtadio plerumque nimis ſero medicina paratur. Corticem Peruuianum ve- p. 40.
ro initio morbi feliciter adhibuit, quotidie praebendo corticis, in puluerem redacti, drachmas duas cum iulapio, cui immixtus erat ſpiritus vitrioli acidus. Hoc remedium per 6. dies adhibuit, apparuit qui-

dem macula in collo ſub aure ſiniſtra et pauliſper
ſe extendit, ſed, cum ſquama, vlcus tegens, alternis
vicibus ſpiritu ſalis marini et ſpiritu vitrioli acido
vngeretur, facile receſſit ſquama a partibus circum-
iacentibus ſanis et vulnus purum et apertum reli-
quit, quo parotis et muſculus ſterno-maſtoideus
detegebantur, id conſueto chirurgis modo tracta-
tum, quarta ſeptimana coaluit, cicatricem relin-
quens. Dum vulnus curabatur, per ſeptimanam
p. 41. adhuc corticis vſus continuatus eſt. Conſectaria ex
obſeruationibus ſuis infert haec: morbum non ſem-
per gingiuas adgredi, lethum inferre, nulla, quae in
oculos incurrat, partium nobiliorum laeſione, quo-
niam humoribus corruptis nocet. Ardorem et an-
xietatem comitari morbum, etſi pars, ab eo occu-
pata, ſenſu careat; maculam nigram iam citius, iam
tardius apparere, ei mox occurrendum eſſe; mor-
bum inprimis ſuis ſtadiis ſatis iam poſſe agnoſci, con-
tagio nullo inficere, niſi corpora aliis cauſſis iam an-
te ad recipiendum illum diſpoſita; aegros animi
p. 42. facultatibus ad mortem vſque pollere, cibum etiam
vel breui ante mortem tempore appetere, inciſio-
nem nullum auxilium ferre, vlcere tantillum ex-
tenſo, quoniam hac operatione humores maligni
corrigi non poſſunt, denique corticem Peruuia-
num, acidis mineralibus iunctum, efficax remedium
eſſe, praecipue ſi primis ſtadiis adhibentur. An de-
coctum eius, aut puluis externe adhibita, ſimul cum
vſu interno poſſint etiam in vltimis ſtadiis prodeſſe,
nondum tentauit. Ceterum adhibuit etiam ſpiritum
vini mercurialem, decoctum ſaturatiſſimum radicis
herbae Britannicae interne et externe, mixturam mel-
lis roſarum, tincturae gummi myrrhae et ſpiritus vi-
trioli acidi externe; quae omnia contra morbum iam
adultum nihil effecerunt, validiora forte futura ſub
initium, niſi tunc febris et diarrhoea adſint. Diae-
tam

tam vero, aerem, motum, quamprimum animad- p. 43.
uertitur morbus, mutari conuenit, infantes vero, quos adgredi hunc morbum vidit, omnes fuerunt parentum pauperum, vt diuitibus nihil fere ab eo metuendum ſit, niſi cauſſis quibusdam, vt febre diuturna intermittente, praegreſſis; omnes vero, quos hoc morbo aegrotare vidit inter 2 et 10. aetatis annum conſtituti fuerunt. Illorum vero faciem aut os morbus aggreſſus eſt et aliquando labium inferius et mentum deſtruxit, aliquando labium ſuperius cum magna gingiuarum parte, collo etiam infeſtum, reliquis corporis partibus parcens. Secundum ſtadium interdum euaneſcit, vt tertium primo continuum ſit. Cadauer quidem ipſe nullum aperuit, ſed PETR. VNOE M. D. Medicus Prouincial. retulit, in eo, quod diſſecuit, inteſtina, nullo modo laeſa, ſe vidiſſe.

5) *Tectorum varia genera, quae in aedificiis ru-* p. 44.
ſticis in dynaſtia Calmarienſi adhibentur, examinat ADOLPHUS MODEER. Illa ex ſtramine, ceſpite, aſſeribus, corticibus arborum varie conſtruuntur, impenſas ſingulorum computat et hinc, quae aliis praeferenda ſint, definit.

6) *Locorum quorundam, Vraniburgum circum-* p. 58.
iacentium ſitum geographicum edit NIC. SCHENMARK.

7) *De balneorum, Finnis vſitatorum, utilitate et* p. 69.
damnis diſſerit ANTON. ROLANDSOM MARTIN Med. Candidat. Calefiunt fornacibus, pleraque fumariis carent, fumo circumuagante, donec per portam aut aperturas aeri libero admittendo exeat. Sicca, igne calefiunt, madida replentur vaporibus aquae in fornacem calentem effuſae aut alia per

balneum diſperſae. In ſiccis thermometrum Suecicum ad gradum 60, 75. ſupra terminum glaciei adſcendit, maiorem calorem non ferunt, qui balneis
p. 71. vtuntur. Eo calore nil madet. Funis, item lorum coriaceum longitudinis 18. digitorum calore graduum 62. tertia digiti parte breuiora euaſerunt. In madidis balneis calor gradus 48. aut 50. non ſuperat, omnia, quae illa intrant, madent, lorum et funis longiora euaſere. Fumum occaſionem dare trichiaſi, oculorum morbo, illis in regionibus vulga-
p. 72. ri, ſuſpicatur Noſter. Calorem manus et axillarum, qui naturalem 37. gradus non ſuperat, reperiit gradum 38. 39. in balneo calente gradibus 62. Cum diu moraretur in balneo graduum 50. manus et axillarum calor ad 40. gr. adſcendit, iuuenibus 18. et 25. annorum ad 42., infantes duarum ſeptimanarum, balneis, ad 15. gradus calentibus, ſub initium inferri vidit, poſt calidioribus, eorum corpus gradibus 38. caluit. Pulſus arteriae in ſtatu naturali numerat Noſter 70. 75. ſingulis minutis primis, in balneis 115. 130. numerauit. Viro 60. annorum,
p. 73. numerus pulſuum ad 120. auctus eſt, et animi deliquium ſubſequutum. Puero 11. annorum pulſus in ſtatu naturali fuere numero 80.-90. in balneo 140-150. Infantum tenerorum pulſus numerari non potuerunt; ſed 150. aut 160. vicibus minuto primo reſpirarunt. Tacuerunt eo in calore velut ſemimortui et dormiuere, mox vero rurſus ad ſe ipſos redierunt. Lauantur praeterea etiam infantes bis quotidie aeſtate, ſemel hyeme, vnde videntur Noſtro obſtructiones naſci, quibus infantes multi pereunt. Illo vero balneo febrim excitari in propatulo eſt et aliis ſignis confirmatur, carne rubente et inflammata, ſiti, ſaliua ſpumeſcente, deiectione virium, ſudore. Tranſpirationem iudicat optime ſuccedere, balneo 50. gradibus calente; tunc corpus

pus, velut oleo, illitum apparet et folia penicilli illius, p. 74.
quo corpus verritur (*baderqueſt*) a glandulis, velut ſugendo, attrahuntur, vt cuti adhaereant. Id in calore maiore, aut minore non contingit, neque illis, quibus tranſpiratio obſtructa aut morboſa eſt. Diminuit balneum lac foeminis, vrinam etiam. Extrema digitorum rigent, ſuperficies tota corrugatur, velut ab acidis tractatis, flaccida fit cutis cum muſculis. Hinc, quibus muſculi a labore rigent, p. 75.
balneo recreantur, flaccidam vero balneo carnem fieri vel ſic experti ſunt, qui illo vtuntur, quod faciem rugae ſeniles citius arent. In balneo longitudinem corporis digito circiter creſcere expertus eſt. Caloris gradui maiori adſueſcere homines poſſunt, primo non niſi 45. gradus tolerauit, tandem 60. plerique gradu 50. ſudant, ſed, qui frequentius illo vtuntur, ne 64. quidem. In ſicco balneo calor 60. 70. facilius toleratur, quam 48 - 50. in madido, vaporibus reſpirationem impedientibus. Rarius iam ex balneo, frigidae, aut niui ſe immergunt, damnoſum morem eſſe experti. Puerperae ſtatim p. 76.
poſt partum balneo vtuntur, cum recens nato. Oculos in balneo naturalem ſuum nitorem perdere p. 77.
expertus eſt *.

A 5 8) Iis

* Thermometrum Suecicum 100. gradus numerat a puncto glaciei ad aquam ebullientem. Hinc gradus hi ad aliorum thermometrorum diuiſiones ita reducuntur, vt, gradibus hic inprimis memoratis Suecicis,

36; 39; 40; 50; 60; 70; 75;
reſpondeant Fahrenheitiani
96, 8; 102, 2; 104; 120; 140; 158; 167;

BOERHAAVIUS Chym. T. 1. Tr. de igne Cor. 16. refert, animalia in calore gradum 140. Fahr. extincta eſſe, adeoque multo minore, quam horum balneorum eſt. Pueri ſani calorem in ore ſtatuit grad. Fahr. 98, cui conuenit cum MARTINII experimentis caloris manuum et ſubaxillaris.

p. 77. 8) Iis, quae antea de HARRISONO dicta ſunt, additur 10000 librarum Anglicarum dimidium praemii propoſiti, ipſi data eſſe, imputati tamen 2500, quae iam accepit, reliquas 10000 conſecuturum, ſi horologium eius ad nautarum vſum poſſit facile ab artificibus vulgaribus confici.

Trimeſtre ſecundum.

p. 81. 1) *De mutationibus quibusdam ſuperficiei telluris, inprimis in climatibus frigidioribus* diſſerit EPHR. OTTO RUNEBERG. Multis ſatis cognitis, quaedam etiam minus nota interſerit. Inprimis eo tendit, vt argumenta, quibus diminui perpetuo aquam Suecorum, fundi quidam eruditi contenderunt, examinet. Vbi primo monet, non haberi in ſicca,
p. 86. quam habitamus, globi terraquei parte punctum fixum, vnde metiri poſſimus ſuperficiei, quae aquam terminat, altitudinem, cum montes ſubſident, profunda ex ipſo maris abyſſo attollantur. Si pars ſuperficiei terreſtris, quae v. c. vrbem aliquam ſuſti-
p. 91. net, cauum ſub ſe habeat, cuius conſtitutio ab aquis ſubterraneis mutetur, poſſe partem illam ſuperficiei, vel attolli, vel deſcendere et ſic relationem eius ad maris ſuperficiem mutari, etſi in ipſo mari nihil auctum, aut diminutum ſit. Inprimis vero
p. 92. animaduertit in locis frigidioribus aquam, terrae intermixtam, cum in glaciem abiens, extenditur, magnarum mutationum cauſſam exiſtere. Hinc, quantum aqua expandatur, dum frigore concreſcit, examinaturus, cylindros vitreos; aqua repleuit et fere vndecima ſui parte aquae volumen augeri, dum in glaciem abit, expertus eſt, in cylindris anguſtiori-
p. 93. bus, tantillo minus. KRAFTIUS Comm. Petrop. T. XIV. glaciei et aquae volumina in ratione 1000: 916. eſſe expertus eſt, cum quo experimenta, quae

Noſter

Noſter in tubis anguſtioribus inſtituit, exacte conveniunt, ampliores rationem 1000: 910. edunt. Ex argilla madefacta, vt manibus formari poſſet, cylindrum fecit longum 7, 95 digitos diametri 4, 5 linearum (decimalium), qui cum 6 horas frigori expoſitus fuiſſet, longitudine 1, 75 lin. breuior factus eſt et 30 aſſibus leuior. Similiter, primo vere, cum liquatur nix, cruſta terreſtris contrahitur, a lapidibus, quos forte circumdedit, ad 4 aut 5 pollices recedit, lapides, ante ceſpite tecti, reteguntur, aeſtate ſequente, denuo ceſpite tegendi, agri rimas agunt, cet. Aqua vero, quae madefecit interiora terrae, dum frigore in glaciem abit, terram ſibi ſuperincumbentem eleuat, vnde inaequalitates, cumuli illis ſimiles, quos terra, a talpis eiecta, efficit, etc. Cumulos tales, vere ineunte, diſſecuit Noſter et in illis veluti nucleum aliquem, terra circumiacente magis madentem, vidit, inter quem et ceſpitem, qui exterius cumulum ambit, interdum duorum digitorum diſtantia erat. Ingenioſe vero explicat, quomodo frigoris ope terra, mari adiacens, ex ipſo mari incrementa capiat. Si enim fingamus eiuſmodi terram, autumno aqua perlutam et emollitam, et omnia hieme conglaciata, ipſum vero mare adiacens, quod ibi v. c. ſinum efficit, glacie tectum, aeſtuante vero mari, fluxus vehemens oriatur, qui magnam aquae copiam verſus littus pellat, aqua haec cruſtam glacialem, qua mare in ſinu obducitur, in magnam conuexitatem attollet, eaque cruſta, littoris partibus, quibus adiacet, innixa: easdem ſimul in altum vrgebit eo facilius, quo magis interiora terrae illis in locis madent et materia ibi eam ob cauſſam mollis et tractabilis effecta eſt. Ita vero littoris ſuperficie ſuperiore ab iis, quae ſubiacent, diuulſa, hiatus aperiuntur, in quos ruit aqua adiacens et ſecum foeces

p. 94.

p. 96.

p. 97.

marinas

marinas defert, ibi, poſtquam receſſit aqua, manſuras. Quo modo diuerſa ſtrata littoris ex ipſo fundo maris augeri poſſunt et naſci, variaque marina in illis condi; littus vere poſt plures annos ſupra mare magis, quam ante eminebit, non quod mare
p. 100. decreuerit, ſed quia littus altius factum eſt. Lapis, in aqua poſitus, vbi aqua obducitur glacie et haec glacies etiam ſuperficiei lapidis firmiter adhaeret, cum ipſa hac glacie tollitur, ſi illa ob accedentem in fluxu v. g. maiorem aquae copiam eleuatur, interea vero, vt ante de ripis hiantibus dictum eſt, terra et, quae in mari ſunt, infra lapidem deferuntur, quo fit, vt, cum rurſus ſubſidet lapis, altius quam ante vltra aquae ſuperficiem quaſi decreuiſſet, aqua emineat. Haec non contingunt apici montis alicuius, ex aqua prominenti, aut etiam lapidi, ſolo molliori incumbenti. Igitur qui, an diminuatur aqua nec ne? diſputarunt, quilibet ſuae ſententiae fauentes, lapides inuenerunt; etſi hi lapides neutram ſententiam probent. Quae et alia, eo pertinentia, fuſe et ſubtiliter explicat.

p. 116. 2) *Dies, quibus lacus ingens, Mälar appellatus, inter* Holmiam *et* Weſteros *quotannis a glacie liberatus, nauigationi rurſus patuit, edit* ABR. A. HÜLPHERS. Ex diario ſodalitatis nauigatorum deſumti ſunt inde ab anno 1715 ad 1765; medium ex omnibus ſumendo, glacies reſoluta haberi poteſt
p. 117. Aprilis 20 vel 21. Sed horum annorum ſeriem biſſecando et medium ſumendo, tum ex prioribus 27 annis, tum ex poſterioribus; glaciei ſolutio media, prioribus incidit in 16. Aprilis, poſterioribus in 25 Aprilis, vt iam ver tardius accedere videatur, quam ante, cum tamen communis ſententia ſit eaque ceterum ſat vero ſimilis, quo magis ſyluae caeduntur, et regiones coluntur, eo magis vim frigo-

ris frangi et clima temperatum reddi. Plerumque nauigari poteſt lacus adhuc nouembri menſe; interdum ipſo decembri. Sinus eius et freta arctiora tardius ipſo lacu conglaciantur et citius liberantur.

3) *De calculo eclipſium* diſſertationem inchoat F. MALLET in plures articulos diuiſam, quorum *primus*, qui iam editur, *paralaxin* in *tellure ſphaerica* conſiderat et eius computum ad formulas commodas reducit. p. 118.

4) *Experimenta electrica cum laminis vitreis, ſibi mutuo attritis inſtituta*, recenſet TORBERN BERGMANN. Experientia teſte quodlibet fere corpus, M. cum alio A. tritum, negatiue electricum fit cum alio Z. poſitiue; ſed hunc ordinem turbant, frictionis, ſuperficiei et aliae varietates; quo igitur leges et cauſſae perturbationum pateant, experimenta ea ſimplicitate inſtituenda ſunt, vt unum ab altero non niſi ea conditione differat, cuius examen accuratius intenditur. Eo fini Noſter iam ſibi mutuo affricuit laminas vitreas, quantum fieri potuit, eiusdem per omnia conditionis, experimenta, nec contrahi in breuitatem, nec ſine omnibus figuris explicari poſſunt; ea vero ſola ratione optime explicantur: vitrum, magis calens, poſitiuum fieri, coloratum vitrum frictione cum eo, quod colore caret, ſemper negatiuum fit, quod ex materiis metallicis, quibus colorantur vitra, intelligitur. Caeterum cum FRANKLINI hypotheſi de cauſſis phaenomenorum electricorum aliqua obſtent, Noſter quidem exiſtimat, ſequentibus cum omnibus experimentis conuenire: 1) Eſſe duo electricitatis genera, quorum quoduis ſolitarium eosdem effectus edat, ſed coniuncta ſe mutuo deſtruant. 2) Quoduis horum generum naſci ex abundantia certe cuiuſ- p. 127. p. 133. p. 136. p. 140.

dam

dam materiae, quae ſingulae agant, coniunctae vero, vt menſtruum, ſolutione ſaturatum, quieſcant.

p. 142. 5) *Scleriam, nouum genus plantae, ex America* deſcribit, PETR. IONAS BERGIUS. Plantam in-
p. 143. ter ſiccatas Surinamenſes ROLANDRI Noſter poſſidet. Character genericus hic eſt: Flores *maſculi* in eadem planta cum feminis mixti. CAL. Gluma 5-vel 6-valuis, diſtiche imbricata, ouata, multiflora: valuulis ouatis, acuminatis, carinatis, concauis, arcte clauſis, integerrimis, perſiſtentibus; inferioribus minoribus anguſtioribus. COR. Valuulae plurimae, oblongae perſiſtentes, calyce paulo longiores, ſtamina diſtinguentes. STAM. Filamenta plerumque 3. ſetacea longitudine corollae, intra vnamquamque valuulam corollae. Antherae incraſſatae. Flores *feminei*. CAL. vt in maſculo, ſed vniflorus. COR. biualuis, valuulis lanceolatis acutis oblique flexis, calyce breuioribus. PIST. Germen ſubrotundum, baſi innixum fundamento ore ſubciliato. Stylus filiformis. Stigma ſimplex. PERICARP. nullum. SEM. vnicum globoſum, ſuboſſeum, magnum, nitidum, apice tuberculatum; baſi cinctum calyce. Species duae deſcribuntur etiam a Noſtro et depinguntur. 1) Scleria, flagellum nigrorum dicta. 2) Scleria mitis. Prioris caules et folia aculeis armantur, Bataui illa ad ſeruos puniendos vti dicuntur; eſt LINNAEI ſchoenus ſecans. Syſt. nat. ed. 10. p. 865. Ab ea nomen generi Noſter dedit, alteram ſpeciem, aculeis carentem, apud nullum autorem reperit. A ſchoeno differt ſcleria, quod monoecia eſt, item calyce,
p. 147. qui eſt gluma ſexualuis, cum ſchoeno biualuis ſit.

6) *Succi*

6) *Succi, ex fraxini foliis expreſſi, vires contra viperarum morſus experimento* docet LAUR. MONTIN M. D. Med. Prou. Hallandiae. Duo ſaltem reptilia venenata ſunt Sueciae coluber berus. Linn. Syſt. ed. X. et coluber cherſea, Suecis *Aeſping* dictus (deſcriptus LINNAEO Comm. Ac. Sc. 1749. Trim. IV. 1.) Vltimus rariſſimus eſt, ſed veneni potentiſſimi, contra quod LINNAEUS fruſtra oleum oliuarum tentauit, theriaca quoque nihil profuit. Eiusmodi coluber ruſtici digitum minimum pedis dextri vulnerauit, ſtatim a laeſo occiſus, qui vero ſex demum horis poſt vulnus inflictum, Noſtri auxilium implorauit, veneno, vt facile intelligi potuit, iam per omnem maſſam ſanguinis diſperſo. Planta pedis et crus rubebant et tumebant, pulſus debilis et intermittens, caput et artus dolebant, vires erant proſtratae, anxietate grauabatur, cibi appetitus nullus, hora poſt meridiem, etſi inde a primo mane cibum nullum ſumſiſſet. Medicus iuniora fraxini folia diſcerpta, quantum manus extenſa capere potuit, in mortario contudit, vino Gallico admixto, ſuccum, quem ſic obtinuit, per linteum preſſum, iuſſit, vt vulneratus hauriret ſingulis dimidiis horis, quantum capit vitrum, quo vinum bibi ſolet; mane et veſperi cataplaſma ex foliis fraxini digito et pedi circumponi ordinauit, hora vero 10. veſpertina olei oliuarum, quantum capit vaſculum, ex quo theae infuſum bibi ſolet, cereuiſiae tenuiori calidae commixtum. Aeger bene dormiuit et die ſequenti melius ſe habuit. In crure tumor nullus viſus eſt, qui et ipſe in pede infimo decreuit, neque dolores amplius ſenſit, debibilis tamen adhuc et anxius. Pulſus plenior et magis aequalis. Iuſſus, quae, die elapſo, fecerat, repetere, ſuccum plus, quam duabus vicibus ſumere neglexit; ſequuta eſt nox inquieta et proximo die

p. 149.
p. 150.
p. 152.

multo

multo infirmior fuit, quam ante, pes rurſus intumuit, rubuit, ſtriae liuidae apparuerunt, pulſus debilis et fere tremulus. Ne igitur hac tertia die ſimili negligentia peccaretur, conſtituit medicus aliquem, qui curam aegri ex praeſcripto haberet et reliquis addidit veſperi theriacam, quantum eius cumulari poteſt in cochleari exiguum, quo theam
p. 153. ſumentes vtuntur; ita ſingulis fere horis melius ſe habuit laeſus, nocte ſequenti tota dormiuit, valde ſudauit et die proximo nihil fere eorum, quae huc vſque illum anxerant, ſenſit. Liuidus color omnis et rubedo maxima ex parte euanuerunt cum magna parte tumoris, pulſus aequalis nec debilis, cibi appetitus rediit. Hac die, eodem remediorum curſu continuato, omnino conualuit, niſi quod pes aliquantum riguerit et ſenſibilitas quaedam maior in digito minore remanſerit, ſed et haec poſt aliquot dies ceſſauerunt et tunc ſucco non amplius vſus eſt. Oleo et theriacae nihil fere hic tribuendum eſſe credit Noſter, quoniam alii in ſimilibus caſibus nullum plane ab iis auxilium experti ſunt. Addidit illa, cum de ſucci viribus incertus eſſet. Illum vero ſolum mederi morſibus colubri beri, ſaepius vidit.

p. 154. 7) *Memorabilia quaedam, quae in coetu Waſſenda inde ab anno* 1720. *acciderunt, refert* TORSTAN WASSENIUS. Vt 1720. medio decembri Albim Gothicum, vbi latiſſimus eſt et praecipitio 50. pedum altitudine cadit, frigore conſtitiſſe. Feminam in matrimonio 18. annorum et 9. menſium partibus 18. edidiſſe liberos 19. vltima vice gemellos, qui breui tempore poſt matrem mortui editi, vel in tenella aetate mortui, vnico filio
p. 158. matri ſuperſtite. In pago Nagelhemenſi infantum recens natorum, ſaepius quarta pars obit, antequam

quam annum vixerint, igitur memorabile eſt, qui 1755. editi ſunt, numero 39, omnes adhuc vixiſſe, dum Noſter haec ſcribebat, aetatis 8. aut 9. annorum, vnico excepto, quem triennem variolae 1758. interemerunt.

Trimeſtre tertium.

1) *Platinae del Pinto examina quaedam chymica* inſtituit IO. GOTTSCHALK WALLERIUS. Coniunxit cum illa inprimis hepar calcis, arſenicum fixatum, pyrites arſenicales et ſulphureos. Experimenta cum deſcribere non poſſimus, addimus ſaltem conſectaria, quae ex illis deriuauit. Platinam del Pinto aeque, ac aurum cum pyritibus, tam arſenicalibus, quam ſulphureis mineraliſari mediante ferro, nam cum hepate calcis et arſenico fixato non mineraliſatur. Mineraliſatam, additis vitrificantibus, borace cet. in vitrum et ſcorias abire, etiam materiis reducentibus admixtis, neque reduci et praecipitari, niſi metallo aliquo addito, in quod colligatur. Igitur vel in ſtatu naturali, peculiari terrae aut lapidi iunctum eſſe, ad magneſiam proxime accedenti, vel nitro, aut arſenico fixato peculiari quodam modo mutari, metallum vero ſui generis eſſe, non recrementum aut mixtum. Vitrum ſaturni e platina optime educi eliquando, vt cuprum ſolet a plumbo liberari.

p. 161. p. 171.

2) *Nouam machinam ſerendo idoneam* excogitauit C. CRONSTEDT. p. 172.

3) *Methodum integrandi* primo anni huius trimeſtri expoſitam, vlterius illuſtrat et applicat DAN. MELANDER. p. 187.

4) *Morbos, quibus electricitatis ope auxilium tulit*,
p. 193. recenſet GUSTAVUS FRIDERICUS HIORTBERG
Parochus Waldenſis in Hollandia. Tentamina ſpa-
p. 194. tio ſex annorum ſuſcepta hic enarrantur. Prima
claſſis morborum, quos electricitas ſuſtulit, *rheuma-*
p. 200. *tiſmi* ſunt, quorum ſatis inveteratos et vſum artuum
impedientes curauit, additis tamen, ſi durare de-
bebat ſanitas reddita, remediis internis, ſanguinem
purificantibus, item frictione et calore. Qui vero
a frigore, humore in locis corporis, olim morbo
ſubiectis, vino aduſto et adipe porcino non abſti-
nebant, ad auxilium Noſtri denuo implorandum
redierunt. Deinde *ſurdaſtris* etiam auditus reſtitu-
p. 202. tus eſt et *aurium tinnitus* ſiluit, cum haec mala ab
obſtructionibus poſt febres nata ſunt. Simul vero
et emollientia auribus iniecit et cochleari ad pur-
gandas aures vſus eſt. Sebum vero aurium emol-
liri electricitate expertus eſt, et cum puellae nouen-
ni, ſex iam annis ſurdaſtrae, veſpere per ambas au-
res tres aut quatuor ſuccuſſus electricos dediſſet,
illaque die proximo rediret, ex aure ſiniſtra co-
piam materiei, ſanguine mixtae, extraxit et acum
orichalceam, varie curuatam, cui ſebum aurium
viſcidum et craſſum adhaerebat; dextram vero au-
rem, materia lutea plenam, reperit, cum die praece-
dente omnia in auribus dura fuiſſent; vnde colligit,
tumores in interioribus aurium electricitate matu-
rari et reſolui. Contracturae medebatur electrici-
tas in ruſtico annorum 22., cui anno aetatis 17. poſt
graues variolas pes dexter inter inſignes dolores ita
curuatus eſt, vt crus parti femoris poſteriori ſe ap-
plicaret, calcaneus lumbos tangeret et miſer non
niſi ſuper pede ſederet; nulla vi crus ita poterat a
femore remoueri, vt digitus interſeri poſſet. Va-
riolas in curuatura interiore genu habuerat magnas
vt alibi, ſed illo in loco tardius ſanatas et, cum ſa-

nari

nari inciperent, crus magis magisque ad femur acceſſit et patella ad eam duritiem tenſa erat, vt lapidem imitaretur. Suſtentaculis duobus fultus, vix per 5. aut 6. paſſuum ſpatium ſubſultando progredi poterat, antequam rurſus quieſceret; nam pes alter etiam debilis et corpus omnino erat cacochymicum tumidum. Noſter igitur, qui credebat, tendines aegri a variolis laeſos eſſe, nulla boni euentus ſpe, multum rogatus, duos ſuccuſſus electricos dedit, poſt quos crus a femore receſſit in ſitum, alterius cruris ſitui ſimilem, poſt tertium ſuccuſſum aeger ſuſtentacula ſua, velut tabulas votiuas reliquit, nec vllo auxilio amplius indigens, abiit. Quae ingens mutatio ſemihora effecta eſt. Poſtero die in frumento flagellis exterendo cum maxime aſſiduis certauit; iam enim per plures annos in domo auctoris ſeruit, miniſtrorum eius validiſſimus et maxime fidus. Nec minus medelam electricitate Noſter attulit *colicae*, *malo iſchiadico, languori et rheumatiſmo* pedum. Viro, quem taeniam habere ex indiciis p. 207.
collegit, ſuccuſſos electricos dedit, conuulſionesque excitauit et, manum abdomini imponens, velut globos pugni magnitudine in abdomine et lumbis mouere ſenſit, poſt anthelmintica dedit et aeger fruſtum taeniae dimidiam vlnam longum emiſit cum aliis breuioribus. *Dolores dentium* tollit etiam electricitas, item *paralyſin: cephalalgiam* et *hemicraniam* rarius, niſi adhibitis ſimul veſicatoriis et venaeſectione. Ceterum bene ſperare iubet aegros, ſi, dum durat operatio, ſudent, tremant, vrina exitum moliatur, calor inſuetus percipiatur, cum punctione et motibus in partibus affectis, totum corpus autem veluti leuius euadat.

5) *Fungum braſſicae* deſcribit BENED. BERGIUS. Braſſicam, vbi in foueis, durante hyeme, p. 208.
cuſto-

cuſtoditur, e foliis ſemina producere, oeconomicorum error eſt, quem Noſter ita redarguit, vt oſtendat, corpuſcula haec, pro ſeminibus habita, nihil omnino ſtructurae ſeminum oſtendere, non membranam, qua teguntur ſemina, non ſubſtantiam farinaceam, cet, ſed meros fungos eſſe.
p. 213. Dubius tamen aliquantum, ad quod genus referatur, demum ita ſentit, vt pro lycoperdi ſpecie habeat nomenque illi det: *lycoperdon* (braſſicae) *globoſo difforme paraſiticum, laeuiuſculum, ſeſſile.*

p. 214. 6) *De aſparagis plantandis* agit I. E. L. EHRENREICH. Culturam oleris vtiliſſimi multo faciliorem reddidit, vt minoribus impenſis et proximo anno, poſtquam plantatum eſt, meſſem vberem praebeat. Res inprimis eo redit, vt tale ſolum aſparagis praeparetur, in quod non nimis profunde radices penetrent, ſed horizontaliter excurrant et caules protrudant. Igitur ſolo argillaceo vſus eſt, cui humum, arena et fimo corrupto mixtum, ſuperaddidit.

p. 221. 7) *Animal marinum ſingulare*, academiae exhibuit MICHAEL GRUBB. Ex China redux habuit illud in Capite Bonae Spei a Batauo, ibi habitante, qui illorum quinque in litore repererat, aeſtu maris, qui vento vehemente vltra conſuetum morem auctus fuerat, eiecta. Animal nulli ante cognitum, qui viderunt, illud iudicarunt.

p. 225. 8) *Idem animal* accuratius deſcribit PETR. ION. BERGIUS. Eſt vero ipſi teredo, tentaculis ſimplicibus 4. ſubulatis, plumoſis binis lateralibus, dentibus capitis vtrinque 16. deauratis, vagina recta libera. A dentibus coloris aurei chryſodon appellat. Cui vero vſui ſint dentes, illi vix patet,

niſi

niſi ſplendore ſuo inſecta, quibus ſine dubio veſcitur, alliciant. Viuum enim animal nemo vidit praeter Batauum illum, qui languentia in litore reperit et vi ex vagina ſua extraxit, deinde in ſpiritu vini ſeruauit. Hac vero occaſione BERGIUS teredinis characteres genericos paulo aliter conſtituendos monet, quam Ill. LINNAEUS in ſyſtemate naturae, duabus tantum ſpeciebus viſis, determinauit, iam enim plures acceſſerunt. Habet au- p. 227. tem ex noſtri definitione teredo *corpus* cylindricum, lateribus vtrinque aculeatum. *Os* labiis 2. rotundatum. *Tentacula* plumoſa ad caput. *Vaginam* ſeu *tegmen* ſolidum, animal fouens. Species ipſi ſunt ſex 1) Chryſodon, 2) Melitenſis, ELLIS corall. p. 92. tab. 34. 3) Tubus vermicularis ibid. tab. 38. f. 2. 4) Lapidaria, KOHLER Comm. Ac. ſc. Suec. 1754. tab. 3. fig. A. F. 5) Arenaria ELLIS corall. p. 90. tab. 36. 6) Naualis a SELLIO deſcripta. Teredinis, quae chryſodon Noſtro dicitur, teſta etiam hoc peculiare habet, quod nec cum acidis effer- p. 231. ueſcat, nec igne in calcem abeat, ſed in cinerem nigrum, quo et phlogiſton naturae animalis prodit et ad teſtacea referri ſe vetat.

9) *Spartium ſcoparium* hortorum inprimis p. 232. amatoribus commendat PETR. OSBECK. Planta indigena Sueciae eſt, ſed rarior, ramis denſis et late ſe extendentibus, etiam hyeme, cum foliis orbi ſunt, oculos laeto illorum virore delectat. Fructus, etſi hominibus nutriendis nimis exigui ſint, animalibus tamen praeberi poſſent. Sepibus inprimis aptus eſt frutex, multitudine etiam florum pulchrorum amoenus.

10 *Additamentum* diſſertationi praecedenti p. 235. adiicit ABR. BAECK, vſum medicum inprimis

plantae vberius exponens, quem OSBECKIUS breuiter et fere dubitans tetigerat. Flores geniſtae, ab hoc frutice ſumendae, iam rarius praeſcribuntur a medicis Suecicis, forte quoniam ipſa planta rarior eſt.

p. 236. 11) *Aquam mineralem factitiam* deſcribit IO. HAARTMANN M. D. Vncias duas ramentorum ferri et 3. vel 4. ſulphuris contuſi, linteo inuolutas, lagenae, duobus cantharis aquae fontanae repletae, indidit et lagenam obturatam in cella per noctem ſeruauit. Die ſequenti bibendam aegro praebuit, addito ſale cathartico. Ita per plures ſeptimanas continuauit, lagena, poſtquam euacuata erat, rurſus repleta, et in cella re-
p. 237. poſita. Aqua haec gallis aut liquore vini probatorio ita examinata eſt. Vitri ſicci fundo gallas contuſas adfricauit et linteo ſicco deterſit. Aqua infuſa, ſi obſcurius rubuit acidulis naturalibus, aut a liquore vini probatorio infuſo colorem caeruleum marinum obſcuriorem nacta eſt, quam acidulae naturales oſtendunt, tunc, aqua fontana adfuſa, illam diluit. Si vero debilior facta eſt, quod circiter, octo diebus elapſis contigit, limaturae ferri et ſulphuris alia portio indita eſt. Aquae huius vires illas eſſe comperit, quae ſunt acidularum naturalium Oboenſium, inter Suecicas et Finnicas, quas examinauit, optimarum.

Trimeſtre quartum.

p. 241. 1) *De magneſia* experimenta edit SWEN RINMANN. Nouas quaſdam ſpecies magneſiae examinauit, CRONSTEDTIO in tentamine mineralogiae (cuius etiam Germanica exſtat verſio)
p. 255. non cognitas. Generatim vero experientia ſua confir-

confirmat, quae POTTIUS docuit, magneſiam ex terra alcalina conſtare, proxime ad eam accedente, quae baſin aluminis conſtituit. Calcaream naturam colligit ex grauitate inſigni ſpecifica, item quod cretae ad modum, aquam attrahat, igni vero, quo vſtulare dicunt mineras, expoſita multum ponderis perdat, ſoluatur ab acidis cet., Iam, ſi magneſiae praecipuus character ſit, vitrum colore intenſe rubente, qui granati dicitur, tingere, accidentale eſt, quod aliquae ſpecies, a Noſtro examinatae, nigrae ſint, ponderoſae, manum tractantis velut fuligine conſpurcent et phlogiſto cuidam arcte vnitae ſint; ille enim vitro eundem, quem diximus, colorem praebent aeque, ac albae et colore orbae. Ferrum vero accidentaliter hic ſaltem admixtum p. 256. eſſe credit, neque ad naturae magneſiam pertinere, quam inter lapides refert abſque alio additamento in igne fuſibiles, propriam vero terram pro baſi habentes.

2) *Animal marinum* deſcribit ALEX. MICH. A STRUSSENFELT, fortificatoriae rei praefectus et eques ordinis gladii. Refert illud ad holothurias, nominatur itaque holothuria, phantapus, collo caudaque ſquamoſa, abdomine longitudinaliter quadrato punctatoque. Collum contrahere poteſt, quo ipſo alia plane ſpecie ſpectatur. Hinc Suecum nomen ipſi tribuit *ſpectrum marinum*. Externam faciem et anatomiam ſatis exacte deſcribit, inter haec muſculos, quorum ope contractio illa abſoluitur. Rarius animal eſſe videtur, quoniam aliquot annorum ſpatio pauca ſaltim e mari extracta ſunt in freto, inter Landscronam et Huennam e profunditate 18 - 20 orgyiarum. p. 256.

 3) *Appara-*

p. 266. 3) *Apparatum electricum, quo aegris opem fert,* depingit et deſcribit GUSTAV. FRIDERIC. HIORTBERG. Machina vtitur, quam mechanicus Britannus EDUARD NAIRN conſtruxit, varia vero inſtrumenta ipſe excogitauit, quibus electricitas commode certis partibus corporis applicetur, vt, fila craſſiora orichalcea, quibus pars cruris et femoris ita includi poſſit, vt ea ſola ſuccuſſum electricum recipiat, reliquo corpore nihil ſentiente, bacillos orichalceos in patellam ſphaericam cauam ab vna parte, conuexam ab altera, deſinentes. Cauam applicat oculo, cataracta laborante occluſo, ſi coecitas praeterea cum doloribus in oculo velut puncturis iuncta ſit. Dolores hos ſuſtulit, viſum reddere non potuit, dum applicaretur electricitas, coeci tamen validas ſcintillas ante oculum viderunt. Eoſdem bacillos eo extremo, quo in globulos conuexos deſinunt, auribus ſurdorum et quibus tinniebant aures, immiſit, interdum lato au-
p. 270. xilio. Odontalgiam electricitate leuaturus, bacillum orichalceum, extremo acuto in dentem dolentem immittit, alterum extremum obtuſum dente tenetur, qui dolenti opponitur, ne vero hic dens effectus electricos ſentiat, extremum illud puluinari exiguo ſericeo obductum eſt. Ita ſpatio ſex annorum dentium dolore aliquot centenos liberauit, effectu interdum ſatis diuturno, ſi a frigore poſt-cauerint. Notatu dignum eſt, quod feminae cuidam contigit. Ea dentibus laborans, vt prima tentaret vim electricam, adduci non potuit. Itaque alia femina, eodem malo adfecta, coram priore auxilium electricitatis adhibuit, quod cum vidiſſet prior, et ipſa decreuiſſet, adhibere electricitatem, bacillo, quem diximus, intra os ſumto, ſudare incepit et dolores dentium ceſſarunt, neque iam redierunt, tertio ab hoc euentu, quo haec ſcripta ſunt anno.

Quibus

Quibus pedes et plantae illorum dolent, illos, nudatis pedibus, inſiſtere facit machinae cuidam, ſoleae formam habenti, ſed eminentiis rotundis conſitae, quibus ictus electrici in plantam propagantur. Reliqua ſine figuris explicari non poſſunt. p. 273.

4) *Obſeruationes ad tabulas numerorum et conditiones incolarum Sueciae exhibentes* continuat EDUARD FRID. RUNEBERG. Hac parte, quae ad aetatem et ſexum pertinent, recenſens. Aetatem in decennia diuidit, quantus virorum, quantus feminarum numerus ſit, hoc vel illud decennium agentium, enumerans. Claſſes autem hominum pro aetatis ratione tres conſtituit. Qui nondum quintum aetatis annum attigerunt, aut octuageſimum ſuperarunt, tantum abeſt, vt aliis prodeſſe poſſint, vt e contrario ipſi aliorum auxilio indigeant; ſe ipſos cuſtodire paulatim incipiunt, qui intra 5. et 15. aetatis annum verſantur; deſinunt intra 65. et 80. conſtituti. Igitur aliis et ſibi ipſi maxime inſeruit media claſſis hominum, intra 15. et 65. aetatis annum conſtitutorum. Has igitur claſſes, pro numero hominum, ſexus diuerſitate, gradibus mortalitatis cet. inter ſe comparat et, quae ad illas reipublicae cura pertineat, oſtendit. p. 274.

5) *Oculum ſingulari modo affectum* deſcribit IO. LAUR. ODHELIUS M. D. aulae regiae medicus. Puella annorum 3. inflammatione oculorum, quae variolas comitabatur, dextrum quidem omnino perdidit; ſiniſtrum, poſtquam ceſſabat inflammatio, leucoma denſum, flauo albeſcens texit vel ipſum diei noctisque diſcrimen miſerae occultans. Adhibitis, anno labente, remediis variis, inprimis collyrio antiphlogiſtico ſeptico effectum tandem eſt, vt poſſet puella videre, quae in domeſticis negotiis p. 290.

 agenda

agenda ancillae ſunt, ſicque vitam ſuam ſuſtentare, annum iam agens 23, litteras nec diſtinguere poteſt, nec legere didicit. Adhuc tamen leucoma centrum et maximam partem corneae obtegit, libero tantum corneae annulo quodam, non admodum lato, nec aequaliter vbique lato, qualis facies eſt ſolis, lunam in eclipſi annulari ambientis, latiſſimus annulus eſt ad angulum oculi externum. Prope hunc angulum in parte illa corneae pellucida, noua pupilla ſingulari naturae artificio effecta eſt, magnitudine exigui oculi piſcis, ſed quae nec contrahi,
p. 291. nec ampliari poſſit. Per hanc pupillam, lux, quantum ſufficit, illabitur puellae, oculum ita vertere adſuetae, vt haec pupilla medium occupet. Hinc et a medicamentis abſtinuit, pellucidam partem corneae collyrio debet. Credit Noſter imitari poſſe medicum hoc naturae artificium, ſi forte centrum corneae cum pupilla ita obſtructa ſint, vt coecitati alio modo mederi nemo poſſit, confirmari etiam hoc facto exiſtimat ſententiam ſuam, olim traditam, in cataractae operatione non magno periculo vueam laedi.

p. 292. 6) *Oſſificationes quasdam, in arcu maiore aortae repertas*, deſcribit ROLAND MARTIN. Vir annorum 65. cum variis morbis diu conflictatus, ſed anno 1765. autumno ſatis bene valens, ſubito exſtinctus eſt d. 28. octobr. inter coenandum, ſenſibus et mentis integritate ad extremum vitae pollens, nulloque praegreſſo mortis indicio. In cadavere aperto praeter contractiones inteſtini coli, lien paulo induratus, calculos quatuor in veſicula fellea, ſerum in ventriculis cerebri et cerebrum humidum. Praecipua, quae attentione digna erant, in cauo thoracis ſe obtulerunt. In ſinu venae cauae et dextro ventriculo cordis nihil fere ſanguinis reper-

repertum, e diſſecta vero aorta ingens copia ſanguinis effluxit. Quod ab iis, quae in cadaueribus aliis obſeruantur, plane diuerſum, occaſionem dedit, vaſa illa accuratius examinandi, repertumque eſt, aliquantum ad ſiniſtram illius loci, vbi primi magni rami arcus aortae ſeparantur, oſſiculum durum monetae exiguae magnitudine, ſed oblongum, in peripheria tenuius, deſinens in margines cartilagineas, membrana interiore aliquo modo tectas. Orificium ventriculi ſiniſtri, quod aortae iungitur, prope valuulas ſigmoideas inaequalitatibus duris aſperum erat, velut ſtriis oſſeis ad baſes duarum inprimis ex valuulis illis adnatis, puncta oſſificationis ad valuularum ſemilunarium baſes referentibus, oſſiculum vero, et ligamentum ex canali arterioſo BOTALLI ortum ſtudioſe deſcribitur. Ceterum dexter pulmo pleurae adnatus, cauitas thoracis aqua multa repleta, nec non pericardium. Sub finem oſſificationum eiusmodi originem explicat Noſter et ſubitam mortem ex ſyncope deducit.

7) *Conuulſiones a vermibus* deſcribit IO. GUIL. WAHLBOM M. D. Med. Prov. Calmarienſ. Obſeruatae in filiis duabus pauperis viduae annorum 9. et 11. frequentes, ſubitae, vehementes, vt dorſum cauum fieret, aeger vero pedibus et occipite terrae inſiſteret. Remediis adhibitis, ſanati pueri poſt lumbricos multos et aſcarides cum muco plurimo eiectos. Id vero memorabile eſt, quod mater fortuito detexit, conuulſiones ſubito ceſſare, ſi aegri, in paroxyſmo iacentis, facies ab aliquo adflaretur; quo quidem adflatu paroxyſmus ſemper potuit ſiſti, mali cauſſa non tollebatur. Mirabilem effectum cum effectu flatus et frigidae in eos, qui in deliquio iacent, comparat. p. 303. p. 307.

8) *De*

p. 308. 8) *De vſu fellis bouini inſpiſſati contra epilepſiam* refert CARL. FRID. HOFFBERG M. D. et aulae regiae medicus. Monet contra idiopathicam epilepſiam nulla fere auxilia eſſe, ſympathicam poſſe tolli, cauſſas morbi auferendo. Fel bouinum inſpiſſatum, drachmae pondere, in vncia vini Gallici, mane et veſpere ſumi iuſſit, ſaepius hinc bonum euentum expertus. Euacuationes contigerant per
p. 312. aluum et ſaliuam. In excrementis pueri, hoc remedio curati, repertae ſunt membranae vacuae, planae, velut piſorum compreſſae, forte quia morbus a vermibus natus erat, medicamenti vi conſumtis et in mucum reſolutis, membranis illorum poſt eiectis. Quomodo fel contra epilepſiam proſit, ex
p. 324. eius vſu, aliunde noto, explicat. Paſtor WAENERBERG A. M. 1756. in comitiis remedium obtulit contra epilepſiam ex felle vrſi et floribus liliorum conuallium, reditu annuo eam ob cauſſam a ſtatibus regni donatus.

p. 317. 9) *De oſſibus humanis ingentis magnitudinis* refert TIBURTZ TIBURTIUS Praepoſitus et Paſtor, coetus ad monaſterium Wreta. Anno 1764. d. 22. iulii cum cadaueri condendo ſepulcrum fieret, in coemiterio, quod templo Wretenſi adiacet, in profunditate paulo maiore 4. vlnis, in arena repertum eſt ſceleton humanum valde magnum, oſſibus eo ordine, quo in viuo corpore iunguntur, ſitis. Erui iuſſit oſſa e terra et cuſtodire, ſed errore eorum, qui cadauer condiderunt terrae rurſus iniecta ſunt, donec occaſione monumenti ad id ſepulcrum exſtruendi, rurſus extrahi aliqua potuerunt. Caluaria vero tum fracta erat. Maiora tamen oſſa iam in templo cuſtodit, oſſa femoris longa
p. 319. ſunt digitos 23. tibia a genu ad articulationem plantae pedis digitos 18. fibula 15. os coxae longum

gum aut altum digitos 10. ſupra acetabulum digitos 6. Infimum os ſpinae dorſi altum digitos 5. aequalis latitudinis.

10) *Quaedam ad hanc relationem* notat ROLAND. MARTIN. de gigantibus, quos natura corporis humani, vt extitiſſe credamus, non permittit; homines tamen valde proceros, vel ipſi vidimus, vt Tridentinum illum *Gilli*, vlnas Suecicas 4. cum duobus digitis longum. Oſſa igitur illa TIBURTII, hominis fuerunt (ſi fuerunt hominis) 4. vlnas longitudine aliquantum excedentis. Proceritas corporum ſine dubio ab educatione plurimum pendet. OLAUS RUDBECKIUS ſenior Atlanticae T. 3. p. 245. de ruſtico refert, pedes 8. longo, qui vſque in ſeptimum aetatis annum lac matris ſugerat puer, vſque ad meridiem in lecto decubuerat, et 18. demum aetatis anno labori graui ſe applicuerat. p. 319. p. 322.

II. *Chirurgi-*

II.

Chirurgiſche Streitſchriften, welche ſtatt des gewöhnlichen Examens, zur öffentlichen Vertheidigung unter dem Vorſitze des Herrn Prof. HENNINGS, *Oberführers der Wundärzte beyder Königreiche und öffentlichen Lehrers der Wundarzney- und Zergliederungskunſt im königlichen Hörſahle der Wundärzte zu Kopenhagen aufgeſetzt ſind von* FERDINAND MARTINI, *Wundarzt. Kopenhagen, bey Gabriel Chriſtian Rothens Witwe und Proſt.* 1764. 8. pl. 13.

i. e.

Diſſertationes chirurgicae, Praeſide HENNINGIO, publicae diſceptationi expoſitae a FERDINANDO MARTINI.

Libellus hic varias obſeruationes continet, ex quibus nonnullas recenſere operae pretium duximus, cum ingenii vim et attentionem ad mutationes naturae in iis deprehendamus, quamquam a chirurgo, principiis ſcientiae medicae non ſatis imbuto, neque obſeruationibus, ab aliis declaratis, inſtructo, conſcriptae ſunt. Sunt autem diſſertatio-
p. 2. nes varii argumenti. Prima *de formatione calli* exponit. Callus bonus interdum praeſente oſſis carie exiſtere poteſt. Neque ſemper ad margines vulneris fit oſſearum particularum appoſitio, ſed et in medio. Quod originem eius ſpectat, ſaepe eam ſuppeditat in vulneribus cranii intumeſcens ſenſimque durius redditum cerebrum; in aliis partibus perioſteum, partes carnoſae et tendinoſae. Non
p. 9. autem formatur per effuſum ex vaſis ſuccum, qui poſtea indureſcat, ſed aeque ac cicatrix partium mollium ex elongatis vaſis: qua vero ratione haec

in

in os mutentur, difficile dictu eſt. In ſtructura eius
non tantum fibrae ſeu tubuli oſſei conſpiciuntur,
ſed etiam pariter, ac in oſſe ipſo vaſa mollia, inter
ſe communicantia, quae numquam oſſeſcunt. An
ipſe callus, ſi deſtruatur, noui calli materiem prae-
bere queat, incertum eſt. Cuncta haec in addita-
mentis, fini totius libelli ſubiunctis, vlterius illu-
ſtrantur.

Secunda diſſertatio *de paracenteſi in hydrope ab-* p. 25.
dominis agit, vbi ante operationem vectio aegri in
curru ſupra faſcias, abdomine aliquantum pendulo,
ſuadetur, et inciſio, quae lanceola fit, acus trique-
trae vſui praefertur. Operatione finita, iniectio
aquae calcis viuae proficua cenſetur, peculiari ap-
paratu peragenda.

Tertia diſſertatio *communicationem ventriculo-* p. 39.
rum cerebri perpendit, quae in ſtatu naturali negatur,
et demum ſub adminiſtratione anatomica cerebri,
aut flatu in alterutrum ventriculum immiſſo, aut
corpore calloſo, vi eleuato, ideoque ſepto pellucido
diducto vel diſrupto, oriri aſſeritur. *De ſenſilitate*
tendinum porro agitur, quae iisdem vix conceditur:
argumenta tamen noua nulla inuenimus, ſed ea tan-
tum, quibus iam alii vſi ſunt.

In quarta diſſertatione varia argumenta per- p. 61.
tractantur, ex quibus *repoſitio herniae foraminis oua-*
lis, ita peragenda iubetur, vt, inciſione ſuper os
pubis per muſculos rectos facta, alterum elapſi in-
teſtini extremum, digitis per vulnus immiſſis, in ab-
domen retrahatur. In ano coalito anus artificia- p. 62.
lis eo in loco efficiendus eſt, quo colon parieti ab-
dominis preſſe adiacet. Si clyſter iniectus fuerit,
aeger in latus dextrum, pedibus, quantum fieri
poteſt, eleuatis, reponendus et nonnihil concutien-
dus eſt. Abſceſſus ad anum fiſtulis originem prae-
bet,

bet, ſi inciſura margini parallela ſit, aut turundae
labia vulneris calloſa reddunt.

p. 71. Quinta diſſertatio *de trepanatione* quaedam pro-
ponit, quae vero praetermittimus, quo *de impedi-*
p. 99. *mentis calli*, de quibus in ſexta agitur, nonnulla pro-
ferre poſſimus. Haec ad tres claſſes referri poſ-
ſunt: ad cariem, corpora peregrina intercedentia,
et ſolidorum aut fluidorum deprauationem. Cariei
ſex ſpecies referuntur, quae, prout maiori, vel mi-
nori gradu differunt, magis vel minus impedimen-
tum praebent, aut natura ipſa, aut artis ope vin-
cendum. Corpora peregrina pro varia eorum
magnitudine, figura, ſitu, indole, varias mutatio-
nes inducunt. Vitia corporis vniuerſalia vel euo-
lutionem vaſorum ex oſſe in locum, vbi callus
gigni debet, vel eorum in os mutationem impe-
diunt.

p. 116. Septima diſſertatio *adiumenta calli* pertractat,
quae maxime in eo poſita ſunt, vt impedimenta
remoueantur. Cariem quod attinet, optimum eſt,
ſi cauſſae, eam inducentes, vel praecaueri, vel remo-
ueri poſſint: hoc autem non ſemper fieri poteſt.
In tractatione de remouendis corporibus peregri-
nis varia monita deprehendimus, quae vim et di-
rectionem globorum ſclopetariorum, fracturas oſ-
ſium et reclinationem cutis in interiora vulneris
p. 128. euitandam concernunt. Opii vſus internus non-
numquam exemptionem corporis peregrini iuuat,
dum ſpaſmum ſoluit. Quomodo vulnera aqua tepida,
veſica bubula contenta, eluenda ſint, ne pus mora
p. 132. corrumpatur, prolixe deſcribitur. Diſpoſitioni de-
mum vniuerſi corporis, ſi calli formationem, aut
impedit, aut retardat, roborantibus externis et in-
ternis, ſuccurrendum eſt; ſcorbutus autem reme-
dia, ei oppoſita, poſtulat. Cauſſa, calli formatio-
nem in grauidis impediens, fere in quadam ſangui-
nis

nis malignitate quaerenda videtur. Oſteocollae demum vires, a chemicis in dubium vocatae, per tot veterum experientias vindicantur et recentiorum tentaminibus commendantur.

Vltima diſſertatio *antliam muci* proponit, cuius ope mucus ex ſanguine educi perhibetur, idque remedium efficeciſſimum in morbis non tantum chronicis, ſed et inflammatoriis quam plurimis praedicatur. Aeger os et fauces frequenti gargariſatione, nares autem reciproca immiſſione et eiectione aquae tepidae eluere iubetur, poſteaque omnes oris fauciumque anguli ſpongia, aqua tepida imbuta, et virgae balenariae affixa, leniter abſtergere, donec nauſeae ſenſus vel incommoda ex cohibita reſpiratione eum ceſſare cogant. Tempus, quo hoc remedium adhibendum eſt, per morbum ipſum definitur. Conducit ſimul vſus internus eorum, quae mucum reſoluunt. Quare mercurii vſus in febribus inflammatoriis, primo ſtadio variolarum, tuſſi, conuulſione et nonnullis febribus intermittentibus magnis laudibus extollitur. Roborantibus autem et adſtringentibus tum demum locus eſt, vbi maxima muci copia iam eliminata eſt.

p. 137
p. 145
p. 150.

III.

Fungi Carrarienſis hiſtoria. Patauii, apud Io. Baptiſtam Penada. 1766. 4. pl. 5. tab. aen. 1.

Tota haec tractatio epiſtolam ſiſtit, ad Cl. FERDINANDUM BASSIUM horti medici Bononienſis praefectum datam a IOANNE MARSILIO, Patauii botanices profeſſore, continetque deſcriptionem fungi cuiusdam, maximae molis, ſingulo anno iuxta Patauium certa ſede erumpentis. Hicce fungus nomen ſuum ſortitus eſt ab oppido quodam

Carraria, intra Patauini agri limites ſito, prope quod fungi huius ſpecies in ſolo ſabuloſo, ab adſtantibus tamen vitibus et pomis vdo quodammodo et herbido, ſponte prouenit. Figura eius ex oblongo globoſa eſt, magnitudo autem diuerſa. Ex duobus iſtis, quos, Auctor, addita icone, illuſtrauit, vnus in recenti ſtatu pondus duodecim librarum non ſuperauit, cum alter ad viginti quinque libras acceſſerit. Subſtantia eſt cellularis, limpido aquoſoque humore turgens, candidiſſima in fungo, recens auulſo, poſt vnum autem alterumue diem in rubrum colorem vergens. Craſſities exterioris corticis tanta eſt, vt inprimis, quando furni calore exſiccatur, tunicae exteriores adeo indureſcant, vt manicae exinde contra frigus a mulierculis parentur. Odor in recenti fungo aromaticus, ſuauis et recreans ab aliis dictus, Auctori grauis et nauſeoſus viſus eſt, qui in teterrimum mutatur foetorem, quando fungus vetuſtate corrumpitur. Etſi in recenti fungo breuiſſimum teretemque pediculum Auctor vidit, eum tamen oneri ſuſtinendo imparem, et tantummodo alimento, ad ſubſtantiam internam vehendo, comparatum putat, quin potius fungum mole ſua ſtare. et telluri, veluti clauus, adhaerere, omnibusque radicibus eſſe priuatum autumat. De genere huius fungi vt et deſcriptionibus, ab aliis datis, multa habet, quae in vtramque partem diſputat. Ad lycoperdon TOURNEFORTII refert, illumque eam eſſe ſpeciem putat, quam idem TOURNEFORTIUS alpinum maximum cortice lacero dixit. Cum itaque, vti ex ſynonimis allatis videmus, verum ſit lycoperdon vulgare, alias bouiſta appellatum, non intellegimus, cur Auctor Ill. LINNAEUM reprehendit, hanc lycoperdonis ſpeciem TOURNEFORTII, ad ſuam bouiſtam referentem, cum ſola magnitudo hunc Carrarienſem fungum notabilem

notabilem quodammodo reddit, a vulgari autem bouiſta haudquaquam diſtinguat. Dubius eſt Noſter: num haec fungi ſpecies ab aliis ita ſit deſcripta, vt pro eadem hac poſſit haberi, praecipue, cum plerique et inter hos nominatim CLUSIUS, fungum hunc venenatum, nec eſui inſeruiens deſcribant; ex mente vero Auctoris, fungi hi Carrarienſis, vix auulſi, teſſellatim conciduntur, et in craticula cum ſale et oleo frixantur, ſine vllo inde ſubſequente periculo. Praeter cibum itaque, cui hicce fungus inſeruit, eius etiam medullam, fomitis inſtar, ad concipiendum ignem aptari poſſe, nullus Auctor dubitat. Certiſſimum quoque in ſiſtendo vulnerum ſanguine eſſe remedium, affirmantibus iam tum BREYNIO, RAIO, aliiſque concedit. Quae vero hactenus de fungi huius proprietatibus expoſuit, ea cuncta vel ex aliorum libris mutuauit, vel in ſpeciminibus, extra ſolum natale ad eum allatis, obſeruauit. Quo itaque fungi hanc ſpeciem in loco natali ipſo inueſtigaret, illuc ſe contulit, et cuncta ibi animaduerſa ſedulo et accuratius adnotauit, quae eo redeunt, vt fungus tantae magnitudinis, ſingulo anno in vno eodemque loco proueniat, et fixam quaſi propiamque ſibi conciliet ſedem, in qua in initio, oui circiter gallinacei magnitudine, conſpicitur, intra ſeptimum vero octauumque diem in tantum volumen commutatur.

IV.

Pathological inquiries and obſervations in ſurgery from the diſſections of morbid bodies, with an appendix, containing twelve caſes on different ſubjects. By RICHARD BROWNE CHESTON, Surgeon to the Gloceſter Infirmary. Gloceſter printed by R. Raikes 1766. 4 mai. pl. 20. tab. aen. 5.

i. e.

Diſquiſitiones pathologicae et obſeruationes chirurgicae ex ſectionibus cadauerum morboſorum collectae, cum appendice, quae duodecim caſus varii argumenti continet. Auctore RICHARDO BROWNE CHESTON.

Cl. Auctor, qui munere chirurgi noſocomii Gloceſtrienſis fungitur, quinque capitibus varias obſeruationes de emphyſemate renum et hepatis abſceſſibus, hydrope ouariorum ac vteri et fungo articuli genu ex ſua praxi collegit, quas ſectionibus cadauerum illuſtratas, variisque adnotationibus auctas, hic nobiſcum communicat.

p. 1. Primum caput comprehendit hiſtoriam emphyſematis, ex fractura coſtarum orti, qua occaſione Cl. Auctor ſimul in modum inquirit, quo eiusmodi malum lethale fieri ſolet. Cauſſa haec eſt. Ictum ſatis validum iuuenis quidam in pectus acceperat, ſtatimque tuſſi valida, lipothymiis frequentioribus metuque ſuffocationis corripiebatur. Pulſus irregularis erat, et nonnunquam plane non ſentiebatur. Accedebat emphyſema, viciniam loci laeſi occupans, ex quo aër, frequentioribus vulnusculis

culis inflictis, emittebatur. Attollebatur tamen iterum tumor, quoties tuſſis accedebat. Venaeſectiones repetitae breue tantum leuamen afferebant; pulſu enim debiliore reddito, aeger tandem, aliquot praeterlapſis diebus, ſuffocabatur. Sectio cadaueris oſtendebat, ſecundam et tertiam coſtarum inferiorum dextri lateris fractam, atque intercoſtales muſculos, pleuram et pulmones eiusdem lateris a fragmentis coſtarum diffractarum laeſos fuiſſe. Nullum ſerum aut ſanguis in cauitate thoracis extrauaſatum erat, neque pulmones emphyſemate turgebant, ſed collapſi et ſolito duriores deprehendebantur. Cordis vero ventriculi, auriculae et coronaria vaſa multo ſanguine admodum diſtenta erant. Ex quibus phaenomenis Auctor Cl. colligit, in eiusmodi caſu non ſemper mortis cauſſam in pulmonum emphyſemate poſitam eſſe, quia potius aerem, qui ſub inſpiratione pulmones ingreditur, eorum veſiculis haud diſtentis, mox e vulnere iterum ſolere egredi. Pulmonibus vero non rite diſtentis, ſanguis etiam per illos non transgreditur. Ex quo etiam factum eſt, vt nulla in illo, quem modo retulimus, caſu haemorrhagia acceſſerit, ſed ſanguis in cauitatibus cordis ſtagnans mortem ſenſim effecerit.

Secundum caput de abſceſſu renum ex veſicae calculo inſcribitur. In eo hiſtoriae aegrorum traduntur, qui calculo veſicae laborabant, vrinamque purulentam ſimul excernebant, ob abſceſſum, in renibus collectum. In his ex irritatione veſicae ſpaſmodicam in vaſis renum contractionem, atque ex ea demum renum inflammationem ortam eſſe, Cl. Auctor putat, idque probare annititur caſu, in quo ex renum calculo veſicam quoque valde affectam obſeruauit. Putamus tamen calculum, in rene p. 9.

 natum,

natum, antequam ad veſicam deſcenderit, inflammationem et abſceſſum producere quoque potuiſſe. Probant porro Cl. Auctoris obſeruationes, licet magnus in rene abſceſſus adſit, tamen nonnunquam nullum pus cum vrina excerni, neque ſemper per hoc ipſum pus, quod cum vrina effluit, abſceſſum minui, cum papillulae renales tantum tenuiores puris partes transmittant, craſſiores vero remaneant.

p. 21. Tertium caput de abſceſſibus in hepate agit. Primo exponit Auctor Cl. de iis, in quibus puris pars per poros biliarios deſcendit, in quorum vno, inciſione exterius facta pureque emiſſo, aeger ſanatus eſt, cum in alio e contrario, licet puris magna pars emitteretur, mors tamen auerti haud poſſet. Deinde demonſtrat, pure per ductus hepaticos in duodenum deſcendente, malum tolli prorſus non poſſe, cum tenuior tantum pars reſorbeatur, craſſior vero remaneat et acrimonia ſua hepatis carnem deſtruat. Poteſt vero, pure per aluum excreto, tamen abſceſſus feliciter terminari, ſi ſcilicet hepar inteſtino colo adhaereat, atque, tunicis huius inteſtini perforatis, magna puris copia vna vice in illud effundatur.
p. 32. In altera huius capitis ſectione Cl. CHESTON agit de abſceſſibus in hepate, qui caluariae fracturis et capitis vulneribus ſuperuenire ſolent. Notum eſt in aegris, qui ex caluariae fractura perierunt, ſaepius poſt mortem abſceſſus in hepate reperiri, quorum originem multi tribuere ſolent metaſtaſi puris, ad hanc partem factae, ita vt MARCHETTIS dolorem partis poſticae et lateralis colli, qui ictum ſaepe ex eius violentia et concuſſione partium ſequitur, (licet nonnunquam in hepatis inflammatione, quoque ex pleurae cohaeſione cum diaphragmate oriatur) pro ſigno puris, ex capite ad hepar

hepar deſcendentis habeat. Hanc vero ſententiam Cl. Auctor ideo reiicit, quia ſaepe eiusmodi abſceſſus fiunt, vbi vel plane nullum pus, vel parua tantum eius copia in cranio collecta eſt, aut riuntur poſt ictum, quo nulla laeſio in capite facta erat. Neque magis fauet opinioni Cl. BERTRANDI, qui horum abſceſſuum originem ex circulatione ſanguinis turbata, regreſſuque ſanguinis ex hepate impedito, deducit, cum ratio non pateat, cur non per hanc ipſam cauſſam alia quoque abdominis viſcera laedantur. Hinc ſuam tandem Cl. Auctor proponit ſententiam atque docet, capite vulnerato, in vniuerſum maxime turbari neruorum in reliquum corpus influxum, et actiones viſcerum abdominis, ad quas rite exercendas influxus ille requiritur; id quod vomitus bilioſi, qui capitis vulneribus ſuperueniunt, ſatis nobis declarare videntur. Hepatis vero actione laeſa, inflammatio et aliae obſtructiones ibidem naſci poſſunt et abſceſſus oriri. Ad quam rem corporis vniuerſi per ictum aliquem concuſſio multum quoque conferre poteſt.

Quarto capite Cl. Auctor de ſcirrho et hydrope vteri atque ouariorum diſſerit. Deſcribit vero primum morbi hiſtoriam et ſectionem cadaueris, in quo ouarium dextrum hydropicum et ex parte quoque ſcirrhoſum erat, altero nullo vitio affecto: ex quo ouario morboſo non ſolum pili, ſed et dens caninus, cuidam cartilagineae parti inhaerens, protractus eſt. Putat tamen Cl. Auctor, pilos hoſce et dentem non foetus cuiusdam, in ouario retenti, reliquias fuiſſe, ſed pilos ex concretione corruptorum humorum natos eſſe, dentem vero ex inteſtino recto, vlcere ibidem nato, ad ouarium tranſiiſſe. Licet vero non negandum ſit, pilos quandoque p. 44.

in ouario repertos eſſe, qui ex ipſa interna ouarii tunica propullulantes, non ad foetum pertinere potuerint *; dens tamen ſimul inuentus, ad reliquias foetus, ibidem retenti ſenſimque conſumpti, omnino referri meretur **. Scirrhus ouarii fere ſemper tandem lethalis inteſtinorum inflammationis cauſſa exiſtit, quae ex compreſſione harum partium a tumore oritur.

p. 60. Quod ad hydropem vteri in grauidis pertinet, addita eſt hiſtoria cuiusdam foeminae, in qua, durante grauiditate, quam ignorabat, tumore abdominis vehementer aucto, periodicus aquae effluxus, quinque vel ſex ſeptimanarum ſpatio ſemper interiecto, tumoreque iterumque de nouo generato, aliquoties obſeruatus eſt. Menſes ſemper, conſueto more, profluebant, et ſemel quoque ex papilla mammae magna ſeri copia emanabat. Partus, conſueto tempore factus, morbum non ſanabat, ſed periodici hi effluxus ad alterum vſque grauiditatem durabant, qua oborta, malum quoque ceſſauit, nec vnquam poſtea rediit. Putat vero Noſter aquas retentas fuiſſe ſpaſmodica quadam orificii vterini contractione, et, aquis euacuatis, conceptum omnino fieri potuiſſe. Fuſius quoque explicat, qua ratione intra vterum et chorion aquae colligi et ſine abortu euacuari queant.

p. 71. Vltimum tandem caput diſſertationem de eo morbo articuli genu continet, quem Angli tumorem album *white ſwelling* vocare ſolent. Vti in vniuerſum articulorum morbi periculoſi ſunt, ita praecipue

* vid. POL. GOTTL. SCHACHERI Progr. de ouario in *atheroma piloſum mutato*, ad diſſertationem SARTORII *de vſu hydrargyri interno*, Lipſ. 1735. 4. c. fig.

** vid. *Edinb. Med. Eſſ.* T. II. n. XVIII. Conf. quoque HALLER *Elem. Phyſ.* T. VIII. p. 46.

praecipue ille, de quo hic agitur; morbus minus felicem exitum habet. De eo autem ita Noſter diſſerit, vt primo fabricam articuli genu in genere deſcribat, et deinde breuiter recenſeat ea, quae alii de morbo hoc diro et ſaepius lethali ſcriptis mandata, reliquerunt. Veteres hoc tumoris genus cum ſpina ventoſa aut paedarthrocace confundebant, ita vt ex Auctoris mente WISEMANNUS Anglus primus ſit, qui de hoc morbo accuratius ſcripſerit, eique nomen tumoris albi (*white ſwelling*) impoſuerit. Poſt eum TURNERUS primo docuit, aegros, qui hoc morbo laborant, ſemper quoque aliis morbis glandularibus affectos eſſe, quod tamen non in omnibus, ita ſe habere Noſter demonſtrat. Recentioribus demum temporibus Cl. Viri MONRO, SYMSON et REIMARUS de eo ſingulari ſtudio egerunt. Licet enim ex multorum quoque aliorum Auctorum obſeruationibus, quae publici iuris factae ſunt, conſtet, illos hunc morbum vidiſſe, tamen ab iis, vt plurimum deſcriptus fuit ſub aliis nominibus, ancyloſis ſcilicet, ſarcomatis, oedematis, tumoris flatulenti, ganglii etc. His praemiſ-
ſis, Cl. Auctor ad ipſius morbi et eius ſymptomatum p. 78.
deſcriptionem progreditur. In initio dolor tantum obſcurus et debilitas articuli genu obſeruatur, accedente tandem leuiore in patellae confiniis tumore, quo tamen tempore, vt plurimum aegri medicique rheumatiſmum tantum articulum hunc occupaſſe, perſuaſum ſibi habent. Increſcente vero malo, tendines quoque indurantur et intumeſcunt, totumque membrum breuius fit. Si malum ex metaſtaſi acrioris cuiusdam materiae ad hunc articulum ortum duxerit, celerius increſcit, quod etiam in ſcrophuloſis accidit. Totus vero articulus ſenſim intumeſcit, neque amplius moueri poteſt, atque dolor, qui in ipſo quaſi oſſe profunde ſentitur,

 aegrum

aegrum vehementer excruciat. Tandem integumenta, in quibus nullum antea vitium adparebat, adhaerent, et dolore in dies aucto, ita exeduntur, vt tenuis et ichoroſa ſanies profluat, ſero lactis, quod caſeoſum adhuc coagulum continet, ſimilis. Si inflammatio vehementior fuerit, pus craſſum nigrum foetidumque excernitur. Vlcere vero hac ratione patefacto, nullum tamen leuamen obſeruatur, ſed doloribus auctis et febre accedente, aeger vel ex hac febre, vel ex diarrhoea colliquatiua perit, niſi, amputato loco affecto, fomes quoque morbi tollatur.

p. 80. Anatomica membri amputati aut poſt mortem demum aegri diſſecti diſquiſitio, Cl. Auctorem docuit, integumenta craſſiora facta eſſe telamque cellulosam, ſub iis poſitam induratam et gelatinoſo humore repletam. Ligamenta vero ſemper multum craſſiora reddita, oſſa ſaepius carie affecta, et cartilagines in mucum quaſi diſſolutae, adparent, licet quoque nonnunquam in aliis nullum in oſſe vitium animaduerti poſſit. Vt plurimum ſola tibia carie affecta eſt, neque haud raro in iunioribus, diſſoluta cartilagine, quae tibiae epiphyſin cum diaphyſi coniungit, harum partium ſeparatio a ſe inuicem
p. 83. obſeruatur. Ex his vero omnibus concludi poteſt, praecipuam huius mali ſedem in ligamentis poſitam eſſe, vaſis ſcilicet, quae ipſam ligamentorum ſubſtantiam adeunt, obſtructis. Hinc in initio diſcutientia, acetum cum ſale ammoniaco et ſimilia Noſter ſuadet, atque in aucto malo, ſi tendines iam induruerint, cauſtica quoque inſignem ſaepius vſum attuliſſe monet *. Vt plurimum acrior materia, quae

* Vidimus moxae adplicationem in hoc caſu vtiliſſimam fuiſſe. Relicta vero fuit ancyloſis, ex motu articuli, per longum tempus neglecto, orta.

quae in vaſis ligamentorum haeret, inflammationem tandem excitat, aut, vaſis diſruptis, ſpecies hydropis articuli genu oritur, de quo morbo in vniuerſum, eiusque et fungi articuli differentia a tumore albo vero fuſius hic Cl. CHESTON diſputat. Licet vero in initio hydrops articuli, qui ex extrauaſatione humoris ortum ducit, ſimilem curationem exigat, ac tumor albus, qui ex obſtructione vaſorum, quae in ligamentis articuli diſtribuuntur, naſcitur; tamen, aucto malo, duo hi morbi omnino ſedulo a ſe inuicem diſtinguendi ſunt, cum inciſio ligamentorum, quae in tumore albo magnam adferre noxam ſoleat, in hydrope autem articuli vtilitatem, quod hiſtoria aegri probat, qui die am- p. 93.
putationis articuli morboſi iam conſtituto, leui facta ab ipſo inciſione humoreque in cauo collecto effluente, praeter medicorum exſpectationem priſtinam recuperauit ſanitatem. Saepius inciſione facta, cum humore, in articulo contento, partes quaedam albicantes denſiores progrediuntur, quae vel, vti Noſter putat, ex coagulo liquoris ſtagnantis oriuntur, vel, quod magis nobis arridet, cartilaginis quodammodo exeſae fruſta ſunt. Iam vero ad p. 97.
explicationem ſymptomatum recenſitorum Noſter progreditur, docetque ligamenta quidem ſenſu deſtituta eſſe, atque eorum vulnera paruum tantum excitare dolorem; interim tamen inflammationem, lente in iis natam, nunquam, fere reſolui, nec aptam ſuppurationem expectari poſſe. Ligamenta externa ſoluuntur in pulpoſam quaſi maſſam, idque magis, quam ipſum ligamentum capſulare, quod diutius corruptioni reſiſtit. Quodſi vero, eo exeſo, liquor articularis quoque ſaniei, ex inflammatione ligamentorum ortae, admiſcetur, tunc ea craſſior, glutinoſior, ſubalbida, mellique albo ſubſimilis excernitur. Punctio ad ſaniem emittendam

in

in interiore latere fieri debet, omnique ſtudio inflammatio praecauenda eſt. Latiore vulnere inflicto, aër, ad cauum articuli penetrans, ſynouiae effluxum ita promouet, vt aegri ex hoc ipſo malo
p. 109. pereant. His omnibus tandem Cl. Auctor plures obſeruationes addit, oſſiumque per hunc morbum laeſionem variis figuris explicat.

p. 119. Appendix duodecim obſeruationes in variis aegris inſtitutas, continet. Earum *prima* agit de hydrophthalmia, quae ex ictu oculi accidit. Punctione facta, quinque vnciae aquoſi humoris effluebant, turgensque eo oculus plane ſubſidebat. Poſt aliquot tamen dies niger, isque foetidus admodum ichor effluebat, et aeger quinto ab operatione die moriebatur. Sectio cadaueris docebat, cariem fundum orbitae occupaſſe, atque, oſſe deſtructo, ipſius cerebri partem plane denudatam et ſphacelo corruptam eſſe. Ex hac obſeruatione colligi poteſt, chirurgum in hydrophthalmia nunquam permittere debere, vt tumor nimium increſcat, quoniam os
p. 123. tum facile quoque deſtruatur. *Secunda* continet hiſtoriam et ſectionem cuiusdam aegri, in quo polypoſae concretiones in cordis ventriculis repertae ſunt; velut *tertia* tradit hiſtoriam puellae, tuſſi et cordis palpitatione affectae, in qua pulmones, ad pleuram firmiter accreti, deprehendebantur. Cum DIEMERBROECKIUS putet, tertiam hominum partem eiusmodi adhaeſione laborare, et experientia doceat, eam reperiri in multis, qui a mala illa confirmatione nulla incommoda paſſi ſint; Cl. Auctor oſtendit, duas huius coniunctionis ſpecies eſſe, cum illa vel mediante denſa aliqua coriacea ſubſtantia fiat, vel pulmonum ſubſtantia ipſa firmiter cum pleura concreta ſit. Prior ſpecies nulla mala ſymptomata producit, poſterior vero, ſi paullo maior eſt,

eſt, reſpirationem omnino impedit. *Quarta* ob-
ſeruatio hiſtoriam abſceſſus in lumbis cum carie p. 128.
vertebrarum, ex ictu, in hanc regionem accepto, orti
continet. Eiusmodi malum ſaepius quoque ob-
ſeruatur in baiulis, qui magna pondera leuare ſo-
lent, muſculis et potiſſimum pſoa, aut, vti nos pu-
tamus, ſaepius ligamentis quoque vertebrarum
laeſis, id quod *quinta* obſeruatio, quae ſimilem p. 130.
fere hiſtoriam tradit, magis adhuc confirmat.
Sexta eſt de calculis in veſica et maiore quadam cal- p. 132.
culoſa concretione in renibus pueri reperta.
Septima et *octaua* de dyſuria puerperarum lethali p. 134.
inſcribitur. In vna puerpera vterus ſcirrhoſus, 136.
cuius fundus non extendi poterat, in pelui dilatatus,
collum veſicae compreſſit, et ad finem quarti men-
ſis grauiditatis gangraenam veſicae & mortem in-
duxit. In altera vterus veſicae mediam partem ita
compreſſit, vt duplex naſceretur cauitas ſuperior
et inferior, in quarum ſuperiorem catheter, cuius
ope vrina ex inferiore emittebatur, penetrare non
poterat. *Nona* teſticulus ſcirrhoſus, *decima* vero p. 137.
induratio telae celluloſae ſcroti, ſine omni aquae 140.
collectione et teſticulis ipſis, nullo morbo vitiatis,
deſcribitur. *Vndecima* vero caries tibiae ex cauſſa p. 141.
interna, in qua os emollitum erat. Emplaſtrum
mercuriale, cuti nondum laeſae applicatum, in hac
aegra dolores ventriculi excitauit, quae, ademto illo,
ceſſabant, iterumque admoto, redibant. *Duodecima*
tandem agit de abſceſſu hepatis, capitis vulneri ſu- p. 142.
perueniente, quam obſeruationem Cl. Auctor ſen-
tentiam de eorum origine ſuperius propoſitam, neu-
tiquam refellere oſtendit, ſed potius ex ea confir-
mat, abſceſſus hos oriri ex neruorum actione, per
capitis laeſionem turbata.

V. *Die*

V.

Die electriſche Medicin, oder die Kraft und Wirkung der Electricität in dem menſchlichen Körper und deſſen Krankheiten, beſonders bey gelähmten Gliedern, aus Vernunftgründen erläutert und durch Erfahrungen beſtätiget von IOHANN GOTTLIEB SCHAEFER, M. D. *Regenſpurg, verlegts Johann Leopold Montag*, 1766. 4. pl. 11½. cum praefatione, et vna tabula, aeri impreſſa.

i. e.

Medicina electrica, ſeu virtus et efficacia electricitatis in corpore humano et morbis eius, inprimis in membrorum reſolutione ratione et experimentis confirmata, a IO. GOTTLIEB SCHAEFER.

Quem ante quatuordecim annos ſuper hoc argumento ediderat libellum Cl. Auctor, nunc nouis acceſſionibus ditatum, publico reddit. Duas autem ille partes complectitur, alteram hiſtoricam et theoreticam, practicam alteram. In priori varia ſunt congeſta, neque lectu iniucunda, neque ſcitu inutilia, quae hiſtoriam variasque dotes electricitatis ſpectant, et partim in aliis ſcriptoribus diſperſa ſunt, partim ex ipſius Cl. Auctoris experimentis de-
p. 4. promta. Huc referimus deſcriptionem apparatus ad onerandam lagenam, cuius clariorem notionem exhibet figura, aeri impreſſa. Mutationes in cor-
p. 25. pore humano, electricitati ſubiecto, oriundae, quarum et alii mentionem fecerunt, non potuerunt non, in id inducere animos medentium, vt eam proficuum aduerſus varios morbos remedium augura-

rentur.

rentur. Pulſus enim augetur, calor naturalis intenditur, ſecretiones et euacuationes promouen- p. 29.
tur: ex quibus virtus electricitatis, excitandi perſpirationem et reſoluendi maſſam ſanguinis, probatur. Poteſt etiam irritare partes externas, et vice epiſpaſticorum aliorumque huius generis remediorum fungi, locumque habere in iis morbis, vbi his vti oportet. His ſtabilitis, in parte practica p. 41.
primum aliorum obſeruationes de morbis, per electricitatem curatis, adducuntur, qui potiſſimum ad paralyſin, iſchiadicum malum, otalgiam, cephalalgiam, rheumatiſmum, tumores ad articulos, ophthalmiam ſeroſam, tremores artuum. arthritidem ſpaſmos redeunt. His quaedam aliae adduntur, antea p. 55.
publici iuris non factae, quibus tandem ipſius Cl. Auctoris experimenta ſubnectuntur. Spectant haec iterum paralyſin, arthritidem, hiſque cognatos morbos. Poſtea reuelluntur obiectiones va- p. 64.
riae aduerſus vſum medicum electricitatis, et diſquiritur, quomodo vſus hicce praeſertim in paralyſi exſpectari queat. Auxilia externa, ad hunc morbum praecipua, ſunt fuſtigationes, vrticationes, frictiones, rubefacientia, quorum idem ac electricae ſcintillae effectus eſt, et quidem maior, quod non, vt illa, partes tantum, quibus applicetur, ſed totum corpus mouet ac mutat. An medicamenta electrica vi imbui eaque efficaciora reddi poſſint aut debeant? tentaminibus confirmandum eſt, theoria certe non repugnat. Neque vero eadem ſem- p. 78.
per electricitatis ſalubritas exſpectanda. Tutior eius vſus eſt ac melior in iuuenibus, quibus viſcera bona ſunt, nec mala longam moram traxere, quam in iis, quibus abundat ſanguis, neruique ſenſibiliores aut debiliores ſunt, aut prouectior aetas, aut virium inopia, aut cerebrum humoribus obſeſſum; in his enim forte facilis apoplexia aut paralyſis induci

duci poterit, quam, ſi adfuerit, curari. Neque
p. 80. conducit, ea vti in aegrotis, haemorrhagiis obno-
xiis, neque in ſenſibilioribus aut tenerioribus, ne-
que in infantibus. Iuuat etiam, antea ſanguinis
molem venae ſectione minuere, partes nociuas
euacuantibus varii generis expellere, et roboran-
tibus remediis vires ſuſtentare. Vtrum com-
p. 82. motio electrica ſanis conueniat, nec ne? Cl. Auctor
ita definit, vt ſanos ab eius crebriori vſu aeque ac
ab alia quauis medicina abſtinere ſuadeat. Sub fi-
nem machinam, qua vtitur in tractandis aegris, de-
ſcribit; quod cum nec apte ſatis paucis verbis con-
trahi, nec abſque figura perſpicuum reddi poſſit,
p. 84. lectores ad opus ipſum amandamus, et tantum no-
tamus, concuſſionem vel ad muſculos membri pa-
ralytici, vel ad principia ramorum nerueorum, ad
illos tendentium, dirigi, eam ad quartam aut dimi-
diam horae partem continuari, et ſubinde partem
affectam pannis calidis fricari, ſuffimigiisque robo-
rantibus foueri debere.

VI.

Diſſertatio inauguralis medica de aqua Pyrawarthenſi, quam publicae diſquiſitioni committit FRANCISCUS TUMA, Vindebonenſis 1765. Viennae, typis G. L. Schulzii, 8. pl. 2. *

§.I. Quum parum contineat noui haec diſſertatio, breues in enarrando erimus. Vicus, quo proſilit hic fons, *Pyrawarth* dicitur, et quinque lapides Vienna diſtat. Regio circumiacens, nec petris, nec mineris diſtincta eſt. Aqua pellucidiſſima prouenit,

* Quum diſſertatio haec numero paginarum careat ordinem paragaphorum elegimus.

prouenit, vaſeque clauſo agitata, nihil emittit aeris. §. 3.
Cum ſpiritibus acidis mineralibus nullam ſenſibilem prodit mutationem, cum alcalinis tamen manifeſtam. Solutiones metallicae, huic aquae inſtillatae, §. 4.
diuerſas praebuere apparitiones, quarum primaria eſt, quod ſolutio mercurii, in ſpiritu nitri facta, ſedimentum flauum dederit, elotusque ex hoc ſedimento puluis aurantium aſſumſerit colorem, qui, aurichalco polito affrictus, argenteum ei induxit colorem. Sal leni coctione ex duodecim libris huius §. 8.
aquae paratus, dimidiam non ſuperauit drachmam, indolisque ſalis fuit medii, ſaporisque amari. Terra vero, affuſo oleo tartari, quod aiunt, per deliquium, acquiſita, leuiſſima, albiſſima et tenerrima fuit. Eiusdem naturae reperta fuit quoque terra, §. 10.
quam limus dedit, qui in vannis ligneis ſubſidet, quibus aqua, pro balneis calefacta, infunditur, cui etiam accedit cruſta terrea, quae ahenis, quibus aqua coquitur, adhaeret.

Ex praemiſſis eiusmodi experientiis Cl. Auctor §. 12.
concludit, aquam *Pyrawarthenſem* continere ſalem medium, baſi terrea praeditum, et principio phlogiſtico inquinatum, acidum autem, quod ſalem medium conſtituit, eſſe naturae vitriolicae, terram vero alcalinae indolis, horumque ex connubio fieri ſalem mineralem ſaponaceum. Ceterum deſtitui principio elaſtico aereo, ſulphure, ferro et alcali minerali: de quo vltimo ideo dubitamus, quod ſolutio mercurii ſublimati, vti ſupra comperimus, flauum deiecerit ſedimentum.

Pauca adhuc adiicit Cl. Auctor de huius aquae §. 13.
vſu medico, tam interno, quam externo. Prior conſiſtit in virtute primas purgandi vias, vrinam mouendi et obſtructiones ſoluendi: alter differt pro gradu caloris, quo balnea adhibentur.

VII.

PAULI ADAMI PANNONII, P. S. M. D. C. C. Hydrographia comitatus Trencſinenſis publicae diſquiſitioni commiſſa. 1766. Viennae typis viduae G. L. Schulzii, 8. pl. 6. ſine praefatione.

In praefatione praemiſſa Cl. Auctor calculum ſat amplum fontium Hungariae medicatorum exhibet, quos inter multi fontes calidi, ſeu thermae, plures tamen frigidi ſalſi & acidulares reperiuntur: quare non immerito ſperat, in tanto numero poſſe dari aliquos, qui, facta praeuia inueſtigatione, *Spadanis*, *Selteranis Carolinisque* poſſint ſubſtitui.

p. 1. Praefationem excipiunt praelegomena, quae comitatus *Trencſinenſis* ſitum, fines, montes, mineras, aerem fluuiosque, quorum princeps *Vagus* dici-
p. 10. tur, adumbrant atque delineant. Diuidit *Hydrographiam* ſuam *in duos ordines* Cl. Auctor. *Primus* agit de aqua communi, ſeu inſipida in genere. Sub hac comprehendit aquam fontanam et fluuiatilem, quae rurſus differt ſecundum loca et terras, quibus ſcaturit, et mollis leuisque, vel dura eſt. Ad detegendas has aquarum differentias, ſigna et crite-
p. 13. ria indicat, quibus cognoſci queunt. Mollis ſcilicet aqua ad hydrometrum etiam leuior reperitur, praeſertim autem carnes duriores, legumina, piſces, fumo induratos, facilius atque citius coquendo reddit molliores, integre etiam ſaponem ſoluit, linteamina ſpurcitie melius purgat, in genere autem artificibus operariisque gratior vtiliorque eſt, quare ab illis quoque expetitur. Dura contra aqua contrarios edit effectus, praeterea ſyrupum violarum marino tingit colore, ab affuſo oleo tartari per deliquium lacteſcit; a ſolutione ſachari ſaturni turbatur et ſedimenta terrea deiicit. Ad has pertinet

aqua

aqua putealis; ad illas aqua, atmoſphaerica Cl. Auctori dicta, vt eſt pluuialis, niualis, roralis et grandinalis, item nebulae et pruinae. Vbi tenendum, aquam, quo puriorem et leuiorem, eo ſaniorem eſſe, omniumque diuerſiſſimis mortalium naturis conuenire.

Sequitur *ſecundus ordo*, qui aquas medicatas ſeu ſapidas, complectitur. Sunt hae tum calidae, tum frigidae. Calidae oriuntur, ſi aquae pyritis in itinere ſub terra occurrunt. Eaedem hae aquae, ſi per longos terrae meatus ante feruntur, quam proueniunt, calorem amittunt, et acidulae euadunt, quae, ſi prope caloris originem prorupiſſent, thermae forent. Sub hac ſolutione pyritarum halitus quidam acido ſulphurei ſe expediunt, et partim aquis fugacem illum acorem impertiunt, partim moleculas ferreas arripiunt, et cum iis ſpeciem quandam vitrioli martis volatilis in aquis conſtituunt, donec particulae hae ferreae, halitu illo profugo facto, ſub forma ochrae rurſus praecipitantur. Et in hac, quam dicunt, praecipitatione, quam ſaepius iam intra terrae meatus accidere putat Cl. Auctor, rationem ſimul quaerit, cur in pluribus thermis et acidulis nihil ferri deprehendatur, quod de thermis quidem, minime vero de acidulis verum eſſe videtur. Fixius autem acidum, decompoſitione pyritarum ortum, ſi terrae alcalinae ſubtili obuiat, natrum, ſi alcali minerali terreſtri, ſalem Ebshammenſem et Selteranum, ſi ſubtiliori, ſalem mirabilem GLAUBERI conſtituit. p. 27.

Praemiſſis his generalioribus theſibus, thermarum *Trencſinenſium* et *Raieczenſium*, tanquam primariarum in comitatu *Trencſinenſi*, examen Cl. Auctor ſuſcipit: cui nonnullarum acidularum in eodem comitatu proſilientium adiungit perueſtigationem. *Trencſinenſes* thermae, quae etiam *Teplicenſes* dicuntur, p. 31.

dicuntur, multis retro iam annis famoſae fuere, in cuius teſtimonium nonnullos adducit ſcriptores, huc thermas de induſtria pertractantes, quos inter ANDREAS HERMANNUS primarius et eruditiſſimus eſt, qui peculiarem *Commentariolum Hiſtorico-Phyſico-Medicum de thermis Trencſinenſibus* 1724 *Lipſiae* edidit. Refert nunc Cl. Auctor quasdam apparitiones, quae illi inter examinandas has aquas obuenerunt, vbi hoc ſingulare eſt, quod aqua, antea limpidiſſima, poſt aliquot horas in balneis et locis, quibus moratur, turbetur, et puluerem flocculentum coloratum, ex albo luteolum, deponat, quem ſulphur thermarum praecipitatum eſſe Cl. Auctor
p. 40. perhibet, contra communem opinionem thermographorum. qui ſulphur non niſi ſublimando fieri, et extra aquas ſolum deprehendi, dixerunt. Thermometro et hydrometro etiam examinauit aquas, et fontis *potatilis* calorem ad 104 gradum thermometri FARENHEITIANI aſcendere; hydrometro autem aquam hanc mineralem aqua ſtillatitia duabus lineis eſſe
p. 49. grauiorem inuenit. Ex variis itaque factis et adductis experientiis, liquido apparere aſſerit Cl. Auctor, in aquis thermarum *Trencſinenſium* contineri: ſpiritum ſulphureum elaſticum, verum naturale ſulphur, ſalem communem et terram calcaream. Ab hac quoque terra virideſcere ſyrupum violarum, mercurium ſublimatum flaueſcere et ſolutiones metallorum praecipitari credit. Virtutes praecipuas
p. 52. thermarum a calore, humano calori fere attemperato, et ſulphure copioſiore expectandas eſſe, rationibus et experientiis probat, quare eas in morbis arthriticis, paraliticis etc. commendat, quid quod in recenti phthiſi, et non conſummato hydrope, praecipue anaſarca, ſalutares praedicat: vſum autem earum internum in morbis primarum viarum praeſertim ſuadet.

Thermas

Thermas *Raieczenſes* et aquas tepidas *Beluſienſes* ſimili ratione pertractat, et in prioribus paucum elaſticum aerem, ſalem medium, ſali mirabili Glauberiano fere ſimillimum, alcali minerale, et terram alcalinam inuenit: in poſterioribus vero copioſiorem elaſticum ſpiritum mineralem, ſulphur vaporoſum, alcali minerale, et terram margaceam detexit. p. 57. p. 67.

Progreditur ad acidulas comitatus *Trencſinenſis*, quarum numerus ad vndecim diuerſos fontes aſcendit, inter quos *Chocholnenſis* acidula praecipua eſt, quia a fonte *Spadano*, *Pouhont* dicto, paululum differre, Cl. Auctori videtur. Poſtquam omnes has acidulas, tam phyſice, quam chemice, breuiter examinauit, ad vires et vſum generalem praecedentium thermarum acidularumque procedit, et tandem rationem iisdem vtendi adiicit. p. 73. p. 82.

VIII.

Tal innehållande några Anmärkningar om Inſecterne, hållet för Kongl. Vetensk. Academien, den 7. martii 1764. af Commiſſarien CARL CLERCK, då han intog ſit rum ſåſom Kongl. Academiens Ledamot. Stockholm, tryckt hos Direct. Lars Salvius. 1764. pl. 1. 8 mai.

i. e.

Sermo complectens obſeruationes quasdam de inſectis, coram Reg. ſcientiarum academia habitus, quum in numerum R. academiae reciperetur, Auctor CAROLO CLERCK.

Paucis poſtquam Cl. Auctor, cui eximium opus de araneis Suecicis, aliudque praeſtantiſſimum

de inſectis lepidopteris debemus, de difficultatibus, quibus ob copiam varietatemque detegendorum naturae ſcientia premitur, egerit: miſcellaneas quasdam animaduerſiones in inſectis factas, nobiſcum communicat. Horum antennas nonniſi odoratus organa eſſe exiſtimat, quod in iis ex coleopterorum tribu, quorum antennae claua fiſſili inſtruuntur, praecipue manifeſtum redditur. Inſidentes enim ex volatu floribus, laminas clauae mox aperiunt, mox claudunt, vt gratum refrigerium pulmonibus afferant, prout equus, motu nimio agitatus, nares ſuas mouet. Eadem functio quoque in ichneumonibus apparet, qui oua ſua deponentes in laruas, aliorum inſectorum antennis locum ſcite explorant.

Reliquae obſeruationes ad aranearum hiſtoriam pertinent. Inter has quarundam meminit, quas, quamuis olim ab illo viſae fuerint, nondum ſatis ſibi cognitas habet, vt alii ad earum ſcrutinium excitentur. Variaque et hic de vi, qua in proprium genus ſaeuiunt, leguntur. Maxime autem memorabilis eſt narratio de aranea quadam, phalangii generi adſcripta, quae in pini truncum motu retrogrado irrepit, muſcam autem percipiens, repente euolat, eamque, etſi volatui intentam, capit, et ipſa ſecundum arcum circularem, ope fili affixi, verſus truncum relabens, praedam dein ad nidum, ſibi paratum, retrahit.

IX.

Tal, om en Svensk Soldats föda i Fält; hållet för Kongl. Vetensk. Academien, den 2. maii 1764. af PEHR ZETZELL, M. D. och Fält-Medicus vid Kongl. Arméen. Då han uphörde at vara Praeſes. Stockholm, tryckt hos Direct. Lars Salvius, 1764. 8 mäk plag. 2[1].

i. e.

Sermo de militum Suecicorum alimentis in caſtris, coram academia Reg. ſcientiarum d. 2. maii 1764. habitus, quum praeſidis munere decederet, a PETRO ZETZELL.

Non tam in eo, prout titulus ſcriptionis huius indicare videtur, Cl. Auctor verſatur, vt alimenta, quae iamiam in caſtris Suecorum adhibentur, exponat, quam vt conſilia ſuppeditet, quibus ſanior victus, et vitae generi, cui miles adſtringitur, accommodatior, comparari poſſit. Conſideratis igitur generatim alimoniae variis iſtis generibus, p. 3. quae corporis noſtri naturae magis vel minus opportuna ſunt, ad ea procedit, quae pro ſingulari militum Sueciae indole praeſtantiſſima iudicat. Ea vero affirmat, iſtos eſſe, quamdiu inter patrios la- p. 14. res viuunt, imbutos, vt humorum copia abundent eorumque blandorum et acrimoniae expertium, fibrisque inſtructi ſint firmioribus, licet pro prouinciarum, in quibus enati fuerint, diuerſitate, in arteriarum ictuum ratione, corporis agilitate et animi propenſione, diſcrimen ſubliteat. Sicco aere dum fruuntur, bene valent, humidum moleſte ferentes, et ingruente calida tempeſtate, morbis va-

 cant.

cant. Verum vtut probe contra ſanitatis offenſas, quae in caſtris occurrunt, muniti videantur, paullo poſt, variis morbis comprehenduntur, quorum cauſſas Cl. Auctor, comparans vitae iſtam rationem, quae in hibernis illis contigit, cum iſta, quam expeditionibus intenti, exercent, in vtriusque inſigni diſcrimine collocat. Ex morborum horum nume-
p. 16. ro, quos ſecundum menſium anni ſeriem Cl. Auctor recenſet, memorantur febris remittens, diarrhoea, febris tertiana et quartana, tuſſis haud raro in phthiſin tranſiens, ſcorbutus. Inflammatoriis morbis raro tantum affliguntur; vnde patere Noſter exiſtimat, militum Suecicorum fibras laxas potius, quam tenſas eſſe et in ſanguineam denſitatem valde exiguam cadere, reliquaque mala eius naturae eſſe monet, vt iis praecipue, quorum fibrae laxae, tranſpiratio labefactata, et humores acres, obnoxii exiſtunt. Horum vitiorum rationem haberi iubet in praeceptis de commodiori victu ſubminiſtrandis.

p. 17. In id ideo generatim conſilia eius vergunt, vt militi Suecico alimenta probe nutrientia, putredini aduerſa, nec relaxantia, ſed roborantia potius praebeantur. Iuſcula hinc tenuia carnis, lac, fructus horeos, vegetabilia, allium, raphani radices, conchas, gammaros, ferarum carnes, carnes, ſale conditas et fumo induratas, haleces muria impraegnatos, caſeum vetuſtum, cibos adipe nimio praeditos, dulces, fructus, aquoſo ſucco ſcatentes, vt pruna, melones, cereuiſiam recentem etc. repudiat. Com-
p. 18. mendat contra ea oryzam, varia frumenti genera, legumina, radices farinoſas, caſeum recentem, carnem bouinam panemque mollem. Cibos vero farinaceos, exemplo Romanorum, Ruſſorum aliorumque militum, reliquis omnibus antiſtare arbitratur. Conſuetudinis tamen legibus ſimul obtem-

perari

perari vult. Quoniam igitur pacis tempore ter de die Suecicus miles cibo calido vtitur, qui ex pultibus ſeminum farinoſorum et leguminibus, carnibus, butyro, halecibus minoribus ſalitis, paneque molli conſtat; initio ſuperioris belli a neglecta hac norma multis morbis, inprimis lumbricorum inſidiis, vacauit. Excludi porro ab Auctore omnem eſcam, quae vel longiorem praeparationem expoſcit, vel difficilius comparatur, et facile corrumpitur, ſponte cognoſcitur. Tanquam condimenta neceſſaria p. 22. ſal, acetum aeſtiuo, et vinum aduſtum autumnali tempore, memorat; et corticis aurantiorum conciſi, cum pane miſcela valde illi placet. Breuibus quoque Auctor et quantitatem horum ciborum et praeparationis modum ſignificat. A. GUSTAVO I. orſus, GUSTAVI ADOLPHI, CAROLORUM X. XI. XII. FRIDERICI I. tempora ad bellum proxime geſtum vſque perſequitur, variaque in alimentis, militibus datis, damnanda, quoniam cibis, ſale conditis lardoque nimis indulſerunt, reperit. Eandemque cenſuram ad panem iſtum durum et aegre ſolubilem (knallar) extendit, quam initio adeo nouiſſimi belli adhuc in exercitu Suecico adhibuerunt, vſque dum, ſuaſu illuſtriſſimi EHRENSVAERD, ducis p. 29. exercitui tum praefecti, officinae piſtoriae exſtruerentur. Aeris iniuriis et cibis iſtis ſalitis tribuit, quod inter centum milites anno 1758, 18, ſcorbuto, et anno 1759, 15 ad 20, putrida febre et diarrhoea colliquatiua interirent.

(o)

X.

Philoſophical Transactions giving ſome, account of the preſent Undertakings, ſtudies and labours of Ingenious in many conſiderable Parts of the World. Vol. LIV. for the Year 1765. London, printed for Davis and Reymers 1766. 4. 2 Alph. tab. aen. 15.

i. e.

Transactiones philoſophicae, quae laborum, ab eruditis in variis orbis terrarum partibus nouiſſime ſuſceptorum, quandam exhibent notitiam. Vol. LIV. ad annum 1765.

p. 1. Relatio de pholade conoide. Cl. Auctore I. PARSONS. Species haec parum cognita a RUMPHIO ſub nomine *pholadis lignorum* deſcripta, a Cl. Auctore maxima in copia in ligno, ex quo nauis, ex India occidentali allata, conſtructa erat, deprehenſa fuit, vti aliae huius generis ſpecies in ſaxis vulgo latent. Inprimis autem haec a reliquis diſtinguitur figura, quae magis ad coni formam accedit, et a Noſtro pariter ac valuae, quibus teſta componitur, accurate deſcribuntur. Latior finis ſiue baſis ſemper interiorem partem ligni, in quo animal latet, reſpicit, apex exteriora, canalisque, qui ad exteriora pertinet, adeo anguſtus eſt, vt omnino pateat, animalia cum adhuc parua admodum eſſent, intus penetraſſe. Quomodo vero cauitas, in qua animal latet, ſenſim eo creſcente, dilatetur, huius rei vera ratio adhuc ignoratur.

2. *Relatio de foemella, quae aquae marinae potu tanquam remedio aduerſus inflammationem tumoremque labii*

labii ſuperioris vſa eſt, ex litteris Cl. LAVINGTON ad Cl. HUXHAM. Foemina 16 annorum debilior atque debilitate eo magis affecta, quo celerius eius corpus increuerat, inflammatione tumoreque in labio ſuperiore afficiebatur. Cum vero ad eius curationem, quia ex ſcrophuloſo vitio profectus, putabatur, illa libram vnam aquae marinae per decem dies ſumſiſſet, ex inde tanta reſolutio ſanguinis in ea facta eſt, vt non ſolum vteri haemorrhagia et haemoptoe accederet, ſed et tandem ſanguis ex gingiuis et naribus perpetuo exſtillaret, ſicque ea haemorrhagia exhauſta, periret. Magna quoque brachii dextri pars gangraena corripiebatur, atque in toto corpore hinc inde maculae liuidae reperiebantur. Ex his Cl. LAVINGTON concludit, aquae marinae vſum in eiusmodi ſcrophuloſis, qui debilitate fibrarum & ſanguinis tenuitate laborant, omnino noxium eſſe, corticemque Peruuianum magis conuenire, quod praeterea confirmat Cl. HUXHAMI obſeruatio, ex qua patet, aquae marinae potum phlegmaticis tantum et iis vtilem eſſe, in quibus aluus ex eius vſu laxior fit, cum alias ſal marinus, in ſanguine retentus, exitioſam eius reſolutionem producat.

3. *Litterae* Cl. EDW. DELAVAL ad Ill. MORTON, quae continent *experimenta et obſeruationes de nexu grauitatum nonnullorum metallorum ſpecificarum et colorum, quos vitris largiuntur, aliorumque praeparatorum, quae ex iis fiunt.* ISAACUS NEWTONUS ex ſerie experimentorum, cum tenuibus ac pellucidis lamellis inſtitutorum, ac diuerſis eorum reflectendi ac refringendi lucem viribus obſeruatis, in eminente ſuo optices opere docuit: vires refringendi ac reflectendi lucem in corporibus eſſe denſitatibus eorum proportionales: omnium minime p. 10.

nime refrangibiles radios requirere maximas eos reflectendi vires; idque adplicuit etiam ad corpora, conſtantibus coloribus imbuta; ac proinde neceſſario ſequi, vt denſiores ſubſtantiae vi ſua reflectendi maiore reflectant minus refrangibiles radios, minus vero denſiores radios magis refrangibiles. Cum autem nemo adhuc luculenter experimentis comprobauerit, quid denſitas diuerſa corporum, ſeu eorum grauitas ſpecifica ad producendam colorum diuerſitatem conferat, Cl. DELAVAL id negotium ſuſcepit atque, ingenioſe excogitatis experimentis, theoriam Newtonianam ex aſſe veritati conuenientem deprehendit. Experimenta enim cum metallis, quorum grauitas ſpecifica aeque ac corpuſcula, ex quibus conſtant, cognita ſunt, eum docuerunt: colores eſſe denſitatibus proportionales, quod plurimis obſeruationibus, ex chemia repetitis, quarum magnam partem ipſe inſtituit confirmat. Ex iis enim patet, aurum metallorum denſiſſimum rubrum colorem vitro exhibere, plumbum, denſitate auro proximum, hyacinthinum vel aurantium colorem producere. Vitrum, argento imbutum, fieri flauum: cupro viride, ferroque tandem coadunatum coeruleum referre colorem, quod vltimum Auctor pluribus experimentis confirmat, ipſumque coeruleum colorem, qui ſmalti ope obtinetur, a ferro deducit. Platina autem cum ſpecificam ferme auri denſitatem obtineat, etiam rubrum colorem largitur, vti quoque mercurii color naturalis, licet ille vitro non vniri poſſit, ruber eſt. Viridem quoque vegetabilium colorem a ferreis particulis, in iis contentis et acido aereo ſolutis, Noſter deducit.

p. 39. 4. *Relatio de corpore extraneo in pulmones intruſo* Auctore GUIL. MARTIN. In muliere quadam fruſtum panis, butyro illiti, per aſperam arte-

riam

riam pulmones ingreſſum eſt, vnde vehementiſſima orta ſunt ſymptomata, quae venaeſectio aliquantum leuabat. Tandem abſceſſu in pulmonibus nato ſponteque rupto, materia per aſperam arteriam felici fato excreta eſt, mulierque ſanitatem recuperauit.

5. *Relatio de terrae motu Vlyſſipponenſi* d. 26. Dec. 1764. ex litteris Reu. SAMUEL CHANDLER. p. 43.

6. *Relatio de aethiope albo, regiae ſocietati commonſtrato*, in epiſtola Cl. IAMES PARSONS ad Ill. Comit. DE MORTON. Notum eſt, ex parentibus aethiopibus nonnunquam naſci infantes, perfecte albos, capitis pilis, lanae albae ſimilibus. Eiusmodi quoque pueri in Virginia, ex matre aethiope, quae grauida ex interioribus Africae allata fuit, nati, hiſtoriam Cl. PARSONS hic tradit, pluribusque demonſtrat, ne minimam quidem adeſſe ſuſpicionem, matrem eius cum quodam Europaeo rem habuiſſe. Addit quoque plures eiusmodi obſeruationes, ex quibus patet, talem coloris degenerationem nonnunquam in aethiopibus obſeruari. p. 45.

7. *Deſcriptio perfectiorum Teleſcopiorum*, quae Cl. P. DOLLOND excogitauit, ex litteris EIUSDEM ad I. SHORT. p. 54.

8. *Relatio de ſale quodam in Pico monte in inſula Tenerifa reperto.* Auctore Cl. W. HEBERDEN. Sal hoc in ſummo cacumine dicti montis vna cum ſulphure natiuo colligitur, atque per pluuiam non diſſoluitur. Refertur vero a Cl. HEBERDEN ad alcali minerale, quod, vti notum eſt, baſim ſalis marini efficit. Cum tanta in altitudine reperiatur, vix credi poteſt, illud ſublimatione quadam euectum fuiſſe, p. 57.

fuiſſe, ſed vero ſimilius eſt, terram, ibidem poſitam, ex aere attraxiſſe partes quasdam eiusdem conſtitutiuas, et ita peculiare hoc ſal productum eſſe. Addit Cl. Auctor varia experimenta chemica, ex quibus demonſtrat, alcali vegetabile maiorem affinitatem cum acidis habere, quam minerale.

p. 60. 9. *Breuis ac perquam facilis methodus* 1) *inueniendi ex dato aliquo mediarum lunationum numero tempus in iis contentum*, 2) *ex dato tempore numerum mediarum lunationum* 3) *reducendi genus ponderum*, Troy pounds *dictum ad* Aver du poiſe pounds *et vice verſa*; 4) *determinandi quantitatem ac pondus aquae in plenis antliarum aliarumque machinarum hydraulicarum cylindris datae altitudinis datique luminis, una cum potentiis, ad eam mouendam neceſſariis*, inuenta a I. FERGUSON.

p. 60. 10. *Commendatio quadrantis Hadleyani in contemplandis inprimis portubus, una cum particulari eius vſu in deducendis in quibusdam caſibus in portus nauibus, declarato* a Cl. IOANNE MICHEL.

p. 79. 11. *Obſeruatio anatomica rarior* Auctore I. B. PAITONI ex Italica lingua translata. Mulier viginti quinque annorum a primis vitae annis tuſſi conuulſiua, et, quoties corpus vehementi quodam motu exercebat, aſthmate quoque afficiebatur. Regularem tamen menſtruorum fluxum experiebatur, cuius tempore ſemper tuſſis quodammodo ceſſabat. Tandem poſt vehementem corporis motum, cantatione et ſaltatione productum, ſubito reiecta per os parua ſeroſi et ſpumeſcentis liquoris copia, periit. Sectio cadaueris Auctorem Cl. docuit, cauſſam mortis poſitam fuiſſe in ſtatu pulmonum mire mutato. Lobus enim dexter in interiore ſua parte plane con-

ſumptus

ſumptus erat, atque ſubſtantiae ſolidioris, qua componitur, aderat tantum ſeroſum aliquod liquidum inodorum, quod in ſacco membranaceo albo ſatis denſo continebatur, cuius ſacci ruptura mortis cauſſa fuerat.

12. *Deſcriptio perfectioris barometri portatilis excogitati* a Cl EDWARDO SPRY in litteris ad Ill. MORTON. p. 83.

13. *Hiſtoria tetani maxillae inferioris* (locked jaw) in litteris Cl. WOOLCOMBE ad Cl. HUXHAM. p. 85. Plymuthi mulier quaedam leuiter a clauo ferreo in planta pedis vulnerabatur, quod tamen vulnus per duos tantum vel tres dies leuiorem excitabat dolorem, atque perfecte paruorum remediorum adplicatione curabatur. Poſt octo tamen dies mulier ſubito difficultate reſpirandi tandemque terribili illo ſymptomate maxillae ſpaſmo perfecte clauſae, correpta eſt. Hoc neque venaeſectioni, neque opiatis cedebat, ſed aegra poſt duos dies, vehementiſſimis conuulſionibus accedentibus, periit. Putat vero Auctor Cl. a prima laeſione neruos eo modo, affectos fuiſſe, vt, licet irritatio non ſufficiens eſſet ad curationem exterioris vulneris impediendam, ea tamen in neruis vehementiorum fataliumque motuum cauſſa fieret.

14. *Deſcriptio Phaſiani Chinenſis pulcherrimi, cuius pictura et pennae ex vrbe Canton ad* Cl. FORTHERGILL *transmiſſae fuerunt*, Auctore Cl. GEO. EDWARDS. Eſt *Phaſianus luteus nigro punctatus facie rubra, occipite criſtato coeruleo* LINNAEI (Edit. Syſt. XII.). Magnitudinem Meleagridis Gallopauonis habet, atque ob ocellata puncta, in remigibus p. 88.

rectrici-

reſtricibusque reperiunda, LINNAEO III. *Argus* dicitur. Sinenſes vero *Luen* vocant.

p. 91. 15. *Catalogus* 50 *plantarum horti Chelſeani, ſocietati Regiae exhibitarum a ſocietate Pharmacopaeorum per* I. WELLMER.

p. 95. 16. *Series experimentorum, quae ad determinandam ſuberis potentiam ſuſtentandi corpora ſpecifice aqua grauiora in ſuperficie diuerſarum aquarum, nec non ad inuenienda accurate reſpectiua pondera aquae marinae et fluuiatilis, corporis humani aliorumque corporum in fluidis* inſtituit Cl. I. WILKINSON. Sumtis quatuor ex probae notae ſubere compoſitis cubis, quorum ſuperficies vnius digiti quadratici erat, quorumque primus 49, alter 47½, tertius 47 et quartus 46½ et omnes 190 grana ponderabant, iisque cum plumbea moneta duarum vnciarum fune 11 grana graui coadunatis, vt totus apparatus grauis eſſet 916 grana; qui cum in Tamiſii aquas proiectus fuiſſet, in ſuperficiem aquarum prodiit, ac 190 grana ſuſtentabant in ea 916 grana plumbi. Quo relicto in aqua per 48 horas, vis ferendi corpora in ſubere aucta eſt, vt praeterea adhuc duo grana ſuſtentare poſſet. Sed cum diutius in aqua eſſet relictus iſte apparatus, per 48 horas non niſi 905 ſuſtentari volebat, adeo, vt eius vis 11 granis eſſet minor. In aqua marina, vt ex experimento quinto ſequentibusque patet, maior eſt ſuberis intumeſcentia, et maiora pondera in illa ſuber ferre poteſt. Experimentum eſt admodum ingenioſum, lectuque dignum, quo Auctor Cl. determinauit, quantum ſuberis homini, quo ad experimentum eſt vſus, opus erat addere, vt ab eo ſine vllo artis, qua pollebat, natandi adminiculo in ſuperficie aquae ſuſtentaretur, ac grani parte aliqua dempta, mergeretur.

geretur. Facile inde pondus huius hominis in aqua elici poteſt.

17. *Relatio de morbo Gallis* Ergot, *ex cauſſa eius, in ſecali cornuto poſita*, *dicto* ex litteris Cl. TISSOT ad Cl. BAKER. Cum morbus, Wattishami in Suffolkia ante aliquot annos obſeruatus, * plura communia habeat cum illo, qui ab eſu ſecalis cornuti oritur, et quem Galli hanc ob cauſſam nomine *Ergot* inſignire ſolent; occaſione breuioris cuiusdam tractationis, quam de hoc morbo Cl. Editor Tiſſotiani libri *Avis au peuple* Pariſinae editioni addidit, BAKERUS ad TISSOTUM ſcripſit, eiusque reſponſionem hic cum ſocietate Regiae communicat, quae multas obſeruationes, quas Cl. TISSOT ex pluribus ſcriptoribus de hoc morbo collegit, continet. Agit vero primum de vitiis, quibus grana frumenti ſecalis infeſtantur in vniuerſum, quorum nomina frequenter confunduntur, ex qua re plures grauiſſimi errores orti ſunt. Statuit autem Cl. Auctor primam ſpeciem horum vitiorum eſſe *rubiginem* vel *aeruginem*. Hanc Galli *rouille*, *ſuc miellé*, vel *bled vanté*, Itali *ruggine* ſ. *robbiga* dicunt, nobisque ea eſſe ſpecies videtur, quam noſtrates *den Roſt* vocant. Altera eſt *vſtilago* ſ. *vredo*, vel *fuligo*, Gallis *brulure* ſ. *volpe*, (Germanis *der Brand* cuius duae ſpecies ſunt, ſcilicet *carbo*, Gallis *charbon* ſ. *la boſſe* (an noſtratibus *Steinbrand*?) et *caries* ſ. *nielle* Gallorum, quam Germani *Staubbrand* vocant. Tertium vitii genus eſt *ſecale cornutum* ſ. *Orga* (a LINNAEO *clauus* dicitur) Gallis *Ergot*, Germanis *Mutterkorn*, quo praeter ſecale etiam duae p. 106.

* vid. Philoſ. Transact. Vol. LII. P. II. p. 523. 526. et 584. Comment. Vol. XII. pag. 14. 15. et 19.

duae aliae vel tres tantum plantae gramineae laborare ſolent. Vegetatio eſt irregularis grani ſecalini, quod mediam quaſi naturam inter granum et folium acquirit, coloris fuſce viridis eſt, atque irregulariter compreſſum adparet. Saepe quatuordecim vel quindecim lineas longum, duasque tantum latum eſt. Licet vero in vniuerſum ex eſu granorum, aliquo vitio corruptorum, varii morbi, chronici maxime, oriuntur, tamen inprimis vſus granorum ſecalis cornuti grauiſſima damna producit. Putat autem Cl. TISSOT, morbos hos omni aeuo adfuiſſe, licet minime a veteribus, ſed primum anno 1596. in Haſſia obſeruati et deſcripti fuerint, plurimasque epidemias ex eſu ſecalis, tali modo corrupti, a variis Auctoribus deſcriptas, ac inprimis, quae de gangraena ſpontanea inde orta, quod ſymptoma recentiores tantum adnotauerunt, paſſim dicta ſunt, ſubiungit. Quod vero cauſſam deprauationis huius granorum * et modum, quo clauus corpori humano noxam infert, attinet, plurima adhuc hac in re obſcura eſſe, Cl. Auctor fatetur. Videtur non frumentum, tali modo vitiatum, humores noſtros inquilino aliquo veneno inficere, quod aut neruos laceſſens, ſpaſmos, aut ſanguinem putrefaciens, gangraenam excitet. Cur autem modo ſpaſmos, modo gangraenam, aut cum febre, aut, vt plurimum ſine febre producat, etiam adhuc ignoratur, quapropter a Cl. Auctore tota haec res vlteriori medicorum diſquiſitioni commendatur. Tandem addit, quae de

* De morbis granorum frumenti in vniuerſum et in ſpecie de ſecali cornuto, ea maxime lectu digna ſunt, quae hac de re Cl. GLEDITSCHIUS *in vermiſchten Phyſ. Bot. Oeconom. Abhandl.* Hal. 1765. T. I. p. 105. et 140. habet, qui clauum ab inſectis oriri putat.

de medela, a variis auctoribus propoſita, collegit, docetque, praemiſſa venaeſectione, emeſin et repetitam quidem euacuationem alvinam cum ſale amaro excitandam, tuncque largas doſes camphorae, elix. vitrioli et corticis Peruuiani cum decocto chamaemeli propinandas eſſe. Praeterea ſuadet, larga veſicatoria ceruici et oſſi ſacro et partibus aegrotantibus, late inciſis, fomenta ex decocto corticis Peruuiani vinoſo applicari. In fine de morbo Wattishamenſi differit, in quo, etſi cauſſa vulgaris, ſecale ſcilicet cornutum, defuerit, corruptum tamen frumentum morbo anſam dedit, quo haec inprimis familia, aliis ſimul cauſſis occaſionalibus accedentibus et praediſponentibus, correpta fuit. Atque inter has cauſſas Cl. TISSOT potiſſimum debilitatem vniuerſalem valetudinariumque corporum ſtatum, aerem humidum et clauſum, carnem porcinam, diaetam lacteam aliaque huius generis refert. p. 124.

18. *Obſeruationes conſtituendae rationis gratia, in qua calor creſcente locorum altitudine decreſcit*, excerptae ex litteris Cl. TH. HEBERDEN ad Cl. WILH. HEBERDEN. p. 126.

19. *Relatio de calculo, qui ſine vllo artis auxilio e veſica vrinaria mulieris cuiusdam* Bury *in* Suffolkia *commorantis exceſſit*, communicata cum ſocietate a Cl. HEBERDEN. Mulier 67 annorum, per duodecim fere annos variis ſymptomatibus, a calculo oriundis, fatigata, tandem vna cum ſanguinis ſinceri copia, per vrethram calculum pondere vnciarum duarum et drachmarum duarum et dimidiae excreuit nulliſque remediis vſa, tamen breui poſt ita conualuit, vt bene, incontinentia vrinae excepta, ſe habeat. p. 128

p. 130. 20. *Litterae* Cl. BEVIS ad Cl. BIRCH, quae *aſtronomicas obſeruationes Viennae in Auſtria* a Cl. IOSEPHO LIESGANIG 1764. *inſtitutas* continent.

p. 139. 21. *Relatio de hydrophobia falſo ſic putata*, ex litteris Ill. MORTON ad Cl. TH. BIRCH. Cum in nouellis publicis Ill. MORTON relatum legeret, Patauii aegrum, hydrophobia ex morſu canis rabidi correptum, vſu aceti conualuiſſe, in hanc rem, notatu digniſſimam, vlterius inquiſiuit. Patet autem ex accuratiore relatione, cum ſocietate hic communicata, hominem, cuius curationem a Cl. LEONISSA ope aceti peractam fuiſſe ſermo erat, nequaquam vera hydrophobia laboraſſe, licet a cane rabido ſuperficiale aliquod vulnus accepiſſet.

p. 143. 22. *Duo theoremata latera polygonorum ellipſi datae certa lege inſcriptorum concernentia* a Cl. EDW. WARING ad Ill. MORTON perſcripta.

p. 146. 23. *Diſſertatio de natura euaporationis ac nonnullis aeris, aquae ac feruentium liquorum phaenomenis*, in litteris Cl. HUGH HAMILTON ad Cl. DODGSON. Duae inprimis de natura euaporationis opiniones a phyſicis explicari ſolent. NYEUWENTITII opinantis particulas igneas adhaerendo et ſe cum moleculis coniungendo aqueis vel aliorum corporum, eas reddere aere ſpecifice leuiores, vt in eo aſcendere poſſint, donec in ſtrata aerea pertingant, vbi eiusdem cum eo ſunt denſitatis, aut HALLEYI, qui putat, calorem particulas aquae in ſphaerulas extendere, quo aer efficitur in iis multo rarior, aere, eas circumambiente, vt non poſſint non, in eo aſcendere. Vtraque opinio hydroſtaticis non minus principiis ac experimentis,

quam

quam obſeruationibus contraria videtur. Aliam itaque nonnulli theoriam euaporationis, multoque commodiorem ac ſolidiorem excogitarunt, in qua euaporatio ceu lenta quaedam ſolutio concipitur. Omnes huius theoriae difficultates euaneſcunt, quae potiſſimum oriuntur ex explicanda ratione, qua in aere corpuſcula, eo longe grauiora, aſcendere queant. Indubitata enim experimenta docent, in menſtruis per vires attractionis corpuſcula, longe iis grauiora, ita in iis haerere, vt eorum pellucidati plane non officiant. Hanc theoriam Cl. HAMILTON ſibi exornandam ſumſit elegantibus experimentis ac ratiociniis, demonſtrando primum, aerem eſſe eiusmodi menſtruum, in quo non ſolum aqua, ſed et alia corpora, eo longe grauiora, ſoluuntur attractaque in altum tolluntur, ac, accedente frigore, aut aliis ſuperuenientibus ſolutis particulis, pro circumſtantiis variis in nubes, niues vel glaciem praecipitantur. Mira proinde facilitate omnia euaporationis phaenomena per hanc theoriam explicari poſſunt.

24. *Phyſicae ac meteorologicae obſeruationes, coniecturae ac hypotheſes* Cl. BENI. FRANKLINI. p. 182.
Has obſeruationes, quae ante nouem fere annos Regiae ſocietati traditae, in ſcriniis eius delituerunt, lecta antecedenti tractatione euaporationis theoria in mentem reuocauit. In quibus cum ea ex iisdem principiis explicetur ac ſpecialius ad diuerſas noſtrae telluris regiones applicetur, diſſertationi Cl. HAMILTON annexae ſunt.

25. *Deſcriptio bilancis nouae fabricae ac ſtructurae potiſſimum ad vſus officinarum, praeparandae lanae deſtinatarum, accommodatae* a Cl. W. LUDLAM. p. 205.

p. 228. 26. *Examen ſpiritus mineralis elaſtici, ſeu aeris, qui in aquis acidularum Pyrmontanarum continetur, nec non qualitatum mortiferarum huius ſpiritus per experimenta inſtitutum* a Cl. W. BROWNRIGG. Cl.
p. 236. Auctor, vt ex excerptis, huic diſſertationi ſubnexis, conſtat, Regiae ſocietati ſcriptum iam anno 1741. tradidit de vtilitate accuratius cognoſcendi ac exhalationes minerales ad principia ac proprietates aquarum mineralium: naturam fontium ardentium ac peſtiferorum illorum lacuum, qui ab antiquis auerni vocabantur, cognoſcendam, in eoque argumentis ac obſeruationibus, ex ſummorum virorum ſcriptis deſumptis, demonſtrauit, vim aquarum mineralium potiſſimum non eſſe deriuandam ex terreſtribus ac mineralibus partibus, quae cum iis vniuntur, ſed potius ex ſubtili quodam et elaſtico ſpiritu, qui cum auolauerit, vappidae fiunt aquae minerales omnemque vim ſalutarem amittunt. Prodit ſe iſte elaſticus ſpiritus acore inſigni ac pungente ſapore, ſed eius eſt indolis, vt adhuc a nemine ſeparari ab aquis acidularum et accurate examinari potuerit. Nactus eſt poſthaec, Cl. Auctor occaſionem, inſtituendi experimenta cum aquis Spadanis ac inprimis Pouhouenſibus, omnemque primum ingenii aciem intendebat, vt aerem illum, cum aquis mixtum, ſegregaret Omnem vero, vt ex primis experimentis deſcriptis patet, eius ſagacitatem eluſit, donec incideret meditando in artificia, ſecundo experimento deſcripta, quibus ignis ope illum ſeparauit, inuenitque, aquam, eo ſpiritu excuſſo, omnem acrem ſaporem et virtutem perdere terreasque particulas ex ea ſeparari. Cum ipſo vero ſpiritu elaſtico, in veſica ſeruato, varia experimenta fecit, quae Auctori ſatis ſuperque peſtiferam eius indolem declararunt. Immiſſa enim in illum animalia ſtatim interierunt.

27. *Relatio*

27. *Relatio de vſu ſalis marini, vulneribus, morſu ſerpentis crotalophori factis, applicati*, ex litteris Cl. BENI. GALL ad Cl. HUXHAM. Cl. PORTER vulneri, quod morſu dicti ſerpentis pedi cuiusdam hominis inflictum erat, atque profunditatem dimidii fere pollicis habebat, poſt duas horas, pede iam tumefacto, aegrotoque nauſea affecto, adplicabat, ſcarificatione prius inſtituta, ſalem communem, eo cum ſucceſſu, vt breui poſt ſine vlteriore remedio aeger conualeſceret. Quem quidem ſalis vſum aduerſus morſum huius ſerpentis etiam alia obſeruatio, quae Cl. STRONG auctorem habet, vlterius confirmat. p. 242

28. *Excerpta ex tribus epiſtolis* Cl. EYLES STILES ad Cl. DAN. WRAY, *quae noua quaedam Neapoli conſtructa microſcopia eorumque vſum in contemplandis minutiſſimis rebus concernunt.* Microſcopiorum horum Auctor Reu. Pater IO. MARIA DI TORRE, cum ea Regiae ſocietati obtuliſſet, amplam eorum deſcriptionem ac cautiones in iis adhibendis neceſſarias adiecit. Eorum primum conſtat, ex lenticula, cuius diameter duorum punctorum Pariſienſium, amplificans diametrum rerum obſeruatarum 640, vt ſecundum et tertium, quae vnius puncti Pariſienſis diametrum habebant 1280. Quartum vero igne puriſſimo generatum, incredibili patientia cucullis, vt ipſe Auctor ſcribit, orichalceis incluſum globum primum et vnicum diametri puncti dimidii, quod obiectorum diametrum auget 2560. Inter obſeruationes microſcopicas humani ſanguinis ea maxime notabilis eſt, in qua globuli ſanguinis perforati adparuerunt. Annexa epiſtola Cl. STILES| obſeruationes quoque de ſexu et impraegnatione plantarum continet, in qua pollen hibiſci Syriaci, mirabilis ialapae, cucumeris ſa- p. 246.

tiui etc. aliarumque plantarum ſtyli et ſtructura earum partium declaratur et determinatur.

p. 271. 29. *Vlterior relatio de exitu* morbi ANNE IAMES, *quae cicuta vſa eſt.* Ex litteris Cl. IOS. COLEBROOKE ad Cl. TH. BIRCH. Ex continuatione hiſtoriae huius foeminae, * hic cum Regia ſocietate communicatae, apparet, cicutam palliatiuum tantum remedium fuiſſe. Licet enim cicutae vſus continuaretur, tamen, ſcirrho aucto et exulcerato, autumno 1765. haec mulier tandem periit.

p. 273. 30. *Relatio damnorum a fulgure Collegio Pembrokiano Oxonii* d. 3. iunii 1765. *illatorum*, in litteris Cl. GRIFFITH ad Cl. IOH. SWINTON.

p. 280. 31. *Epiſtola* Cl. IOH. ELLIS ad Cl. SOLANDER *de natura et formatione ſpongiarum.* Quod iam ante aliquot annos de ſpongiarum formatione, natura et vita animali Cl. ELLIS ſcripſerat **, id hic in epiſtola, data ad Cl. SOLANDER, cum quo hac de re varia in maris littore inſtituit experimenta, vlterius confirmat. Docet vero primum iam antiquis temporibus ARISTOTELEM et PLINIUM vitam ſenſitiuam ſpongiis tribuiſſe, licet MARSIGLI ea recentioribus temporibus vna cum coralliis, ceratophytis et alcyoniis ad vegetabile regnum retulerit. Credidit tamen Cl. PEYSSONEL poſtea ſpongias eſſe opus vermium quorundam, qui in ſpongiis ſaepe latitantes, reperiuntur ***, quae

* vid. Philoſ. Transact. Vol. LIII. p. 346. Comment. noſtror. Vol. XIII. p. 675.

** vid. Philoſ. Transact. Vol. LIII. p. 419. Comment. noſtror. Vol. XIII. p. 678.

*** vid. Philoſ. Transact. Vol. L. P. II. p. 592. Comment. noſtror. Vol. X. p. 140.

quae tamen ſententia Cl. ELLIS minus arridet, cum ex eius mente vermes hi, quorum plures ex *Nereidum* genere ſunt, non fabricatores earum ſint, ſed potius ab exteriore parte intus penetrauerint, quo ibi a variis periculis tuti, lateant. Quod vero animalem ſpongiarum naturam attinet, Cl. ELLIS in *ſpongia panicea* (PALL. *Zoophyt*. p. 235.) vidit foramina ſpongiarum non polypos continere, vti plurima alia zoophyta, ſed papillaria ſuperficiei oſcula alterno motu contrahi et iterum dilatari, vt itaque p. 284. ſpongia animal ſit ſui generis, poros habens, qui totidem oſcula eius ſunt, quibus nutrimentum recipit, et excrementitias partes, polyporum ad inſtar, iterum eiicit. Hanc ſyſtolen et diaſtolen pororum etiam Ill. MARSIGLI, licet acriter vegetabilem earum naturam defendat, vidiſſe ex loco quodam eius, ab ELLISIO citato, patet. Oſtendit tandem Noſter, ſpongias in interna ſua ſtructura p. 285. maxime cum *alcyoniis* conuenire, licet orificia in alcyoniis ſtellas referant, et polypi ex iis progrediantur, * cum contra pori ſpongiarum rotundam figuram habeant et ſpinulae quaſi minutae circa illa poſitae ſint. Quae vero in ſpongiis reperiuntur cauernae irregulares, eae vermium opus ſunt intus latitantium aut ſpongiarum gelatinoſam partem depaſcentium, vti conchae variae, lapilli aliaque peregrina corpora, a ſpongia ipſa in incremento ſuo includuntur. In adiecta tabula aenea prima delineatur, *ſpongia, medullam panis referens* (*the crumb of bread ſponge*, ſpongia panicea PALLAS *Zoophyt*. *ſpongia ramoſa Anglica, oculata* LINNAEI, et *ramoſa tomentoſa Anglica* an *tomentoſa* LINN., nec non ſectiones perpendiculares et horizontales *ſpongiae officinalis*, quibus interna eius fabrica et ſimilitudo

 cum

* vid. Phil. Transact. Vol. LIII, l. c.

cum alcyoniis declaratur. Secunda continet *ſpongiam criſta Galli* dictam, cocks - comb ſponge, quae varietas eſt *ſpongiae paniceae*, *ſpongiae* porro cuiusdam *ramoſae et tuberculatae* ex Guinea allatae, quae figuram *madreporae muricatae* LINNAEI fere habet, *ſpongiae flabelliformis* ex Noruegia, an *ventilabra* LINNAEI? et *ſpongiae ramoſae dichotomae* ex eadem terra, quae *dichotoma* LINNAEI eſſe videtur.

p. 290. 32. *Excerptum epiſtolae* Cl. I. HOPE, *Profeſſ. botanices Edinburg.* ad Cl. PRINGLE, *Edinb.* d. 24. Sept. 1765. *datae.* Veram rhabarbari ſpeciem officinalem orbi litterario coepiſſe innoteſcere, ex hac epiſtola cognoſcitur. Eſt vero illa *rheum palmatum* LINN., cuius iconem minus perfectam etiam dedit Cl. LINNAEUS, CAROLI filius *. Ex ſeminibus enim, a Cl. MOUNSEY transmiſſis, tanquam rhabarbari veri ſeminibus nata eſt haec planta in horto Edinburgenſi, cuius figuram et deſcriptionem botanicam hic Cl. HOPE communicat **. Maxime vero notatu digna eſt eiusdem Cl. Viri obſeruatio, radicem huius plantae, in horto natae, odore et ſapore exacte rhabarbari radici, qualis in officinis ſeruatur, ſimilem fuiſſe, atque aegris exhibitam, eadem doſi, qua officinalis datur, eosdem quoque effectus praeſtitiſſe.

p. 294. 33. *Diſſertatio, continens hiſtoriam reditus cometae perquam memorabilis* a. 1682. *una cum eius obſeruationibus, Lutetiis Pariſiorum in obſeruatorio marino menſibus ian. febr. mart. april. maio et initio iunii* 1759. *a* Cl. MESSIER *inſtitutis, ex Gallica lingua translatis* a Cl. MATY.

* vid. Plantar. rarior. hort. Vpſalienſ. Faſcicul. ptimus. Lipſ. 1767. impenſ. S. L. Cruſii fol.

34. *De tranſitu veneris, per diſcum ſolis* 1769. *ingruente, diſſertatio,* Ill. MORTONO dicata a Cl. TH. HORNSBY. p. 326.

XI.

IOBI BASTERI, M. D. Acad. Caeſ. Soc. Reg. Lond. et Holland. Socii opuſcula ſubſeciua obſeruationes miſcellaneas de animalculis et plantis quibusdam marinis eorumque ouariis et ſeminibus continentia. Harlemi 1765. apud Io. Boſch. Tom. II. Liber ſecundus, pl. 6½. tab. aen. 5. Liber tertius pl. 7. tab. aen. 4.

Cl. horum opuſculorum Auctor duobus his libris non modo ſecundum eorum tomum, ſed et in vniuerſum ob ingraueſcentem ſenectutem et accedentem ſiniſtri oculi amauroſin totum opus finire voluit, cui per aliquot annos impenderat, quantum a reliquis laboribus otii ſupererat, quo quidem ſtudio egregie de hiſtoria naturali meritum eſſe, nemo neſcit. Initium ſecundi libri breuis de *meduſis* tractatio facit, vbi quatuor eiusdem ſpecies *aequorea*, ſcilicet, *hyoſcella*, *cruciata* et *capillata* LINNAEI deſcribuntur. *Aequorea* aeſtate anni 1762. inſolita copia in littore Belgii reperiebatur, piſcium vero multitudo iisdem in locis, ob pabuli defectum a meduſis abſumpti, vel venenatam illarum naturam, inſigniter eodem tempore imminuebatur. Mirum omnino eſt eiusmodi animalia, per ſex hebdomades viua in aqua dulci ſeruata fuiſſe. *Cruciata* longe frequentius occurrit. Dolendum tamen eſt, in hac ſpecie, vti in aliis plurimis inſignem partium pelluciditatem impedire earum vlteriorem

teriorem cognitionem, cum neque coctio, neque
immiſſio in ſpiritum vini partes magis viſibiles red-
dat. Inter turbas *capillatarum* parui piſciculi na-
tant, et quaſi latitantes, contra rapacitatem aliorum
piſcium perfugium quaerunt. Minima omnium
meduſarum *hyoſcella*, eſt, et adeo quidem parua, vt
nudo oculo ſine microſcopii auxilio vix conſpici
p. 62. queat. Meduſarum hiſtoriam *aphroditarum* qua-
rundam deſcriptiones ſequuntur, *aculeatae* ſcilicet
LINNAEI, quam alii *ſcolopendram marinam* ſ. *ver-
mem aureum* dicunt, et *ſquamatae* LINNAEI, quae
noua eſt. Inprimis vero Cl. Auctor de papillis *acu-
leatae* agit, quarum inſignis multitudo eſt, et qua-
rum ope animal in fundo maris ex Noſtri mente
p. 67. progreditur. De *pholadibus* deinde pauca Noſter
monet, quas lapides perterebrare notum eſt. Hinc
cum in lapidibus ad aggeres, quibus aquae vis re-
primitur circa annum 1760, in Belgii quibusdam
prouinciis lapides, foraminibus exeſi, reperirentur,
ſollicitudine incolae turbabantur, ne aggeres exin-
de detrimentum caperent. Cognouit vero Cl.
BASTERUS, examine accuratiore inſtituto, foramina
illa non eſſe teredinum opus, quale putabantur, ſed
pholadum, neque adeo magnum periculum inde ex-
timeſcendum eſſe. Semper eae tantum calcareos,
nunquam quarzoſos lapides aut ſaxa inhabitant.
p. 69. De *mya arenaria* LINN., quae in Scaldia frequenter
reperitur, Noſter monet, animal, quod tethadibus
annumeratur, proboſcide longa inſtructum eſſe, in
cuius fine duae aperturae ſunt, per quarum maio-
rem, ſi ex aqua extrahitur, aquam quaſi per ſi-
phonem ad ſex pedum ſpatium eiicit. Minor vero ex-
crementis emittendis inſeruit. *Cardium edule* LINN.
p. 72. breues tracheas habet, per quarum alteram infe-
riorem excrementa procedunt, maior ad eſcam ca-
piendam fabrefacta, multis proboſcidibus inſtructa
eſt.

eſt. *Tellinae* etiam duas tracheas habent, quas ad p. 74. ſex vel ſeptem pollicum ſpatium extendere valent. Laeues vero eae ſunt et ſine proboſcidibus. Addit aliqua de *turbine ſtagnali paruo* antea nondum deſcripto, binos oculos, exteriori cornuum latere appoſitos, habet. In fine huius libri Cl. Auctor de *cyprinis auratis* LINN. exponit, quos Sinenſes *Kin-yu* vocant, qui ob auri et argenti colorem, quo ſplendent, a Sinenſibus et Iaponenſibus iam magni aeſtimantur, et an. 1728. ab Anglis e Sina in Angliam perlati, piſcinisque impoſiti, ibidem propagati ſunt. Cum vero Cl. Auctor primus ſit in Hollandia, in cuius horto piſces, ex Anglia allati, multiplicati ſint, multa hic de eorum cultura et geneſi lectu non iniucunda iisque maxime neceſſaria profert, qui ſimile quid tentare voluerint. Vulgarem ſententiam, aureos ex his piſcibus mares eſſe, argenteos foeminas, Cl. Auctor refutat, gratiſſimi ſunt ſaporis, et multo quidem melioris, quam vulgares carpiones. Cum autem deſcriptio huius piſcis, quam LINNAEUS Ill. in *Act. Acad. Suecic.* ad annum 1740. dedit, ad vnicum tantum facta ſit ſpecimen, aliam ſubiungit Cl. Auctor, ex plurium ſpeciminum contemplatione natam, *Cyprinumque* vocat *craſſiuſculum, dorſo ſubconuexo, pinnis dorſi, ani et caudae in diuerſis ſubiectis diſcrepantibus.* Pinna ani ſaepe duplex eſt, duobus oſſiculorum ordinibus, ex vnico tantum radicum ordine prodeuntibus. Dorſalis nonnunquam longiſſima viginti conſtat oſſiculis, ſaepe breuiſſima, ex tribus tantum vel quatuor. Cauda aliquando lunulata, aliquando trifurca eſt. Magnitudo multum variat. In vniuerſum tamen in Europa maiores, quam in China euadunt. Sic et color multum variat, ita vt Cl. Auctor inter centum piſces tredecim quaſi plane a ſe diuerſas ſpecies diſtinguere potuerit.

Tertius

p. 105. Tertius huius voluminis liber continet primo diſſertationem de *ſalicornia annua* ſiue *kali geniculato maiore annuo*, cuius botanicum characterem Cl. Auctor hic fuſius deſcribit et confirmat, vnicum tantum ſtamen hanc plantam habere. Belgi eam, oleo et pipere conditam, edunt. Exponit porro hic Cl. Auctor methodum, qua Hiſpani hanc plantam, ſatis eiusdem, ineunte vere, ſeminibus, in fundis humilibus paludoſis, mari vicinis, colunt, quibus in locis ea tanta celeritate creſcit, vt, tribus menſibus praeterlapſis, iam colligi et ſiccata in puteis, fornacibus, in quibus calx coquitur, haud diſſimilibus, comburi poſſit, quo exinde ſal ſodae paretur. Herbae ad littora Hollandiae collectae et ſiccatae vnciae 67. Auctori Cl. dederunt cinerum vncias 32, ex quibus 13. vncias ſalis fixi lixiuioſi obtinuit. Ad-
p. 111. iecta eſt Cl. GAUBII ad Auctorem Cl. horum opuſculorum epiſtola, qui etiam hanc plantam chemice diſquiſiuit. Hic ex libris duabus recentis ſalicorniae vncias 7 et drachmas 4 cinerum obtinuit. Lixiuium autem ex iis paratum, ſalſum tantum, non lixiuioſum ſaporem habuit, atque poſt euaporationem cryſtallos cubicas, perfecte cryſtallis ſalis vulgaris ſimiles exhibuit, neque vllo modo ad alcalinam indolem acceſſit. Omnis vero ſalina materia vncias 4 et drachmas 6, id eſt duas prope tertias partes ponderis cinerum, habebat. Hinc Cl. GAUBIUS aſſerit, praeter ſalem marinum ex ſalicornia, vel nihil ſalis fixi, vel minimam tantum eius quantitatem elici poſſe. Cinis vero, praeter ſalem modo dictum et nonnullas ferri partes etiam terream baſin aluminis continebat. Ex his vero omnibus Noſter concludit, ſales lixiuioſos, qui incineratione obtinentur, non ſemper alcalinos eſſe, ſed ſaepe mediae indolis: ſalicorniam ſal ſuum, ex aqua marina acquirere, et forte plures alias plantas, quae

ad

ad maris littora creſcunt, ſimile ſal continere: tandemque ſalicorniam Seelandorum, quae ſalem marinum tantum habet, forte diuerſam eſſe ſpeciem a kali, ex quo Hiſpani ſodam parant, cum ſoda plurimum ſalis alcalini et pauxillum tandem ſalis cibarii poſſideat. Veroſimilius tamen eſt, ignem violentiorem et ſuppreſſum, quem Hiſpani adhibent, ſal marinum, expulſa eius parte acida, in alcali mutare. Hanc tractationem excipit alia de *alga* ſiue *fuco*, *quercus marina* dicto, quam accurate Noſter deſcribit, oſtenditque penicillos ſ. ſtrigas, quibus folia obſita ſunt, non flores harum plantarum eſſe, quae REAUMURII et DONATI eſt ſententia, cum ii iam in tenellis plantis reperiantur, omnique anni tempore adſint, neque vnquam antheras oſtendant, nec in permultis fucorum ſpeciebus inueniantur. Hinc vel aculei tantum ſunt, vel, quod veroſimilius nobis videtur, alimentum ex aqua hauriunt, et plantae nutritioni inſeruiunt. Inuenit autem Cl. Auctor, veſiculas terminales horum foliorum materiam, lanae non diſſimilem, aeſtate vero viſcoſum ſuccum continere: ſemina autem non in lanoſa illa maſſa, ſed in ipſa folii ſubſtantia ſita eſſe, quae matura ex cellulis excidunt, et ope viſcoſi humoris, quo circumdata ſunt, lapidibus adhaerent, celerrimumque incrementum capiunt. Praeter quercum marinam vero etiam tres aliae fuci ſpecies in littore Belgico obuiae hic delineantur. Addit Cl. Auctor ſe RUSSELII Cl. conſilia ſecutum * ſaepius ſalutarem *quercus marinae* in ſcropuloſis morbis effectum expertum eſſe, et hunc in vſum mixturam ex aqua marina, ſale quercus marinae et ſyrupo quodam commendat.

p. 116.

p. 123.

Experimenta

* vid. Adpend. ad librum de tabe glandulari p. 151. Comment. noſtr. Supplem. II. p. 249.

Experimenta vero chemica cum variis fuci ſpeciebus, a Cl. BASTERO inſtituta, eum docuerunt, ſtupendam ſalis lixiuioſi copiam illas continere, quapropter ciues ſuos excitat, quo ex quercu marina ſalem lixiuioſum conficiant, inprimis cum id incolis inſularum Silurum, *Islands of Scilly*, optime ſuccedat, quippe qui quotannis tantam ſalis huius, quem *Kelp* vocant, copiam praeparant, vt inde vltra quinque millium florenorum pretium
p. 128. ad eos redeat. Duodecima tabula aenea delineatur planta quaedam ſeminifera, quae ad triginta orgyarum altitudinem prope Nidroſiam e mari extracta fuit, cuius deſcriptionem hiſtoria *Gorgo-*
p. 130. *niae reſedae facie* ſ. *lepadiferae* LINN. excipit, quam Cl. GUNNERUS quoque in volumine ſecundo actorum ſocietatis Nidroſienſis deſcripſit, cuius flores balanis ſimillimi ſunt. Ex *nereidum* porro genere, illa
p. 132. ſpecies quam LINNAEUS *pelagicam* dicit, aliaque noua deſcribitur, quam idem celeberrimus Vir *ſeticornem* vocat, quae longiſſimis tentaculis inſtructa, in paruo ex limo aut arena confecto tubulo
p. 135. habitat. Vltima tandem ſectio de *pediculis piſcium* et *oniſcis marinis* exponit. Praeter pediculorum tres ſpecies alius etiam *ceti pediculus*, quem LINNAEUS ad *oniſcos*, ſed falſo refert, *oniſcus* pro *entomon* et *oniſcus aſilus* LINN. ſiue *pediculus marinus* tandemque alia ſpecies delineatur, quae *oniſco aquatico* LINN. ſimilis eſſe videtur.

XII.

XII.

Icones plantarum et analyſes partium aeri inciſae atque viuis coloribus inſignitae, adiectis indicibus nominum neceſſariis, figurarum explicationibus et breuibus animaduerſionibus, quas compoſuit D. CASIMIRUS CHRISTOPHORUS SCHMIEDEL, Seren. Marggr. Brandenb. Culmbac. a Conſ. Aul. Med. Anat. et Botanic. P. P. O. in Acad. Frideric. Erlang. curante et edente IOANNE CHRISTOPHORO KELLER, Pictore Norimbergenſi, typis Chriſtiani de Lannoy 1762. fol. pl. 18. tab. 19.

Ea eſt laudabilis huius inſtituti ratio, vt varias plantas, partim ab exercitato chalcographo KNORRIO, partim a SCHMIDELIO ipſo iam tum delineatas, eximius pictor KELLERUS nunc aeri incidere, et per vices publici iuris facere inceperit, quarum ſingulas icones Cl. SCHMIDELIUS notis et obſeruationibus illuſtrat, et in poſterum illuſtrabit. Quemadmodum vero in figuris ipſis ſummam vbique elegantiam in toto non ſolum plantae habitu, ſed etiam in minimis, per lentem vitream quandoque auctis, partibus fructificationis coram videmus, ita etiam Cl. SCHMIDELIUS in explicationibus tabularum eam vtique obſeruauit legem, vt ex aliis auctoribus tot deſumſerit ſynonima, quot inuenire potuit, et in adiectis ſingulae tabulae obſeruationibus praecipua adnotauerit, quae in aliorum iconibus aut corrigenda, aut emendanda, aut ſupplenda ipſi viſa fuerunt; varietates etiam, ſi quae in ſpecie occurrunt, ſedulo et accuratius indicauit, vt adeo laude digna ſint, quae SCHMIDELIUS in illuſtrationi-

bus harum depictarum plantarum perfecit. In edendis vero his ſpeciminibus nullum ſyſtematis cuiusdam ordinem obſeruatum fuiſſe monemus, veluti iam nunc apparebit, quando plantarum, in hoc volumine delineatarum, breuibus mentionem iniiciemus. Ita enim Tab. I. ſiſtit *Ribes, quae Groſſularia* vulgo dicitur. Obſeruauit in hac ſpecie Auctor Noſter duos diſtinctos ſtylos, quales etiam LINNAEUS deſcripſit, quando vero HALLERUS vnicam ſolummodo tubam huic ſpeciei adſcribit, eam in iuniori potiſſimum flore inueniendam eſſe Noſter autumat, quandoquidem in eodem duo iſti ſtyli adeo contigui ſint, vt vnicum mentiantur. Tab. II. *Rubus fructu maiori nigro* delineatur. Etſi inconſtans eſt ſtaminum et piſtillorum huius plantae numerus, priores tamen inter 140. et 150. poſteriores autem inter 40 et 50 Auctor Noſter animadvertit. Tab. III. ſiſtit *Mnium caule ſimplici, foliis ouatis.* Perpuſillae huius plantae duplicem dari differentiam, DILLENIUS atque HALLERUS iam tum obſeruarunt, quam etiam Auctor hac tabula repraeſentare ſtuduit, quaedam enim plantulae capſuliferae ſunt, aliae vero in ſummitate ſcapi cyathos, variam formam nanciſcentes, gerunt. Tab. IV. oſtendit *Clauariam ſimplicem, turgidam obtuſam,* et *Clauariam ſimplicem oblongam, puluinatam,* in Tab. V. vero variae formae adumbrantur, quas eadem planta a primo fere originis principio, vſque ad varios incrementi gradus induere ſolet. Omnes plantae in duabus his tabulis depictae, etſi externo habitu, magnitudine, et colore admodum inter ſe differre videntur, vnum tamen idemque indiuiduum omnes has mutationes ſubiiſſe pluribus comprobare ſtuduit Auctor argumentis. Et quidem variam plantae aetatem, externum eius habitum, pariter, quam internam ſubſtantiam, multis modis

modis mutare ipſe edoctus fuit Noſter, cum plantam vario tempore diſquiſiuerit, eandemque nunc ſub hac, nunc ſub alia forma inuenerit. Tab. VI. offert *Helleborum nigrum officinalem*, cuius ampliorem deſcriptionem Noſter adiecit, ſingulas eius partes ſtudioſius commemorans. Tab. VII. ſiſtit *vitem viniferam*, et Tab. VIII. *vitem laciniosſam* LINN. quae ſpecies a CORNUTO iam delineata, a priori ſolummodo foliis quinque aut ſeptemfidis, laciniis vtrinque iterum diſſectis, dignoſcitur. Tab. IX. continet *Marchantiam* pro varia aetate varia ſub forma conſpiciendam. Quamdiu enim iuuenis eſt planta, frondes eius fere in orbem extenduntur, adultior vero facta in longum magis excreſcit atque protenditur. Peculiaris eſt proprietas huius plantae, vt nimirum margo totius plantae, hinc inde appendiculas, vel ſquamulas membranaceas ex viridi fuſcas habeat, quae ex cuticula inferiori oriri videntur. Tab. X. depictum ſiſtit *Agaricum, qui fungus albus, ouum referens*, RAIO et BUXBAUMIO dicitur. Non putat Auctor hanc ſpeciem eandem eſſe, quam LINNAEUS agaricum fimetarium appellat, cum quaedam in ſpecierum editione ſubiungat ſynonima, alii potius fungo, vt videtur, competentia. Fungus breuioris vitae eſt, odorem ſpirat non ingratum, quamdiu iunior eſt, recens et eo tempore colorem ex albo roſeum habet, quando vero decerptus, per vnam modo noctem aſſeruatur, nigreſcit, et ſenſim ſemſimque in nigerrimum foetidiſſimumque reſoluitur fere liquorem. Tab. XI. continet *Thelipterin paluſtrem non ramoſam* RUPPII, quam plantam LINNAEUS ad acroſtichi genus retulit. Tab. XII. et XIII. ſiſtunt *Proboſcideam* cum anatome floris et fructus ſeorſim conſiderata. Proboſcideam plantam hanc dixit IUSSIEUS, cuius nomen etiam Auctor retinuit, quamuis ipſe

haudquaquam neget, plures in eadem eſſe characteres, qui *Martyniae* partim, partim *Craniolariae* competunt. Eas enim plantas, quas Cl. EHRET ſub nomine Martyniae annuae villoſae et viſcoſae aceris folio, flore albo, tubo longiſſimo, et folio ſubrotundo, flore magno rubro, in vna tabula depinxit, LINNAEUS ſeparauit, et priorem ad Craniolariae, poſteriorem vero ad Martyniae genus amandauit. Noſter vero hanc ſuam plantam mediam inter vtraque haec genera eſſe autumat, inde permotus, nouum genericum nomen aſſumſit. Nobis tamen videtur, et ex deſcriptione iconeque apparet, hanc Proboſcideam, veram eſſe Martyniam annuam LINNAEI, cum totus non ſolum habitus, ſed corollae praecipue limbus quinquefidus, et rudimentum quinti ſtaminis Martyniae non Craniolariae genus indicent. Tab. XIV. depingitur *Chara inermis pellucida.* Eſt chara flexilis LINNAEI, quae partes fructificationis genere diſtinctas, ſub forma globulorum quodammodo pellucentium, in ipſis foliis producit. Folia aut integra ſunt, aut plerumque bifurcata, et tunc in interſtitiis ſuis, aut vnicum, aut plura tubercula, ſexum diſtinctum continentia, habent. Tab. XV. refert *Clauariam teretem fiſtuloſam.* Haec planta in locis arenoſis quodammodo tamen humidis, et tenui gramine veſtitis, menſe ſeptembri iam prouenit, praecipue vero copioſe inuenitur, quando aeſtas pluuioſa magis, quam ſicca fuit. Plerumque ad duos pollices excreſcit, erecta, quandoque vero incuruata. Haud raro piſtilli formam habet, vnde piſtillaris quoque clauaria appellatur, colorem ex albo, luteo et fuſco mixtum habet, caeterum vero quoad internam ſubſtantiam et totum externum habitum cum clauariis, ab Auctore Tab. IV. et V. delineatis, conuenire videtur. Tab

XVI

XVI. ſiſtit *Iuam annuam* LINNAEI. Iuae genus LINNAEUS condidit, eas Tarchonanthi VAILL. ſpecies hoc nomine comprehendens, quae flores maſculinos ſolos in diſco, paucos vero foemineos in radio gerunt. Cumque Auctor eundem florum ſitum in planta inuenerit, eam etiam a Parthenio LUDWIGII ſeparauit, et nouo Linnaeano ſub nomine deſcripſit. Habitus plantae ſpecioſam formam refert, tota enim quantacunque ex dilute virideſcente in rubrum colorem vergit, piliſque albicantibus rigidis obſeſſa eſt, caeterum adulta planta ad longitudinem quinque pedum et altius increſcit, et radice annua fibroſa fulcitur. Tab. XVII. continet *ſemperuiuum petalis fimbriatis*, *ſobole patula*, ad quamnam ſemperuiui ſpeciem hanc plantam LINNAEUS retulerit, ipſi cum Auctore Noſtro dubii ſumus. Etſi enim in ſpecierum editione recentiſſima CLUSII ſynonimon ſub ſemperuiuo hirto inuenimus, ipſa tamen huius ſpeciei deſcriptio, cum noſtra praeſente icone vix conuenire videtur. Huius enim folia radicalia in orbiculum quaſi diſpoſita et in margine vndiquaque inermibus et albicantibus ciliis ornata, caulem ex hoc orbiculo emittunt teretem, ad pedis altitudinem adſcendentem, pauciſſimis et laxis admodum pilis obſeſſum, cuius apici plures inſiſtunt flores, ſemperuiui genus referentes, quorum calyces et petala, vt plurimum colorem luteo virideſcentem habent, et in interiobus praecipue lateribus pluribus fimbriis et ciliis exornantur; baſi praeterea germinum adſiſtunt glandulae nectariferae, ſitu et numero germinibus reſpondentes. Tab. XVIII. ſiſtit *Teganium procumbens*, ita ab Auctore Noſtro appellatum, quemadmodum vero ex ampliſſima deſcriptione et ſatis nitida icone cognoſcimus, eandem eſſe plantam, quam LINNAEUS Nolanam dicit. Vltima tandem tabula oſtendit

Anthoceros maiorem MICHELII, in qua praecipue planta Auctor Noſter ope microſcopii veram globuli antheriferi, et ſeminum figuram obſeruauit, eandemque hac icone ad naturam depingere ſtuduit.

XIII.

Unterſuchungen der Natur und Kunſt, herausgegeben von JOHANN HEINRICH WINKLERN, *Profeſſorn der Phyſic zu Leipzig. Leipzig bey Joh. Gottlob Rothen, Buchhändler in Kopenhagen* 1765. 8. 1 *Alph. mit* 6. *K. T.*

i. e.

Diſquiſitiones naturae et artis, editae a IOANNE HENRICO WLNKLERO, Phyſices Profeſſore Lipſienſi.

Quamuis Auctor Cl. hunc libellum potiſſimum in eorum vſum conſcripſerit, qui altiora phyſices capita accurate addiſcere cupiunt, eoque fine vbiuis, ac inprimis in explicandis capitibus phyſico-mathematicis, ea perſpicuitate vſus ſit, quae in ſcriptis virorum profundioris ingenii raro occurrit, quaeque abtruſioribus phyſicae partibus eam affundit lucem, vt eas quiuis, leui inſtructus matheſeos apparatu, intelligere poſſit; attamen eadem perſpicuitate in eo ſimul proponuntur, quae peritiſſimis rerum phyſicarum cultoribus, non erunt iniucunda. Continet enim libellus varia eaque noua experimenta: occurrunt in eo nouae meditationes ad diſſoluendas, quibus nobiliſſima haec ſcientia premitur, difficultates ingenioſe excogitatae: repetita quidem in eo deſcribuntur experimenta, ſed eiusmodi, quae nonniſi

niſi vnius vel pauciſſimorum phyſicorum, qui ea inſtituerunt, auctoritate ac fide nituntur, nec ab aliis propter ſumptus ac delicatiora, quae requirunt, artificia repeti nouis luminibusque donari poſſunt. Praeterea vero omnia, quae in eo ex veterum non minus, quam recentiorum naturae indagatorum ſcriptis deprompta ſunt, in vberiorem lucem eleganter collocata, ac in eum ordinem digeſta, vt nouitatis gratiam conſequantur, et ſumma cum voluptate legantur.

Merita Cl. Auctoris ac vaſta eius rerum phyſicarum cognitio orbi litterario adeo cognita ſunt, vt certi ſimus, neminem futurum, qui nos nimium laudaſſe libellum putet, attamen lubet praeſtantiſſima ex eo delibare, non tam, vt fidem aſſertis faciamus, quam vt Lectores ad peruoluendum praeclarum libellum excitemus. Qui noua experimenta eaque inexpectata ac non niſi adhibita ingenii acie cum axiomate mechanico, quo adſtruitur: vim inertiae eſſe maſſae ſeu ponderi proportionalem, concilianda legere cupit: ei legenda eſt ſectio prima, vbi de vi inſita ac conſtanti omnium corporum i. e. de vi inertiae diſſerit Auctor Cl., ac poſtquam eam explicatam dedit ac a grauitate, vi attractionis luculenter diſtinxit, ea experimenta capite tertio copioſe deſcribit, ex quibus inſtitutis rite conſequi videatur, vim inertiae non eſſe maſſae ac ponderi proportionalem, ſed eam potius nonnunquam eſſe maiorem maſſa ſeu pondere. Deinde maximopere ſe commendabant meditationes, capite quarto obuiae, de magnitudine ac varietate reſiſtentiae, qua, vt Cl. Auctor loquitur, corpora mota in fluidis propter eorum vim inertiae afficiuntur, nec non eae, quae capite quinto de ratione, quomodo corpora quieſcentia, vi inertiae praedita, motum recipiant, proponuntur. Vbi Auctor Cl. vnde difficultas concipien-

p. 14.
p. 24.

di geneſin motus in corporibus quieſcentibus ac inertia praeditis oriatur, ex ipſius rei natura explicat, deinde vero verbis Cl. quondam HAUSENII. Porro conatus ſociorum Acad. Pariſ. in Memoir. anni 1706. expoſitos, eam difficultatem remouendi inſufficientes demonſtrat, et denique nouam propriamque rationem hunc nodum gordium diſſoluendi explicat ac vindicat.

p. 57. In ſectione ſecunda praecipuas ac maxime notabiles proprietates effectusque elaſticitatis aeris ex variis iisque ingenioſis expemerimentis deducit, inter quae eminet experimentum Cl. MARIOTTE de vi aeris elaſtica creſcente in ratione inuerſa ſpatiorum decreſcentium, quod non ſolum multis annotationibus copioſe illuſtrauit, ſed ſumma cura repetiit, ſummaque diligentia cum amicis ſingularia, quae in hoc ſumptuoſo ac raro experimento ipſis ſe obtulerunt, notauit: deinde computandi rationem ac calculos Cl. AMONTONS, qui gradus, ad quos aer naturalis comprimi poteſt, concernunt, inſtrue-
p. 131. re vberius docet. Lectu digniſſima ſunt, quae capite quarto de elaſticitate aeris in corporibus animalibus, vegetabilibus, ac mineralibus contenti, capite quinto de ſoni ex aere origine, eius celeritate, propagatione, reflexione ac reſiſtentia occurrunt. Quemuis tandem oblectabunt, quae Auctor Cl. corondis loco de machinis veterum exempli cauſſa de fonte Heronis, de aure dionyſiana, ſtatua Memnonis ex ſcriptis virorum doctiſſimorum, ad quarum mechaniſmum declarandum vi elaſtica vſi ſunt, collegit ac variis, quae ex recentiorum phyſicorum inuentis deſumptae ſunt, annotationibus locupletauit.

XIV. CA-

XIV.

CAROLI CLERCK, Acad. Reg. ſcient. Stockh. Soc. Reg. ſcient. Vpſal. Memb. Icones inſectorum rariorum cum nominibus eorum triuialibus, locisque ex LINNAEI, Arch. Reg. et Equ. aur. Syſt. nat. allegatis. Holmiae. Sectio I. 1759. Sectio II. 1764. in 4 mai.

Quod elegantiſſimum hoc opus ſerius, quam deſiderari potuit, commentariis noſtris excipiamus, non tam caro, quo venditur, pretio, accidit, quam morte Cl. Auctoris nimis matura, quae in cauſa fuit, vt pauciſſima in vniuerſum eius exempla modo proſtent. De alio eximio ſcientiae eius naturalis monimento, librum puta de araneis Suecicis, tempeſtiue olim diximus *. Hoc vero iconum nitore et ſtudio iſtas non exaequat modo, ſed, quum inſecta heic depicta et formae venuſtate et colorum varietate et gratia, ſponte ſua cuilibet magis placeant, ſuperat inſigniter. Ex titulo libri apparet, non ſubſiſtere in vnico inſectorum genere Cl. Auctorem voluiſſe: morte vero, et pretio quoque operis forſitan, vtpote quum nullis publicis ſumtibus ſubleuaretur, impeditus, depingendis papilionibus quibusdam, phalaenis, ſphingibus, rarioribus acquieſcere debuit. Quorum omnium icones tam pulchras praeſtitit, vt neminem, niſi RÖSELIUM forſitan, aemulum pronunciemus. Selegit vero ea inſecta, quorum imago vel in vniuerſum nulla exſtaret, vel manca modo.

Exempla pro delineatione ſubminiſtrarunt in prima ſectione collectiones Ill. A LINNÉ, et ſelectiorum quorundam equitis diſcipulorum, Cll. AL-

 STRÖ-

* vid. Commentar. noſtror. Vol. IX. p. 535.

STRÖMERIORUM, BERGMANNI, FORSKÅHLII et SOLANDRI. Quae vero ſecunda ſectione continentur, icones, muſeo reginae Suecorum LUDOVICAE VDALRICAE, inſectis non minus ac quouis alio rerum naturalium genere inſtructiſſimo debemus. Merito igitur non amore modo, quo auguſtiſſima regina in naturae gazas fertur, ſed grati etiam animi ſenſu ductus, opus ſuum iſti dedicauit. Tanto autem exactius naturam imagines imitantur, quum ipſe Ill. A LINNÉ tabulis, antequam ederentur, monitis ſuis adfuerit.

Tabularum in vniuerſum 55 ſunt, quarum qualibet vel vna, vel plures inſectorum ſpecies pro diuerſa earum magnitudine continentur. In multis ſuffecit, inſecta a ſuperiori tantum corporis parte, vel alterum eorum ſexum modo depingere, in aliis, ſi opus fuit, et inferior corporis pars et vterque ſexus obtutui exhibetur; quin interdum ipſius laruae imago adiecta. Adſcripſit Cl. Auctor, vna cum numero, nomen triuiale ex LINNAEI ſyſtematis editione decima; quod ſi deeſt, indicio eſt, nouitatis cauſſa nullum tum temporis adhuc nomen illuſtrem equitem addidiſſe. Quod tamen poſtea factum eſt, vt ex nouiſſima editione ſyſtematis patet, in quo hoc CLERCKII opus crebro citatum reperitur. Hac ratione inſectorum lepidopterorum ſpecies circiter 270, nitidiſſime delineatas, numerauimus. Specimina proferre in tanto numero vix vacat. Iuuat modo indicaſſe, haec inter multa reperiri, quae in memoriam virorum, de inſectorum ſcientia meritorum, nomina traxerunt; e. gr. Alſtrömerianam, Bergmannianam, Degerellam, Forskåhleanam, Goedartellam, Hartmannianam, Lechianam, Linneellam, Schreberianam etc. et in parte ſecunda, nonniſi Indica et Americana, vt ex Papilionum tribu Priamum, Panthoum, Idomeneum

neum, Helenam, Vlyſſem, Medonem, Hectorem, Polydorum, Patroclum, Amaltheum etc. ex Sphingum numero, Megaeram, Sphingem Labraeſiae, Ficus etc. et inter Phalaenas, odoratum ſtrigem, lunam, feneſtram etc. contineri.

Dolendum eſſet, ſi, vt ex Suecia relatum nobis eſt, praeſtantiſſimum hoc opus cum morte Cl. Auctoris interiturum eſſet; cuius tamen plura exempla, quum formae aeneae ſine dubio adhuc ſuperſtent, icone iam picta ante oculos poſita, facile ab artis perito adornari poſſent, modo ſint, qui ſumtus erogent.

XV.

IACOBI Ô REILLY, Med. D. et Phyſici Zatecenſis tractatus de ortu ac indole, contentis, viribus medicis, ac debito vſu aquarum mineralium Stecknicenſium. Ponti typis Anton. Sigism. Kotting. 1766. 8. pl. 5.

In praefatione Cl. Auctor quaedam de aqua in genere monet, eiusque vſum pro conſeruanda valetudine multum extollit, indeque concludit, mineralium aquarum virtutes non paucas a copioſa aqua communi pendere. Promittit deinde, ſe ſola principia, aquis ſuis mineralibus propria, eſſe propoſiturum, merito vituperans illos ſcriptores, qui plura ſuis aquis ineſſe gloriantur, quam vere iis inſunt. Inuehit hac occaſione in medicum quendam, cuius nomen * quidem ſilet, graphice tamen depingit, qui, dum

* Quamuis illum non nominet, quilibet tamen, qui aliquam tantummodo notitiam hydrogaphorum habet ſcriptorum, facile perſpiciet, Cl. Auctorem digito monſtrare Cl. TROSCHEL, qui 1762. *Tractatum de*

dum tractatum ſuum de aquis ſibi propinquis mineralibus publici iuris faceret, ſimul publico ſuum *Balſamum ſaponatum*, *puluerem mineralem* et *ſalem eſſentialem*, tanquam medicamenta, ex ſolis ſuae aquae partibus conſtitutiuis praeparata, obtruderet. Haec omnia iure reprehendit, ſimulque palam facit partes, quibus conſtant, et modum, quo confecta ſunt. An vero ceteros medicos, quos alias *ſat peritos* ipſe dicit, iure, an iniuria? carpat, quod, in praeparando mineralium aquarum ſale nimis ſcrupuloſi ſint, et repetita ſolutione, et, vt vocant, *cryſtalliſatione* ſuum ſalem ab adhaerente alcali congenito priuent, aliis diiudicandum relinquimus.

p. 1, Libellum ipſum in *quatuor* ſectiones diuidit. *Prima* ſectio agit de ortu ac indole aquarum *Stecknicenſium*. Proſilit haec aqua duobus ſcaturiginibus, parum a ſe diſſitis in Bohemia, prope arcem *Stecknitz*, ad Illuſtr. *Baronem de Kuhlaneck* pertinentem, et in circulo *Zatecenſi* (*Saaz*) in vicinia trium celebrium aquarum mineralium, thermarum ſcilicet *Teplizenſium*, amararum *Sedlicenſium* et *Seydſchitzenſium* et acidularum *Bilinenſium*. Aqua vbi ſtagnat, aut lento fertur motu, pellicula diuerſicolori et variegata tegitur, et rubricam ſeu ochram ſubrubram ad riuuli oras deponit, quo fluit. Deguſtata, linguae imprimit ſaporem fortiter adſtringentem, ferrugineum, atramentoſum. Binique nondum ſunt anni praeterlapſi, ex quo fons a monacho quodam Ordinis, quem dicunt, *Minoritarum* primus detectus et Cl. Auctori notus factus fuit. Variis igitur cum hac aqua inſtitutis experimentis, Cl. Auctor ſibi per-

de acidulis Bilinenſibus germanice edidit, et *Salem* quendam *eſſentialem Saturatum*, *Balſamum*, et *Saponatum*, tanquam medicamenta ex ſolis contentis aquarum *Bilinenſium* producta venum expoſuit. Confer. Comment. noſtr. Vol. XII. Part. II. p. 250.

perſuadet, has aquas cum *Spadanis* aliquam habere affinitatem, quid, quod has virtute adſtringendi et roborandi antecellere, ex ſolo hoc argumento, quod P. 7. *Stecknicenſes* aquae *Spadanas* principio martiali et ſalino ſuperent, quam opinionem per totum quoque librum ſuſtinet.

Sectio *ſecunda* inquirit in contenta aquarum p. 13. *Stecknicenſium*. Aquae ſapor atramentoſus, ferrugineus, et valde adſtringens eſt, vt fere ad ſtypticum accedat. Decoctum gallarum illico aquae impertit colorem ſubatrum. Rubrica, canalibus adhaerens, ſine omni additamento, vſta, vera ramenta ferrea magneti exhibuit. Ex quibus concludit p. 17. aquas *Stecknicenſes* omnes alias aquas minerales, huc vſque cognitas, ferreo principio ſuperare, et hinc *Spadanis* ipſis praeferendas eſſe. Procedit Cl. Auctor ad aliam qualitatem, qua *Spadanae* omnibus aliis aquis mineralibus multum antecellunt, *ſpirituoſitatem* vulgo dictam, qua *Stecknicenſes* prorſus fere carent. Perſuadere hinc Lectoribus conatur, copioſas bullulas, quae in aquis Spadanis obſeruantur, et pro ſpirituoſitatis, vt aiunt, ſigno habentur, nil eſſe, quam aerem ſimplicem, quo certe fallitur Cl. Auctor. Cum illo enim aere, in aquis *Spadanis* contento, ſemper acidum quoddam ſubtile vitriolicum coniunctum eſt, quod nares manifeſto ferit. Multo igitur inferiores merito iudicantur a peritis eiusmodi aquae minerales, quae his bullulis carent: quum e contrario excellentiores eae habentur, quae his abundant, quicquid etiam alii contradicere contendant. Hanc obiectionem praeuidens Cl. Auctor, ipſe tandem concedit, ſpiritus hos p. 22. aquarum mineralium ad promouendas acuendasque earum virtutes afferre multum poſſe, immo, et aquis mineralibus gratiorem conciliare ſaporem. Rectius iudicat de colore viridi, quem ſyrupus violarum

larum acquirit, dum aquis mineralibus admiſcetur
quod, ex hac coloris mutatione, ad alcali, in aquis
contentum, inde concludendum ſit.
p. 27. Tranſit ad experientias, quae probant, acidum
aliquod in aquis *Stecknicenſibus* contineri, ſimulque
inuenit in libris *ſedecim* aquae, ſalis drachmas *tres*,
grana *duodecim*; terrae autem ſcrupulos *octo*. Sa-
lem dicit peculiarem, quod nulla arte ad cryſtallos
perduci poſſit: quare eum ſalem mirae ſpeciei, et
medium martialem nominat, qui cum vitriolo mar-
p. 40. tis multam habeat affinitatem. Ochram denique
ipſam examinat reperitque huius pulueris ſcrupu-
lum vnum, grana ſedecim ferri, ſeu, vt mauult Cl.
p. 43. Auctor, minerae ferri dediſſe. Ex his praemiſſis
colligit Cl. Auctor, contineri in aquis mineralibus
*Stecknicenſibus aquam communem, ſalem medium mar-
tialem, mineram martis, et terram martialem.* Negat
autem illis ineſſe nitrum, ſalem communem aut
p. 50. ſulphur. *Comparationem* nunc facit *aquarum Steckni-
cenſium cum illis fontis Pouhon Spadenſium*, quae eo
redit, vt ſibi aliisque perſuadeat, aquas *Stecknicenſes*
Spadanas, praeſertim *Pouhon*, longe poſt ſe relin-
quere, quod illae has copia ferri, et terrae multum
ſuperent. Quod vltimum licet Cl. Auctori demus,
minime tamen inde ad praerogatiuam, aquarum *Steck-
nicenſium* prae aquis *Spadanis* concludere licet, quia
dantur aquae, per cuniculos ex ferri fodinis ef-
fluentes, *Stollen Waſſer* noſtris dictae, quae, quod
copiam ferri et ſaporem ſtypticum attinet, cum
aquis *Stecknicenſibus* perfecte conueniunt, minime
tamen aquis medicatis adnumerari merentur. Ipſae
noſtrae aquae *Lauchſtadienſes*, vt HOFFMANNVS
et HENCKEL demonſtrauere, *Spadanas* quantitate
terrae martialis praecedunt, nemo tamen auſus eſt
eas cum *Spadanis* aequiparare, nedum his praefer-
re. Quibus ita ſe habentibus, ad experientiam,
con-

confugiendum et expectandum eſt, quid haec nos in poſterum docebit. Ad hanc autem prouocantes, nihil interea harum aquarum virtutibus derogamus: optamus potius ipſi, vt eiusmodi acidulae in vicinia eſſent, quae pretioſis et caris ſubſtitui poſſent *Spadanis*.

Properamus ad ſectionem *tertiam*, qua Cl. Auctor vires medicas aquarum *Stecknicenſium* exponit, ſimulque euincit, eas, dum fibras flaccidas ſolidorum roborant, debellandis morbis chronicis, quorum magna pars a ſolidorum debilitato tono proueniat, apprime conuenire. Quare non dubitat cachecticos, chloroticas, leucophlegmaticos, qui ſemper fibras habent laxiores, hypochondriacos, melancholicos, hyſtericas, generis neruoſi debilitate, vt plurimum affectas, multum auxilii ab vſu aquarum harum ſperare poſſe. Omnem autem earum virtutem in principio martiali quaerit, quo aquae hae abundant: quare etiam has in omnibus morbis ſalutares praedicat, quibus martialia medentur. Ex hoc principio martiali roborante etiam comprehendi poſſe ait, cur aquae *Stecknicenſes* ſuppreſſum reſtituant fluxum menſtruum, et exorbitantem contra coerceant. Repetit denuo ſuam adoptatam opinionem, cui per totum opuſculum indulſit, aquas *Stecknicenſes* *Spadanis* copioſiori, et fortiori gaudere principio martiali, ergo etiam maiores exerant virtutes tonicas neceſſe eſſe. p. 54. p. 60.

Finem facit ſectio *quarta*, quae de recto vſu aquarum *Stecknicenſium* agit, regulasque adiicit, tam aquarum vſui praemittendas, quam ſub ipſo vſu obſeruandas diaeteticas. In principio curae venaeſectionem praeſertim commendat, quia aquae mineralis *Stecknicenſes*, vti omnia martialia, orgaſmum ſanguinis mouent, ſub ipſo autem vſu omnia euacuationum genera ſedulo vitanda, omni iure monet, p. 61.

quia

quia roborantium medicamentorum vires nil magis turbent, et infringant, quam euacuantia: contra quam regulam ſalutarem atque rationalem tam multi medici practici ex inueterata quadam et praeconcepta opinione peccant, dum credunt, omnes curationes aquarum mineralium, etiam ferratarum, purgante remedio eſſe finiendas. Ceterum vſum cereuiſiae ſub potu aquarum diſſuadet, et vinum, aqua dilutum, inprimis rubrum *Burgundicum*, vel eius loco *Mellinicenſe*, commendat. Tandem conſuiit, vt paruis partitisque portionibus aquas bibant, meritoque reprehendit conſuetudinem illorum, qui thermis Carolinis vtentes, incredibilem fere quantitatem aquae intra horae ſpatium deglutiunt.

XVI.

Ichthyologia cum amphibiis regni Boruſſici methodo Linnaeana depoſita, a IOHAN. CHRISTOPH. WULFF, Med. Doct. Regiomonti, apud Iohan. Iacob. Kanter. 1765. 8. pl. 5.

Continet hic libellus piſcium et amphibiorum, quae in Boruſſia reperiuntur, catalogum, ad quem perfectiorem reddendum varii alii quoque hiſtoriae naturalis curioſi, ſuam ſymbolam contulerunt. Vix tamen putamus, omnes in eo piſces marinos reperiri, qui ad littora Boruſſiae capiuntur, cum 53 tantum ſpecies piſcium, vna cum amphibiis nantibus in eo contineantur. Vſus eſt Cl. Auctor methodo Ill. LINNAEI, atque paſſim obſeruationes quasdam addidit. Ruſtici Boruſſici *teſtudines* (orbiculares LINN.) in cadis culinariis, in quibus iurulenta pro porcis colliguntur, aſſeruant, cum porcos inde pingueſcere, perſuaſum ſibi habeant. In eiusmodi vero habitaculis per aliquot annos

annos viuant. Species ſerpentum in Boruſſia reperiundae ſunt, *Coluber* berus LINN. cherſea, dirum venenum continens, natrix, nemini nocens, preſter et *anguis* fragilis LINN. Quod vero Cl. Auctor de iaculo, in frondoſis ramis arborum ſyluae cuiusdam habitante, narrat, vix ad africanum, vti putat, pertinet. Ex vulgaribus enim ſerpentibus nonnulli nonnunquam arbores aſcendere, ſaepeque ex vno loco ad alterum ſe iactitare experientia docet. *Cottus* quadricornis LINN. etiam, vt grunniens LINN., inſtante tempeſtate, boat, rictu oris dum boat valde propatulo exiſtente, et ob ſonum, qui boatum boum mentitur, *Seebolle* vulgo dicitur. In vniuerſum autem miramur, Cl. Auctorem in omni hoc libro nunquam Beat. KLEINII opere ichthyologico vſum eſſe, ex quo tamen forte piſcium Boruſſicorum catalogus longe auctior reddi potuiſſet.

XVII.

IACOBI THEODORI KLEIN, Imperial. Acad. ſcient. Petropol. Reg. Soc. Londin. Academ. Bonon. aliarumque, dum viueret, Societatum Membri. Oua auium plurimarum ad naturalem magnitudinem delineata et genuinis coloribus picta. Lipſiae et Regiomonti apud I. I. Kanter 1766. 4. pl. 5. tab. aen. color. pict. 21.

I. T. KLEIN *Sammlung verſchiedener Vögel-Eyer in natürlicher Gröſse, und mit lebendigen Farben geſchildert und beſchrieben.*

Inſignis, quae in ouis auium colorum figuraeque conſpicitur, varietas, cum vnicuique ſpeciei propria et conſtans maxime ſit, haud dubie non ad ſo-

lam

ſam intuentium delectationem, ſed potius ad eſſentiales cuiuslibet auis proprietates pertinere videtur, ita, vt eiusdem in ſpecierum diſtinctione forte aliquis vſus eſſe poſſit, omninoque ad oui naturam ornithologiae Auctores attendere debeant. Quod bene intellexit clariſſimus huius operis Auctor, qui, pertractatis fere omnibus zoologiae partibus, huic demum, a plerisque neglectae, operam ſuam dicauit. Is enim appendicis loco ad *auium ſtemmata*, de quibus alio loco diximus * collectionem 145 ouorum, multa cum cura conquiſitorum, addidit, eorumque deſcriptioni, quamuis ſenectute fatigatus, vltimos vitae, tam laudabiliter geſtae, annos, immo menſes fere vltimos impendit. Quae quidem collectio etiamſi non plane abſoluta ſit; ſed multa potius cum exterarum, tum etiam indigenarum auium oua adhuc in ea deſiderentur, prima tamen in hoc genere merito dicenda eſt; atque MARSIGLI et ZINNANI ** ſcriptis huc ſpectantibus, inprimis cum icones, ab his Cl. Viris datae, nullis coloribus diſtinctae ſint, palmam facile praeripit. Nec ſunt tamen ſilentio a nobis praetereunda Cl. Viri GODOFREDI REYGERI, circa editionem huius libri, poſt mortem beat. KLEINII demum publicati, merita. Hic enim deſcriptiones, a KLEINIO exaratas ſecundum ordinem ſyſtematicum, qualis in *ſtemmatibus auium* conſtitutus eſſet, diſpoſuit. Fecit etiam hoc, vt, cum Auctor lingua vernacula et latina promiſcue vſus eſſet, germanicam aut latinam verſionem, vbi deſiderabatur, adderet, ita, vt nunc in vtraque lingua legantur iſtae deſcriptio-

* vid. Comment. noſtr. Vol. VIII. Part. IV. p. 629.

** Delle vove e dei nidi degli uccelli libro primo del conte GIUS. ZINANNI, Ravennate. In Venezia 1737. 4.

deſcriptiones. Ouorum in vniuerſum, vt diximus, ſunt 145. Singulis breuem aliquam deſcriptionem adiectam videmus, in qua Auctor aliquoties ZINNANI opera vſus eſt. Colores, quibus depicta ſunt oua, ſatis bene naturae reſpondent. Sunt etiam in illis oua plurima rariora, et nonnulla monſtroſa, v. c. ex gallina, columba etc. Iſpidae ouum albidiſſimum et quaſi vernice, eboris ad inſtar, imbutum, pellucidiſſimumque eſt, ita, vt albumen et vitellus oculis facile dignoſcantur.

Laudabile vero Auctoris libelli huius inſtitutum nos mouet, vt exhortandos putemus eos omnes, quibus incrementum hiſtoriae naturalis curae cordique eſt, velint diligenter coeptum a beat. KLEINIO laborem ſibi commendatum maxime habere, atque in obſeruandis auium ouis vlterius, ſi poſſint, progredi. Summa enim hac in re obſeruatur varietas, cum non ſolum oua ſpecierum vnius eiusdemque generis inſigniter differant, ſed et oua, ab eadem matre parta, non ſemper ſibi omni ex parte ſimilia ſint. Ita enim fiet forte, quod optat beat. KLEINIUS in praefatione huius libri, fore, vt poſt obſeruationes repetitas et conſtanter ſimiles, vel ex configuratione teſtarum, vel ex diuerſitate picturae, vel ex aliis criteriis, embryones foetuum maſculorum et foemineorum in ouis, nondum incubatis, praeſagiri poſſint.

XVIII.

Fränkiſche Sammlungen von Anmerkungen aus der Naturlehre, Arzneygelahrheit, Oekonomie, und den damit verwandten Wiſſenſchaften. Siebender Band. Nürnberg, bey George Peter Monath, 1765. 8. Alph. 1. pl. 13. *Achter Band.* ibid. 1768. 8. Alph. 1. pl. 13. tab. aen. 2.

i. e.

Franconica collectio obſeruationum ex phyſica, medicina, re oeconomica et reliquis, affinitate quadam cum his connexis, ſcientiis depromptarum. Volumen VII. et VIII.

Vti iam alias in recenſendis prioribus huius collectionis voluminibus fecimus, vt ſcilicet eorum praecipuas tantum, ac medicas inprimis obſeruationes indicaremus, ſic et in his ſimili modo nobis agendum eſſe putauimus, praeſertim, cum plurima in his contineantur, quae vel non proprie ad medicinam ſpectent, vel leuioris momenti ſint, atque recenſione vix digna videantur.

Vol.VII. p.21. Part. 37. N. 2. Cl. BOENNEKEN ſen. *de ſaliuationibus inopinatis quidem, attamen proſpere ſuccedentibus.* Obſ. 1.) Quinquagenaria arthritide vaga et vomitu perpetuo diu laborans, poſt vſum ſex granorum mercurii dulcis ſaliuatione correpta, plane conualuit. Obſ. 2.) Puella 13. annorum de digeſtione laeſa et flatulentia conquerens, ſumta drachma vna mercurii dulcis, in ſaliuationem incidit; ac deinde ſanata eſt. Obſ. 3.) Idem accidit feminae, eroſione et ulceribus cutis ac naſi affectae, quae vſu quatuor ſcrupulorum aethiopis mineralis cum rhabarbaro, orta ſaliuatione, plane curata eſt. Obſ. 4.) Vir vlcere inueterato laborans, et

aqua-

aqua gryſea largiter tractatus, ſenſim ſaliuare incepit, et vlcus ſanatum eſt. Obſ. 5.) Alius malleoli interni carie afflictus, a mercurii dulcis granis tribus ſaliuationem expertus eſt, ac ſenſim plane conualuit.

N. 4. Cl. 10. CHRIST. HENNIKEN *de retentione vrinae lethali.* Quadragenarius crebriore vrinae retentione ac dolore diaphragmatis laborans, tandem arthritide et catarrho ſuffocatiuo periit. In ſectione cadaueris apparuit, cauitatem pectoris aliquam ſeri partem continere, veſicam vrinariam eſſe vacuam, in pelui renum vero haerere calculos duos, quorum vnus ſeſquidrachmam, alter drachmas duas cum dimidia pondere aequabat. p. 66.

N. 9. *Remedium ſpecificum in epilepſia infantum* conſtat e puluere oſſis ſemilunaris carpionum, quod pulmento infantum admiſcetur. p. 90.

Part. 38. N. 2. *Meditationes de ortu vitae et generatione.* Cl. Auctor 1) niuem liquefactam et filtratam in vaſis, charta cerata obturatis, putredini expoſuit, atque in hac microſcopio detexit animalcula parabolica, duabus extremitatibus obtuſis inſtructa, progreſſu lento, abdomine, duobus ouis referto. 2) Sero in vaſis obturatis putrefacto, varia vidit in eo animalcula viua. 3) Puluerem antherarum florum ſolani eſculenti aquae pluuiali deſtillatae immiſit, vas obturauit, ac deinde multa animalcula viua, hinc enata, vidit. 4) Albumen et vitellum oui recentis, aqua feruida dilutum, nulla oſtendit animalcula; vtrumque aqua pluuiali mixtum et in vaſis obturatis putrefactum, magnam eorum copiam continebat. 5) In vrina recenti microſcopio nihil viuidi detexit; in eadem vero, in vaſe, cera obturato, putrefacta, multa animalcula viua conſpexit. In ſpermate humano eadem vidit animalcula, quae LEDERMÜLLERUS deſcripſit. p. 122.

N. 4. IO. FR. BECK, *de permagnis cucurbitis.* Harum nonnullae aequabant pondere libras 55, 85, 72, 54, 110. Cl. DELIUS mentionem facit de raphanis, quorum decem centumpondium aequabant.

p. 238. Part. 39. N. 3. Cl. LEDERMÜLLERI *obſeruationes microſcopicae de polline antherarum tuliparum, atque de ſero ſanguinis.* Microſcopio detexit, varias tuliparum antheras habere pollinem duplicis et triplicis coloris. Hic aquam tingebat duplici colore, vt et ſimplex ſimplici. Hoc duplici ſucco varietas colorum ipſis tuliparum ſeminibus impraegnari videtur. Cl. Auctor e pluribus experimentis ſuſceptis coniicit, ſerum ſali ammoniaco magis ſimile eſſe, quam vrinam, et gluten, in peripheria guttae ſeri conſpicuum, multum aeris continere.

p. 259. N. 5. Cl. OESTERREICHER *de vſu mercurii ſublimati corroſiui.* Eius drachmam dimidiam miſcuit cum aquae vnciis octo, et aegro dedit ſingulis diebus cochlear vnum eique ſuaſit decoctum tenue ligni guaiaci, quod nono die magis ſaturatum praeſcripſit, vſum vero ſolutionis mercurii ſublimati per quinque dies continuauit, et decimo quarto die curam euacuante et theriaca Andromachi abſoluit. Simili modo multos venereos felici cum ſucceſſu tractauit.

p. 269. N. 7. *De hydrope ſaccato ouarii.* Foemina ſenſit in pelui tumorem pugni magnitudine, qui per triplicem grauiditatem magis increſcebat, aegra tandem in hydropem incidit et periit. In eius cadauere viſum eſt ouarium ſiniſtrum aqua et hydatibus repletum, ac in eius fundo haerebat oſſiculum ſemipollicis longitudine, atque trium linearum latitudine, quod ſcapulae deſtructae ſimile erat.

p. 318. Part. 40. N. 2. Cl. DELII *medela variolarum malignarum.* Puellae quadrienni, variolis lente

erumpen-

erumpentibus, applicauit veſicatoria, et aegram, languore et angina grauiter decumbentem, ſenſim cortice Peruuiano aptaque diaeta reſtituit.

N. 3. Cl. HERWIG *de felici exſtirpatione tumoris inguinalis.* Sexagenarius diu laborabat ſcirrho inguinali, qui tandem inflammatus, haemorrhagias crebrius excitabat. Cl. Auctor ligauit hunc tumorem et ſcalpello exſtirpauit; pondere aequabat libras duas et dimidiam, atque ſubſtantiam ulceroſam, calculoſam et glanduloſam continebat, aeger vero conualuit. p. 329.

N. 9. *De effectu, poſt eſum cancrorum eorumque lapidum, percepto.* Quidam enim ſemper, ſi eſerat cancros, incidit in anxietatem, calorem et pruritum corporis, et in facie erumpebant puſtulae. Idem ei accidit ab uſu pulueris lapidum cancrorum. p. 367.

Part. 41. N. 4. Cl. HIRSCHING *hiſtoriae foeminae mortuae viſae et rurſus excitatae.* Sexagenaria in febre continente incidit in ſyncopen, vt mortuae ſimilis eſſet; interea omnia ſenſit et audiuit, ſed rigiditate corporis impedita eſt, quo neminimum quidem vitae indicium oſtenderet. Tertio die, cum iam ſepelienda eſſet, a ſuccuſſione ſenſim expergefacta eſt et conualuit. Videtur igitur incidiſſe in catalepſin ſeu rigorem, cuius mentionem iam fecit AETIUS, in quo aegri rigeſcunt, loquela et ſenſu carent, pulſus et reſpiratio vix percipitur, et membra definitum ſitum retinent. p. 406.

N. 5. Cl. GESNERI *hiſtoria morbi et ſectionis foeminae hydropicae.* Quadragenariae ſaepius rediit hydrops, et accedente prolapſu vaginae et exomphalo, eoque rupto, tandem aegra febre lenta periit. In eius ſectione viſum eſt corpus pyriforme, in abdomine haerens, decem pollicum longitudine, ſex p. 424.

pollicum latitudine eademque craſſitie, e pluribus hydatitibus compoſitum.

V.VIII. Part. 43. N. 2. Cl. DELII *obſeruationes de ſe-*
p. 10. *ctione foeminae grauidae ſubmerſae.* Vtrum foetus maſculus, an foemininus in vtero lateat? vix certo praedici poſſe, hac ſectione declaratur. In hoc enim cadauere erat mamma dextra maior, latus dextrum abdominis magis eleuatum ſiniſtro, in ouario dextro conſpiciebatur papilla rubra, rupturam ſuperficiei indicans; hinc foetus maſculus in vtero latere putabatur. Sed inueniebatur puella ſemeſtris.

p. 19. N. 3. Cl. LEDERMÜLLERI *tentamen comparationis pollinis antherarum cum animalculis ſpermaticis et ſucco lacteo ficuum.* Refutatur Cl. HILL, qui in *ſyſtemate generationis plantarum* dicit, obſeruaſſe microſcopio germina, flammea forma, in polline antherarum amaryllidis, quae Cl. Auctor in nulla planta detegere potuit. Materia, quam HILL *ceraceam* appellat, pollini exterius tantum adhaeret, ac potius melli, quam cerae ſimilis eſt; ſubſtantia interna durior eſt et granuloſa. Flores ſemine vno v. c. ceraſa, quorum quaelibet anthera ad minimum centum granula pollinis continet, ſatis demonſtrant, non in quolibet eiusmodi granulo latere germen, vti HILL ſtatuit, alias enim eiusmodi ſemen plura germina haberet, in quo tamen vnum tantum latet. Hinc putandum eſt, naturam aequali modo pollinem antherarum ad fructificationem plantarum adhibere, cum ſimilis fere eius quantitas in floribus, qui vnum germen, quam in iis, qui plura contineant, deprehendatur. Ducitur itaque ſuccus pollinis per papillas ſtigmatis earumque ductus ad ouarium, et germini, in embryone ſeminis latenti, vitam praebet. Cl. Auctor animalcula ſpermatica

ſpermatica, in ſemine praeſentia, ſtatuit, eorumque motum, motui piſcium ſimilem, microſcopio obſeruauit, atque hinc concludit: ad vitam ouorum plantarum producendam requiri materiam balſamicam fluidam, quam ſiſtunt granula pollinis antherarum, a ſole impraegnata: ad vitam vero animalium requiri ſemen viuum, quo omnia animalia, adeoque inſecta, praedita ſunt; quo autem modo hoc ſemen agat, adhuc latet. Succus ficuum lacti ſimilis eſt, et in arbore, foliis ac fructu haeret, hinc Cl. Auctori ſimili modo ad fructificationem inſeruire videtur, quam ſuccus pollinis antherarum in aliis plantis.

N. 5. *De ſecalis ſpecie*, Staudenkorn *dicta*. p. 63. Haec tantopere fertilis eſt, vt duae menſurae ſatae 352 menſuras proferant, quod partim eius macerationi antea faciendae, partim, quod omnia granula ſeorſim ac profundius ſeruntur, adſcribendum eſt, quodlibet enim granulum 20 — 30 caules proferre ſolet. In Dania nomen *ſecalis aegyptiaci* accepit.

P. 44. N. 2. Cl. BOENNEKEN *de vſu inſigni aquae pluuialis in variis morbis externis.* p. 116. Obſ. 1.) Nauta incidit in febrem acutam et eryſipelas cruris, quod Cl. Auctor, cum iam gangraena immineret, inuoluit linteis, aqua pluuiali tepida madefactis, et aegrum breui tempore reſtituit. Obſ. 2.) Simili modo tractauit bono cum ſucceſſu vulnus inueteratum pedis prope tendinem Achillis, cui acceſſerat eryſipelas. Obſ. 3.) Alius, quem, poſt venaeſectionem, pedis eryſipelas, et ſerum acre, inter digitos effluens, vexabat, epithemate aquae pluuialis ſanatus eſt. Obſ. 4.) Eodem remedio infans triennis in vlcere femoris leuamen haud exiguum percepit.

N. 4. Cl. DELIUS *de fructificatione artificiali coryli.* p. 159. Corylus ſatiua, fructu rotundo maximo,

proferebat tres flores foemineos, nullos vero iulos; ſuper hos itaque haeſit Cl. Auctor ramulum alius coryli, iulis refertum, et nuces maturas accepit. Altero anno nullos flores habuit, tertio flores foemineos, qui, maſculis carentes, ſteriles permanebant; quarto anno duos iulos appendebat et varios flores foemineos, quorum fructus ad maturitatem perueniebant.

p. 169. N. 5. Cl. LEDERMÜLLERI *conſideratio vlterior lactis ficuum, ſiue ſucci albi ficus, cum animaduerſionibus.* Amarus eſt, acris, glutinoſus, ſpiſſus, bullulis aereis refertus. Cauſſae, cur idem praeſtet, quod pollen antherarum in plantis, hae ſunt; 1) cum haereat in ligno, foliis et fructu; 2) cum in fructu maturo parcior et mitior fiat; 3) cum fructus conſtet e floribus floſculoſis foemineis, quorum corolla exterior clauſa ſit. Superius, vbi vmbilicus conſpicitur, multa foliola acuta figuram roſae ſiſtunt, exterius quatuor adſunt, quae vmbilicum componunt, interius plura, quam centum, quibus Cl. Auctor vſum antherarum adſcribit, quod ſcilicet horum tubulis ſuccus albus ad flores foemineos defertur.

p. 267. Part. 45. N. 4. *De contagio gangraenae.* Ruſtica boui, gangraena inteſtinorum laboranti, brachium in inteſtinum rectum immiſit, ac ſtatim ſenſit eius inflammationem et puſtulas erumpentes, ac in haemoptyſin et febrem acutam incidit, aptis vero remediis conualuit.

p. 322. Part. 46. N. 5. *De vermibus ſanguinis.* In foeminae grauidae ſanguine, e vena ſecta emiſſo, conſpiciebatur vermis viuus, 17 annulis inſtructus, laeuis, pellucidus, capite, cauda et collo albo, roſtro magno, quem Cl. Auctor per tres dies in ſero viuum ſeruauit; adiicitur hic eius icon.

N. 8. Cl. DELIUS *de nouo ſale Fridericiano aperitiuo.* Haec ſalina, in ditione Hildburghauſenſi ſita, diu quidem cognita, ſed anno 1763 demum reſtituta eſt, atque continet ſal mirabile GLAUBERI natiuum, cuius cryſtalli parallelopipeda ſiſtunt; ſapor eſt refrigerans, leuiter amaricans; in aere calido fatiſcit in puluerem album, atque tum dimidiam ponderis amittit. Cryſtallorum doſis a drachmis 6 — 12 aluum euacuat; exſerit vim carminatiuam, antiphlogiſticam, digeſtiuuam, antiſpaſmodicam, et in febre intermittente, digeſtione laeſa, malo hypochondriaco et hyſterico, atrophia, dyſuria, lue venerea, odontalgia, cet. maxime prodeſt. p. 344.

Part. 47. N. 2. *De bile, excerpta ex litteris* Cl. GESNERI ad Cl. D. C. P. G. Cl. Auctor haec experimenta partim cum bile exſiccata et per 46 annos conſeruata, partim cum bile bouina recenti inſtituit. Prior eſt fuſca, dura, odore moſchi, ſapore maxime acri, glutinoſo; ſoluitur et a ſpiritu vini et ab aqua, odore et amaritie integra relicta. Hae ſolutiones ſebum non ſoluebant. In ſolutionem huius bilis aquoſam miſcuit Cl. Auctor ſebum, quod ſtatim, affuſa aqua vel ſaliua, ſupernatabat; idem fecit oleum oliuarum. Eadem ſolutio bilis aquoſa, calori 20 grad. REAUMUR. expoſita carnem bubulam et pinguedinem immiſſam in 24 horis non corrupit, ac tandem exſiccata, cum vtroque odorem moſchi communicauit. Eadem calefacta, lac affuſum in eodem ſpatio temporis nauſeoſum reddidit. Idem effecit bilis bouina recens, carne, pinguedine, lacte mixta. Hinc patet, bilem non eſſe ſaponaceam, nec pinguia cum aqua coniungere, cum boues, bilem ſecernentes, victu pingui careant. Non facile putreſcit, cum per duos dies in calido conclaui cum aqua mixta, et ſola per ſex dies ſine odore ingrato et pura p. 381.

maneat.

maneat. Odor moſchi bilis diu ſeruatae declarat eius vim antiſepticam et balſamicam.

p. 398. N. 3. *Remedium peculiare in hernia applicandum.* Cl. Auctor cataplaſmate e baccis iuniperi recentibus, in butyro frixis, herniam incarceratam ſubito ſuſtulit.

p. 410. N. 5. Cl. DELIUS *de peculiari aqua fontana flaua.* In pago *Eckartsmühlen* hic fons reperitur, eiusque aqua in fine aprilis flaueſcit, ac ſenſim uſque ad octobrem magis tingitur, donec colore ſenſim decreſcente, turbida, opaca et lacteſcens redditur, atque ſic per hyemem permanet. Sapor eius eſt paululum ſalſus; leniter euacuat. Eius librae quinque in retorta vſque ad ſiccitatem deſtillatae, exhibebant ſedimenti fuſci 43 grana, quod detonatum, decrepitatum, et cum ſpiritu nitri efferueſcens ſoluitur. Idem aqua ſolutum et filtratum, dedit cryſtallos nitri, denuo euaporatum, cryſtallos ſalis communis flauas, tertio euaporatum, ſal alcaleſcens.

p. 418. N. 7. Cl. SINNERI *mixtura, loco foecum adhibenda,* conſtat ex decocto lupuli, farina tritici, albumine oui et ſaccharo.

p. 480. Part. 48. N. 2. *De taenia; hiſtoria morbi.* Foemina aliquoties, poſt vſum pillularum GRAFTONI, partes varias taeniae eiecit, quae in aqua calida vitam diu ſeruabant. Paroxyſmi creberrimi ſemper incipiebant cephalalgia inſigni, ſpaſmo nuchae, quo ſenſus obnubilabantur, vomitu ſuffocante, et finiebantur deiectione alui ac magna debilitate. Ad hunc morbum profligandum ſuaſit Cl. Auctor corticem Peruuianum, martialia, et ſpigeliam.

p. 485. N. 3. *De excretione ciborum diu retentorum.* Puella eſit fabas albas coctas, easque poſt decem demum hebdomadas integras per aluum eiecit.

p. 506. N. 8. Cl. FICHTNERI *relatio de riuulo Rehauienſi margaritis pleno.* Multae quidem conchae

in

in hoc riuulo reperiuntur, paucae tamen margaritas continent; nonnullae, fundo accretae, ſponte ſecedunt et valuas aperiunt, vt alimenta accipiant. Menſe auguſto capiuntur conchae, aperiuntur, et margaritae maturae eliguntur, conchae vero, immaturis refertae, alio loco vſque ad earum maturitatem ſeruantur. Non ſolum rotundae margaritae, ſed pyriformes etiam, quamquam rarius, inueniuntur. Margarita initio guttulae paruae ſanguinis ſimilis eſt. Conchae margaritiferae nutriuntur gramine, piſciculis, cancris paruis.

XIX.

Medical Eſſays and Obſervations. By CHARLES BISSET, Med. D. Newcaſtle upon Tyne. Printed by I. Thompſon. 1766. 8. pag. 304.

i. e.

Diſquiſitiones et obſeruationes medicae. Auctore D. CAROLO BISSET.

Qui iam ex variis eruditis innotuit ſcriptis Cl. BISSET, in his etiam diſquiſitionibus morbos eorundemque ſymptomata cum cura expoſuit et boni ſtudioſique obſeruatoris officia expleuit, non inutilia permulta momenta animaduertens, id quod et nos impulit, vt de ſingulis, quantum neceſſe fuit, accurate exponeremus. Non poſſumus tamen non diffiteri, ſibi multum fauere Cl. Auctorem, quum non raro libere profiteatur, pleroſque a ſe deſcriptos morbos aut nouos, aut minus recte ab aliis propoſitos fuiſſe, de qua re perlectis hiſce, rerum gnaris, iudicium relinquimus. Variae doctrinae ſpecimina autem haec ſunt;

1. Theoria

1. *Theoria de calidarum regionum ventis, frigidiuſculis, Sea and Land-Breezes, in mari et terra flantibus.* Cl. HALLEY ob rarefactum inferiorem aerem terrae calore et radiis ſolis, ex maris ſuperficie, reſtituendi aequilibrii cauſſa, ventum excitari probat, inde autem ventos nocturnos non explicari Noſter putat, quorum itaque rationem dare annititur.
p. 3. Continuatur ille plerumque per tria milliaria a ripa maris in terram, et poſt primam vel ſecundam horam matutinam deinde deſinit. Quoniam valles et humilia ad ripam maris loca interdiu ſolis calore multum exaeſtuantur, et magis ac montes, poſt occaſum ſolis, in ſuperiorem frigidiorem auram aſcendit inferior, a ſuperiore denſiore preſſus, vſque dum denſitate et calore aequilibrium obtinetur, hinc frigidior ventus in terra. Superior itaque atmoſphaera nunc rarefacta ſuppletur aere, ex mari adueniente et ventum in illo efficiente.

p. 4. 2. *Aerem Indiae occidentalis* conſiderat Noſter. Ille maris vento fixo aequalis perpetuo ſiccam tempeſtatem facit, exhalationibus maris temperatam, in continente vero terra tempeſtas variat, plerumque aeſtate et autumno pluuioſa, hyeme et vere ſicca. Pluuiae quantitas eſt in ratione ſoli diuerſi paludoſi aut ſyluis inſtructi. Maris atmoſphaera rariſſime nubibus obducitur. Nebula tenuis circa terram fluctuat, putat autem, eam ex viſcidis, ſalinis oleoſis, reſinoſis gummoſisque particulis conſtare, nec non ex exhalantibus mineralibus vegetabilibusque acidis, cum ferrum iis arrodatur, et argentum, claues forficesque, in marſupio detenti, polituram amittant; hinc concludit, epidemicorum morborum
p. 9. fomitem putridum non eſſe. Aer tamen terrae in torrida zona minus marino ſalubris eſt, quippe qui

vel

vel nimis calidus vel nimis ſiccus ſit et vaporibus vitiatus. Exinde nunc conſiderat Cl. Auctor;

3. *Cauſſas ſanitatis externas communes et morbos endemios Indiae occidentalis.* Has ex ante dicta atmoſphaerae qualitate egregie deducit, habita ſimul conſideratione ſoli, per quod aer transfertur. Animaduertit autem, raro aſthmaticos hic inueniri, et cibos copioſiores ob celerem digeſtionem requiri. In morbis autem praeualet billioſa diſpoſitio, parum ad inflammatorios tendunt, propter tranſitum frigidi aeris in calidum, verticalis ſolis aeſtu excitatum, vnde ſolidae laxantur corporis partes, ſanguis rareſit et leuior redditur, ſi itaque ex quacunque cauſſa corripit peregrinum febris, protinus in malignam bilioſam vel dyſentericam bilioſam illa conuertitur. p. 11.

4. Huius itaque *febris bilioſae Indiae occidentalis hiſtoriam* ſubiungit Cl. BISSET, quippe quam per quadriennium ibidem commoratus, frequentius vidit. Haec potiſſimum inuadit aduenas, et qui nondum per annum incoluerunt has regiones, rarius incolas. Decurſus totius morbi, qui fuſe et accurate deſcribitur, breuiter a nobis referendus hic eſt: Venientem morbum ſignificat laſſitudo, agrypnia, appetitus proſtratus, pondus ventriculi, pallor faciei, vagi calores et dolores in lumbis vel capite. Horripilatio, quam mox excipit calor ingens febris ardentis. Haec porro omnia conſueta excitat ſymptomata, reſpiratio tantum celeris, ſed libera eſt. Protinus autem cum nauſea accedit vomitus bilis viridis, frequens, copioſiſſimus, nonnunquam ſimilis diarrhoea, reiiciuntur, quaecunque adſumſerit aeger. Nunc febris parum augetur, pulſus fit paruus, celer, irregularis, vrina craſſa, anxietas praecordiorum continua, nonnunquam haemorrhagia narium profuſa. Tertio die tunica oculi p. 20.

con-

coniunctiua et facies flaueſcit, cephalalgia miteſcit, vomitus continuat, febris decreſcit, lingua arida fit, dolor ingens circa praecordia, vrina ſaturata, quaſi ſanguine tincta. Quarto die oculi profundius tincti, vrina lintea bilis colore inficit, febris magis imminuitur, extrema parum calent, vomitus iidem minus bilioſi. Hypochondria tenſa tumidaque fiunt et dolent. Quinto die exit ſanguis ex gingiuis, ore, rarius per vomitum vel aluum reiicitur, ſi veſicatoria applicata fuerint, ſanguis per eadem exit, icterus increſcit, ſitis et febris nulla, virium proſtratio ſumma. Tandem accedit ſingultus, tremor artuum, coma, apoplexia, mors *. Haec ſymptomata et decurſus morbi duratione variant, ita, vt intra ſeptem horas letalem morbum eueniſſe viderit Cl.
p. 31. Auctor. Singulare eſt, cum vomitu reiici humorem fuſcum, coffeae ſimilem, aliquot ante mortem horas. Sanguis, ex vena miſſus, coagulatur, parum ſeroſus eſt, ſerum globulos innatantes rubros oſtendit. Poſt mortem vibices et ſtigmata liuida in cadauere obſeruantur. Periculum magnum eſt, ſi icterus cito apparet, quo citius ceſſat febris ſine criſi, eo citius funeſta. Icterus, ſeptimo die accedens, cum pulſu aequali, morbum leuat, inprimis, ſi cutis humida fit, et ſedimentum flauum in vrina apparet. Aliquando trahitur morbus et tandem, ſed difficulter euadit aeger, vel in malignam intermittentem febrem degenerat, vel in cachexiam incurabilem, morbus.

Varia deinde diſſerit Noſter, de febrium ha-
p. 41. rum differentiis. Prophylactica cura eſt in munditie et

* Conferri meretur IOANNIS MOULTRIE, Diſſ. de febre maligna bilioſa Americae. Edimburg. 1749. habita, quam recudi curauit. E. G. BALDINGER. Longoſaliſſae 1768. 4.

et aeris liberioris vſu. Methodus Cl. HILLARY conſiſtit in larga venaeſectione, calidae multae vſu, et opio, praemiſſo euacuante remedio, deinde diaphoreticis, antiſepticis, potiſſimum infuſo ſerpentariae et croco, vino ex madera, elixir vitrioli et ſucco limonum, cum aqua diluto. Cortice autem Peruuiano ille vti non poterat, ob ingratum, quem deteſtabantur aegri, ſaporem. Non arridet tamen Noſtro haec medendi ratio, ſi malignitas adſit, veſicatoria etiam reiicit Cl. HILLARY, quem ſuſpicatur veras malignas febres non curaſſe. Eſt vtique in applicandis remediis diſſenſus medicorum, quae recte Noſter iudicat accommodanda eſſe variis caſibus, quum et ipſe, decoctum corticis Peruuiani non raro profuiſſe, inuenerit. Quo melius ea pateant:

5. *Momenta ex diſſectionibus cognita, nec non proximas bilioſae febris cauſſas*, perpendit Cl. Auctor. p. 47. Recenſet caſus tres: 1. In nauta, tertia die morbi obeunte, inuenit pinguedinem, omentum, inteſtinorumque canalem, colore bilis tincta. In ventriculo continebatur ex nigro virideſcens, foetida materies, duodenum naturalis coloris et ieiunum liuidum, in ileo vermis, craſſa inteſtina collapſa erant, nec non vaſa meſaraica. Liuidum vero colorem non a gangraena, ſed a ſanguine, extra vaſa miſſo, factum eſſe, docuit pars inteſtini duodeni abluta et alba reddita, in quo nulla inflammationis praegreſſae ſigna aderant. Cyſtidis felleae bilis erat denſa, viridis, vena caua turgens, ſanguine plena, aorta collapſa; cordis ventriculus dexter, ſanguinem fluidum, rubrum, odoris non foetidi continebat, vaſa pulmonum et encephali turgida apparebant. 2. Alius nauta, octauo die morbi emortuus, in p. 52. omento pingui, biliosi coloris, hydatides oſtendebat, oleoſo ſero plenas, nec non tales in meſocolo.

Hepar, ab omnis inflammationis ſignis liberum, in cyſtide continebat bilem viridem, libere in inteſtinum duodenum promouendam: in inteſtinis ſanis, humor coloris fuſci, nigricantis. Iam per quin-
p. 54. que menſes defunctus in Indiis vixerat. 3. Nauta alius, quinque etiam menſes in his locis degens, ſexto iam die exſpirauerat, dolore vehementiſſimo epigaſtrii excruciatus. In omento et meſenterio vaſa, ſanguine turgida, conſpiciebantur, in villoſa ventriculi tunica inflammationis quidem notae aderant, quae vero a vehementi et enormi vomitione proueniſſe, hoc in caſu ſuſpicatur Cl. Auctor. In duodeno bilioſa, nigricans, foetidiſſima materies, ſimilis in tenuibus occurrebat, in cyſtide fellea bilis craſſa. Hepar ſanum erat, nec tantillum inflammatum: cor dextrum amplum, ſanguine turgens; ſiniſtrum vacuum reperiebatur. In dextra auricula, intus hydatides, oleoſo ſero plenae, adhaerebant, nec non tales in dextri ventriculi ſuperficie interna. Putredinis itaque praeſentiam et progreſſum indagaturus Noſter, ſanguinem ex dextro corde, bilem deinde veſiculae felleae, et humorem bilioſum, in duodeno contentum, ſeparatim, leuiter tectos, aeri expoſuit. Hora decima quarta foetor iam ſanguinis apparebat, longe maior vero putredo intra idem tempus in humore duodeni bilioſo, bilis tandem ipſa, nec decima quinta hora praeterlapſa, mutabatur. Hinc concludit, bilem per ſe non putridam, retentam tamen et in inteſtinum duodenum effuſam, vehementer vitiari a ſuccis corruptis et putridam reddi, reſorberi per vaſa lactea, et icterum producere, nec non aliam bilis portionem in hepate, ad vaſa redeuntem, ſanguini adfundi et per corpus cum eo duci. Per vomitum frequentem, ſanguinem etiam copioſius ferri et impetuoſius moueri per hepar, biliſque ſecretionem augeri. Sup-

peditauit

peditauit autem haec diſquiſitio occaſionem proponendi:

6. *Obſeruationes de putredine, et de concoctione humoris peccantis in febribus*, quibus ſententiam, malignas febres a putrida humorum fermentatione oriri, oppugnat. Licet enim putridas febres aliquas, a putridis v. c. exhalationibus oriri concedat, non tamen demonſtratum eſſe adſerit, effluuia haec fermentum eſſe, ſiquidem alias omnis humorum maſſa in vniuerſum a tali inficeretur fermento. Percurrit eapropter Cl. Auctor varios morbos aeque ac remediorum vires et effectus. Sic in febre bilioſa diatheſin ſanguinis putridam, effectum magis ac cauſſam eſſe docet. Tenuitas ſanguinis corrigitur acidis, cortice Peruuiano et ſimilibus, cum in aere detentus ſanguis attenuetur et vehementer foeteat, accedente demum putredine. Sanguis in febre petechiali, ex vena miſſus, coagulatur, in medio rubet, paucum ſerum habet, quod cum cruoris globulis intime cohaeret. Hinc febris maligna dependet a peccante humore, qui, ſi felix debeat exitus eſſe, eſt concoquendus, nec putridus fit, ſi res male cedit, niſi ſtagnet, id quod aptis tamen praecaueri poteſt remediis. Diuerſitas huius febris multiplex naſcitur, vel a cauſſis externis, vel ab idioſyncraſia aegri. Cortex Peruuianus concoctionem materiae peccantis non efficit, in inflammatione tamen gangraenam cohibet, non antiſeptica, ſed roborante ſua virtute, quum alia antiſeptica, eademque valentiora remedia in his caſibus nihil proficiant. Acida remedia in lentis et malignis febribus non ſufficiunt, praeter antiſepticam vim etiam refrigerant, iuncta cum cortice febrem intendere obſeruantur, dum ſcilicet vitalem vim dirigunt, craſin ſanguinis ſeruant, vt peccans materia coquatur.

p. 66. p. 69. p. 73. p. 77. p. 79.

p. 81. Sic etiam mercurius in ſcorbuticis morbis idem facit, antimonium emeticum aliquando protinus mouet et expellit peccans liquidum. Alia remedia particulares acrimonias corrigunt, vt ſaſſaparilla, ſulphur.
p. 83. Veſicatoria in malignis febribus materiam peccantem ad peripheriam corporis attrahunt. Itidem in his laxantia leuiora vim vitalem liberiorem reddunt, obſtructiones ſoluendo, perſpirationem augendo, impediendoque, ne maligna ad ſanguinem deferatur
p. 85. materia. Nec ſucci plane animales, vt bilis, putredini magis fauent, quod multi opinantur. Bilis enim ſanguine lentius putreſcit, facilius ſucci, acido chylo foeti, in quo caſu ieiunia ſunt valde opportuna. Tandem tamen aliquae febres fere putridae ſunt, quarum exempla Cl. Auctor affert, ex quibus pleraeque apoplexia finiuntur, et ſolis vegetabilibus paſta animalia quoque inuadunt.

p. 92. 7. *Curatio colicae neruoſae.* Inter omnia praeſtantiſſimum vidit Cl. Auctor auxilium eſſe in ſaliuatione, per calomel excitata. Vſus eſt eo primum anno 1743. et, quam primum glandulae ſaliuales intumeſcunt et ſaliuam fundunt, protinus dolores colicos in perpetuum fugari vidit. Veſicatoria etiam, femoribus ſuperius anteriusque impoſita et applicata, nonnunquam profuere. Purgans remedium lene et efficax in ſemuncia ſalis cathartici, cum ſemine aniſi decocta et ſoluta, inuenit. Saliuatione autem ingruente, protinus laxans dandum eſſe ſuadet.

p. 96. 8. *Tetanum ſymptomaticum* conſiderat Cl. Auctor. Maxillae inferioris ſpaſmus, ſeu partialis tetanus, capitis vulneribus, amputationibus, fracturis complicatis, nec non ſimplicibus aliquando fracturis, luxationibusque accedit, frequenter in Indiis occidentalibus. Praecipue, ſi iam gangraena par-

tes

tes affecerit, cum illa etiam iungitur difficultas deglutiendi. Inuadit plerumque tetanus quarto poſt amputationem die, et poſt quatuor vel quinque dies funeſtus eſt, notante iam HIPPOCRATE. Exemplum tamen affert Noſter hominis, decimo ſexto die demum liberati atque ſanati. Solum eſt auxilium in cortice Peruuiano, praecipue in locis calidioribus. Huius decoctum copioſe ſumendum eſſe ſuadet, atque amputatum membrum, ſpleniis eo humectatis, continuo fouendum. Opium enim in vniuerſum reſpuit. Superuenit idem morbus inflammationi ventriculi, quod duplici obſeruatione confirmatur, in qua ſaepe repetita venaeſectio profuit. p. 100.

9. *Diſquiſitio phyſiologica perſpirationis et medicamentorum topicorum ingreſſus, ad loca affecta profundiora.* Quum nondum ſatis clare, impeditae transſpirationis phaenomena, dilucidata fuiſſe credat Cl. Auctor, inſpirationis exiſtentiam, ex ingreſſu ſalis, carnis ſuperficiei affricti, vel adſperſi, deducit, in viuo corpore minorem. Conſiderat aeris temperiem, et vim corporis intrinſecam, ad perſpirationem requiri, cognito iam modo docet. Pinguedinem eam moderare credit, reſorptionem autem augere calorem et frictionem: pori laterales, vaſculorum etiam internorum, tunc recipiunt moleculas, extus ferendas, idem officium eſt vaſculorum lymphaticorum valuuloſorum. Qua occaſione, horum naturam abſorbentem, iam FRID. HOFFMANNO cognitam fuiſſe, nec recens eſſe inuentum, excitata deſcriptione coniicit, arteriasque lymphaticas reiicit. p. 107. p. 112. p. 116.

10. *Curationem ophthalmiae* expendit. In ophthalmia, a cauſſa ſcrophuloſa, omnia incaſſum adhibebantur, ſetaceum ad maxillae inferioris latus p. 119.

dextrum adplicaturus Cl. Auctor, glandulam minorem tumidam inueniens, eam aufert et ramum maxillaris externae arteriae laedit, qui haemorrhagiam excitat ſic, vt eam ligare debuerit. Quo facto, inflammatio et ſymptomata omnia ceſſant, inprimis dato cortice Peruuiano, atque mane, affuſa frigida ſupra caput. Effectum autem ſoli haemorrhagiae non ingenti, tribui non poſſe cenſet, quum ante iam vena ſecta fuiſſet aliquoties, ſed quod arteria angularis diſcindebatur. Setacea autem ſaepe magni vſus fuiſſe reperit, ſi non nuchae, ſed angulo maxillae fuerint applicata, et vtroque oculo ad-

p. 124. fecto, ſub mento, immo egregiam vim praeſtitere in oculi bulbo toto inflammato. In ſcrophuloſis tamen glandulis, parotidibus, et aliis in collo, melius iudicat Noſter, eroſionem earum per cauſtica. Conducunt porro veſicatoria, capitis vertici impoſita. Notamus inſuper, nos ipſos non raro a fonticulis, hic loci excitatis, effectus proſperos obſeruaſſe.

p. 126. Aethiopis mineralis vſum recte ſimul internum commendat. Maculae maiores corneae ſaepe ſponte iterum euaneſcunt, nec cauſticis protinus opus eſt, collyrium ex boracis drachma ſemiſſe et ſacchari drachma vna, aquae roſarum vnciis duabus exceptis, hic multum iuuat, vel aluminis vſti puluis, ſaccharo admixtus, nec non alumen rupeum cum albumine

p. 132. oui et aqua ſubactum. Ophthalmia magna, a tenui nigra particula, corneae inſidente, lanceola ablata, curata eſt, quam ab inſecto inſidente prouenire, relatum legit Noſter.

p. 133. II. *Obſeruationes de morbo iliaco eiusque cura.* Quum in hoc morbo inteſtina inflammentur, vario modo et gradu, tres eius diſtinctiones, ceu ſpecies, recenſet Noſter. Prima leuiſſima eſt, mitioribus ſymptomatibus ſtipata, quam facile leuant venae-

ſectio,

ſectio, enemata demulcentia, lenia laxantia, et potiſſimum lac recens ebutyratum; vel, ſi aluus reſerari nequeat, drachma vna vel duae mercurii crudi, cum lacte iam dicto, et veſicatorium in crure. Altera eſt peſſima ſpecies, cum vomitu et febre, quarto die funeſta, quae requirit praeter venaeſectiones, ſcarifationes, femoris veſicatoria, laxantia et potiſſimum hydrargyrum, omni ſemi hora ad duas drachmas, embrocationes abdominis et clyſmata. Tertia ſpecies medio inter has loco incedit, iuniores maxime corripit, ſine vomitu eſt et parum anxietatis ſecum habet. Inuaginationem inteſtinorum colicae flatulentae effectum eſſe, arbitratur. Praeter iam dicta, vix opus eſt mercurio crudo, maxime conuenit mercurius alcaliſatus. p. 136.

12. *De tumore veſicae vrinariae inflammatorio.* p. 142.
Hunc nondum deſcriptum dilucidat Noſter. Inuadit cum ſymptomatibus inflammationis, durities in regione veſicae, cum ſtranguria, anxietas, ſitis ingens, obſeruantur. Durus tumor ſenſim increſcit, aluus ex compreſſo inteſtino obſtruitur et aegre ſoluitur. Morbus intra vndecim dies lethalis eſt. Habet ſpecies duas, in vna inflammatio praeualet, quam in ſcirrhum abiiſſe, vidit Cl. Auctor, in altera magis oedema eſt, et tumor mollior eſſe deprehenditur. Pauciſſima ſecernitur vrina, ſedes morbi in externa eius tunica et peritonaeo eſt. In priori ſpecie conducit venam ſecare, aluum lacte ebutyrato et clyſmate aperire, nec non ſoluto ſale cathartico, hypogaſtrium ſpiritu MINDERERI perfricare, veſicatorium applicare. Si inflammatione diſſipata, tumor cum incontinentia vrinae ſupereſt, profunt pilulae, ex ſapone hiſpanico, et mercurio alcaliſato, cum balſamo de copaiua, praeparatae. Victus

ſit vegetabilis. In altera ſpecie reuulſio per veſicatoria malum leuat.

p. 151. 13. *De dyſuria chronica*, et ea quidem, quae ab acri, cuiuscunque demum generis, humore, ad veſicam vrinariam determinato, producitur, diſſerit Cl. Auctor. Bene autem monet, diſtinguendam eſſe ab ea, quae a calculo proficiſcitur. Aggreditur hic morbus, conſiſtentis aetatis homines praecipue, ita, vt ex irritatione veſicae, ſanguis etiam excernatur. Eſt enim in hoc morbo, inflammatorius internae tunicae veſicae ſtatus, potiſſimum ad eius collum, cuius rei diuerſae cauſſae ſunt. Raro in vlcus tranſit, analogia cum lippitudine huic morbo intercedit. Sectiones denſitatem veſicae tunicarum et vaſa turgida oſtenderunt, hinc etiam mi-
p. 159. ctus quandoque cruentus fit. In chronico hoc morbo, inefficacibus aliis remediis, opem tulit egregiam Noſtro ſaliuatio, reſoluendi et deriuandi cauſſa adhibita, dolores enim protinus, vbi labia et os intumeſcunt, ceſſarunt; ad praeſeruandos paroxyſmos,
p. 161. prodeſt fonticulus, ſupra genu applicatus. In aetate prouectis autem hominibus hanc methodum inconuenientem iudicans, aquam calcis cum decocto Lapathi aquatici magni et lacte commendat, matutino vero tempore electuarium ex vua vrſi, pro potu ordinario, decoctum maluae cum lacte. Notat etiam, ſolutionem mercurii corroſiui vtilem fuiſſe, nec non reliquas diaetae regulas recenſet.

p. 165. 14. *De chorea S. Viti.* Rarior conuulſiuus morbus occurrit Cl. Auctori, intra quinque annos, quinquies; inuadit ille tantum infantes, cuius cauſſam in ſcorbuticos humores defert, rariſſime a vermibus prouenire vidit, ſiquidem, nec morbus, vermibus fugatis, ceſſarit; nec non a repreſſa ſcabie ortus eſt.

Curatio

Curatio autem ſucceſſit optime, ſi, praemiſſo anthelmintico, ſequens electuarium diutius adhibebatur: Florum ſulphuris vncia vna et ſemis, pulueris radicis poeniae et valerianae ſylueſtris, cuiusuis drachmae tres, cinnabaris antimonii drachmae duae, et moſchi atque caſtorei ſcrupulus vnus, cum ſyrupo ſacchari, in electuarium compoſiti. In decremento p. 170.
morbi deinceps, cortex Peruuianus in tinctura conuenit, et balnea in aqua marina, quae multum praeualent aquae fluuiatilis frigidis balneis, a quibus quippe morbus adauctus eſt, inprimis, ſi recens fuerit. Eius tamen atque marinae aquae frigidae vſum egregium, in morbo, iam diu durante, inuenit. Immo, ſi pertinax ille fuerit, veſicatorium, nuchae et deinde oſſi ſacro applicatum, profuit, vel collum et ſpina dorſi, ſpiritu vini camphorato, inuncta. Nocent venaeſectio et laxantia, quum morbus in paralyſin pronus ſit.

15. *De tuſſi conuulſiua infantum.* (King Cough p. 173.
or Hooping Cough). Quod plus interdum docta, valeat hoc malum arte, practicis non ignotum eſt medicis; adnotauit autem Cl. Auctor, eum certos tantum occupare tractus, per aliquot menſes durare, a tempeſtate vnice non dependere. Praecedit eam, tuſſis parua, ſicca, augetur haec ad conuulſiuam vſque, prima tuſſis ſimilis eſt exanthematicis morbis accedens, cum morbillis et variolis conuenit morbus, quod bis hominem non inuadit, contagio- p. 178.
ſus eſt, nec poteſt in progreſſu impediri. Infantibus vnius anni, et prius dentes canini quam eruperint, ſaepe funeſtus eſt, reliquis non aeque. Qui naribus ſanguinem fundunt, aut tuſſiunt, plerumque euadunt. Optimum eſt auxilium in leni emetico ex oxymelle ſcillitico, et mannae ac rhabarbari vſu, deinde in cortice Peruuiano praecipue in declina-

tione morbi, et ſi paroxyſmi longa interualla habent. Si diu durat, nec compeſci poteſt, abit in morbum ſcrophuloſum, rhachiticum, vel phthiſin. Nonnunquam aqua frigida, ſaccharo vel melle edulcorata, iuuat, optime, ſi teneriores, vnius alteriusque anni infantes, fuga deſerant loca affecta.

p. 186. 16. *De taenia et methodo, eam expellendi,* praemiſſis notis, illam indicantibus, nihil vnquam remedia quidquam boni effeciſſe reperit, ſolo excepto et quaſi ſpecifico, gummi guttae, ſeu cambogia, cuius quindecim grana, cum extracto gentianae in forma pilularum, exhibuit vna vice.

p. 195. 17. *Sequitur deſcriptio ſcorbuti, qui in terra continenti regnat*, ex diſſertatione, Cl. Auctoris manu ſcripta, extracta. Cauſſam proximam in acrimonia humorum ponit, cuius diuerſitas etiam
p. 208. differentes morbos excitat, quorum peſſimus ſtatus eſt cancer, cuius et ſcorbuticorum vlcerum indolis analogiam, ex notis eruit Noſter. Afficiuntur etiam lymphatici ſubtiliores ſucci, et tres claſſes morbi
p. 200. diuerſas conſtituunt. *Primam*, cruda maſſa corrupti humoris, per totum corpus diſtributa, conſtituit, cuius ſymptomata, ex corruptis ſuccis enata, fuſe recenſet Cl. Auctor. *Secunda* claſſis complectitur morbos, in quibus humores ſcorbutici, ſecreti a reliquis, cutaneas eruptiones faciunt, vt arthritidem, ereſypelas, cet. Tunc humores longe acriores fiunt et effectus violentiores edunt, gingiuas tamen
p. 212. nondum afficiunt, immo verus ſcorbutus muriaticus, longe facilius concoctionem et curationem admittit, ac hic deſcriptus. *Tertia* claſſis continet ſcorbutos ſingulares extraordinarios, a cauſſis occaſionalibus plerumque excitatos. Indolem humoris peccantis in prioribus claſſibus, acidum eſſe dicit, oleo rancido

intime

intime varia proportione mixtum, quod lente et difficillime ſubigi atque alcaliſari debet, actione nimirum vaſorum et caloris conueniente gradu, vt ſapo exiſtat. Quoniam vero haec dyſcraſia ſcorbutica neruorum quoque morbos producit, opportunitas inde data eſt, vt proponantur:

18. *Obſeruationes nonnullae de variis conditionibus huius morbi, praeſertim, quod morbum hypochondriacum concernit.* Praemiſſis omnibus, quae noſcuntur, morbum hunc effeciſſe, cauſſis, eum in laxitate et debilitate ſolidarum partium, canalis praecipue alimentorum, iuncta acri ſcorbutica dyſcraſia ponit Cl. Auctor, ſimulque ſymptomata, ceu effectus, cum cauſſis non confundenda eſſe docet, his autem accommodari debere remedia exhibenda. Notat inſuper, hypochondriacam affectionem a ſcorbuticis humoribus, plerumque cum febre coniungi et lingua viſcida; ſi vero mentem afficiat ſimul, quod ad nobiliora viſcera materia acris conuertitur, abdomen liberari, linguam meliorem reddi et ſymptomata priora ceſſare. In obſtinatis maxime affectionibus ſibi fatetur Noſter ſaliuationem leuem optimos ſucceſſus dediſſe, et exemplis confirmat. Florum ſulphuris vſus quoque multum iuuit, cum cremore tartari. p. 217. p. 223. p. 240. p. 246.

19. *De ſcabie ſcorbutica.* Huius duae ſpecies ſunt, altera leuior et curatu facilior, ſcabiei in vniuerſum ſimillima, altera pertinacior. In priori vtile fuit balneum, aquae marinae calidum, in qua antiſcorbutica, vel ſulphur decoctum fuerat, purgantia frequentiora minus fauent. Altera ſpecies quandoque per annos durat, maiores puſtulas, aliquando etiam in facie producit, atque ſcorbuto habituali fouetur, ſuaque tempora habet. Aqua marina ad p. 259.

vncias

vncias ſex, mane, ieiuno ſumta ventriculo, profuit, et in decremento balnea frigida aquae dulcis vel marinae, ſine noxa morbum tollunt. Infectionem recentem deſtruit mox ab initio adhibitum vnguentum

p. 269. ſulphuratum. Mercurius interne et externe applicatus, non ſemper conducit: maiori cum fiducia adhibentur decocta lignorum, corticis Peruuiani, ſulphur et antimonium crudum, alia, atque aquae minerales, inter quas laudari meretur, *Harrogate water*, quod multum ſalis marini, atque parum ſulphuris volatilis continet. Retropreſſa haec ſcabies innumera mala producit, quare

p. 275. 20. *Caſus, poſt retropulſam ſcabiem*, malas ſequelas docentes, recenſentur duo, quorum alter, non obſeruato regimine, funeſtus, alter vero, ob bilis corruptae, per draſtica remedia expurgatae, euacuationem ſanitati reſtitutus fuit.

p. 283. 21. *Tumor oedematoſus genu cum inflammatione* proponitur. Enatus eſt a febre intermittente, intempeſtiue ſuppreſſa, venaeſectio ſexies repetita, cum aliis remediis conuenientibus, et balnea, in quae totum corpus immergebatur, inprimis aquae marinae frigida, plus valebant ac ſemicupia et ſtillicidia.

Additur his, dyſuriam non a ſpaſmis, ſed a minimorum etiam vaſculorum ceruicis veſicae nimia diſtentione prouenire, inque poſteriore caſu cereum, oleo illitum, in veſicam introductum, vaſa comprimendo et reſtituendo tonum, tollere morbum affirmat. Nec non alias animaduerſiones ſimiles ſubiungit. Sequuntur etiam:

p. 289. *Obſeruationes chirurgicae ſex*. 1. Pleuritidis in empyema abeuntis, quod, iam hectica furente febre, apertum eſt inciſione larga, et euacuauit vna

vice

vice quatuor libras puris albi non foetidi, deinde minus, et per quinque menſes omni die vncias quatuor, tandem pus, per bronchia receptum, ore expulſum eſt. In alio, cui pulmo accretus erat ad pleuram, perfecta tandem obtinebatur ſanatio. 2. Sectionem calculi Cheſeldenianam, qua ſpecillum a miniſtro, non ab operatore tenendum eſt, defendit et modum docet, ſimulque vt fiſtula praecaueatur et vrina per vrethram exeat, adhibendum eſſe cereum, ſuadet. 3. In feminis, ad extrahendum calculum, indicem digitum in vrethram immittendum eſſe, nec incontinentiam vrinae ſequi, exemplis confirmat. 4. In panaritio cum carie tertiae phalangis, non amputandam eam eſſe, ſed reſecta cute et carne, eximendum os, quo et vnguis remaneat, nec deformis reddatur digitus. 5. Sutura interrupta ad conſuenda vulnera non valet, varia namque curationi incommoda opponit, hinc vult Cl. Auctor adhibere ſuturam contortam. Optimum nobis videtur auxilium in labiis vulneris, ſenſim per faſcias adducendis. 6. Lycoperdi ſeu bouiſtae, prae agarico in ſanguine coercendo, facultatem extollit.

XX.

MARCI ANTONII PLENCIZ, Medici Vindobonenſis, opera Medico-Phyſica, in quatuor tractatus digeſta, quorum primus, contagii morborum ideam nouam, vna cum additamento, de lue bouina, anno 1761 epidemice graſſante, ſiſtit: ſecundus de variolis: tertius, de ſcarlatina: quartus, de terrae motu, ſed praecipue illo horribili agit, qui prima nouembris 1755. Europam, Africam et Americam conquaſſabat. Vindobonae, typis Io. Thomae Trattner, 1762. 8. Tom. I. pl. 16. Tom. II. pl. 18. Tom. III. pl. 14. Tom. IV. pl. 8.

In praefatione, tomo *primo* praemiſſa, Cl. PLENCIZ multum conqueſtus eſt, communem et huc vſque receptam *de contagio* ſententiam adhuc multis obuolui tenebris, talibusque premi difficultatibus, vt difficulter ad eas reſponderi poſſet. Hinc ſibi propoſuit, arduum hunc laborem ipſe aggredi, et tentare, quid valeant humeri, quid ferre recuſent, num meliorem ſcilicet, et veriorem de contagio exhibere poſſet ideam, qua omnia phaenomena explicentur, et plurimae difficultates remoueantur. *Tribus* ſectionibus, in quas primum tomum diuiſit, id praeſtare annititur.

In *prima* ſectione agit de *contagio in genere.*
p. 5. Contagium Cl. Auctori eſt *illa vis, qua affectus aliquis, occupans vnum corpus, communicatur alteri.* Ab extrinſeco igitur aduenit: Sed vult Cl. Auctor, dari etiam contagium, quod corporibus iam inhaeret, et ſuapte natura, data occaſione, in actum rapitur. Licet morbi contagioſi ſaepe etiam epidemici ſint,

et

et vice verſa, vt variolae, morbilli etc. bene tamen inter ſe ſunt diſtinguendi; quia dantur morbi epidemici, qui non ſunt contagioſi, vt febres intermittentes, et rheumatici: et e contrario contagioſi, qui non ſunt epidemici, vt ſcabies, podagra, lues venerea, cet. Natura contagii in morbis contagio- p. 9.
ſis, qui pure ſunt epidemici, quum ad cauſſas manifeſtas aeris queant referri, facile quidem concipi et explicari poſſet. At enim vero, quum multi den- p. 12.
tur morbi, qui non ſunt epidemici, longe maior oritur difficultas definiendi, in quo proprie horum conſiſtat contagium, ipſiusque contagii natura. Diuerſas igitur, celeberrimorum in arte virorum, de contagio opiniones collegit, ponderauit et examinauit Cl. Auctor, vt videret, quae ex his magis reſponderet phaenomenis. Hunc in finem diuerſas mouit quaeſtiones: e. g. quare a variolis, variolae; a morbillis, morbilli oriantur? Deinde, quare contagium certam tantum animalium ſpeciem, iam boues, nunc oues, mox ſues, mos equos, afficere ſoleat? Porro, quomodo fiat, vt materia contagioſa diu latere poſſit, et, data modo occaſione, in actum rapiatur? Tandem, quare materia contagioſa ſit tam facile communicabilis? Et quum multas inter inquirendum inueniret difficultates, quibus communis et recepta de contagio opinio, qua contagii naturam per fermentationis, aut efferueſcen- p. 20.
tiae modum explicare ſtudebant, non ſatisfaceret: aliam contagii theoriam, quae priores difficultates facilius, et ad ductum naturae conformius expediret, formare conatus eſt. Cauſam nimirum materialem contagii ſupponit, et hanc in miaſmate verminoſo, ſeu principio aliquo ſeminali verminoſo, ſpecie di- p. 32.
uerſo, quaerit. Et hac ratione omnia contagii phaenomena exponere putat. Vera igitur animal- p. 36.
cula in omni contagio admittit, et vt eorum praeſentiam

ſentiam probabiliorem reddat, ad materiae diuiſibili-
tatem in infinitum confugit: quae quidem in ſenſu
mathematico, vera eſt, ſed in ſenſu phyſico, impoſſi-
bilis nobis videtur.

Sequitur ſectio *ſecunda*, quae de putredine, de
p. 44. eius natura, cauſſis, et effectibus agit. Laudat ve-
teres, quod circa putredinem magis ſolliciti fue-
rint, quam recentiores, quos ſolo putredinis nomi-
ne contentos, alioquin parum affectos eſſe de na-
tura putredinis, dicit. Hinc mirum non eſſe, ſi ad-
huc in obſcuro lateat, quid proprie ſit putredo.
Examinatis igitur circumſtantiis, quae putredinem
concomitantur ac ſequuntur; diſcuſſis quoque di-
p. 53. uerſis auctorum, de putredine receptis, ſententiis:
naturam putredinis in aprico nunc eſſe aſſerit. Tunc
enim ſecundum Cl. Auctoris ſententiam, corpus ali-
quod putreſcere dicendum, quando ſeminium ver-
minoſum animari, euolui, et multiplicari incipiat.
p. 55. Hoc diuerſis argumentis, obſeruationibus, et expe-
rimentis Cl. Auctor confirmare annititur, et ad du-
bia, quae contra hanc explicationem formari poſ-
p. 75. ſent, ſatis apte reſpondet. Poſita hac putre-
dinis idea, putredinem et contagium ita inui-
cem necti perhibet, vt contagium in noſtro cor-
pore ſine putredine eſſe non queat, adeoque ea-
dem ratione vtrumque exponi debeat. In miaſma-
te ergo illo animato, quod in qualibet materia pu-
rulenta inueniri, et armato oculo obſeruari, Cl. Au-
ctor affirmat, rationem propagationis et inſitionis
variolarum, aliorumque morborum quaerit: quem-
admodum etiam in vi vermifuga et vermicidia vir-
tutem antiputredinoſam mercurii et corticis Peru-
uiani, in morbis contagioſis latere, credit. Ex prae-
miſſis his et coniunctis de contagio et putredine
ideis, nunc facilius et expeditius, quam ex vlla alia,
de contagio opinione, vix non omnes difficilesque
quaeſtio-

quaeſtiones ſolui et enodari poſſe, perſuaſiſſimum ſibi habet. Ventilat quoque quaeſtionem, vtrum p. 120.
putredo et contagium ſua ſeminia ab externo ſemper adipiſcantur? an vero talia ipſis inſint corporibus? ſed poſteriorem opinionem defendit, ſeminia nimirum corporibus ineſſe, et, data occaſione, euolui, id quod exemplis, ex hiſtoria naturali deſumtis, confirmare ſtudet.

Nunc memorat commoda, quae ex noua ſua p. 131.
de contagio theoria ad rempublicam eiusque ciues redundare poſſent. Vnum eſt, quod, quando perſuaſi eſſemus, contagium conſiſtere in ſeminio verminoſo, certiora et efficaciora inuenirentur antidota, quae miaſma contagioſum ſtatim infringerent et deſtruerent. Alterum eſt, quod medici ope huius theoriae erudirentur, quale, quod frigus et calorem attinet, regimen in morbis acutis tenendum ſit. Tertium commodum tangit praeſertim p. 140.
artem veterinariam, cui multum lucis inde affundi arbitratur. Plurima enim huc vſque in vſum tracta remedia plus detrimenti, quam emolumenti attuliſſent bobus. Quodſi autem ad luis contagio- p. 158.
ſae materiam animatam, ſeu putridum miaſma verminoſum in poſterum cura dirigeretur, et appropriata anthelmintica adhiberentur, plus commodi inde reipublicae Cl. Auctor pollicetur. Ceterum praerogatiuam ſuae de contagio ſententiae etiam in eo ponit, quod ex illa non ſolum hominum, ſed et brutorum morbi contagioſi facilius et planius, quam ex alia ſententia concipi et exponi poſſent.

Tranſit ad ſectionem *tertiam*, quae de rubigi- p. 163.
ne, eiusque cauſſis et effectibus inſcribitur. Per rubiginem intelligit illum vegetabilium vel frugum ſtatum, quando fuſco, aut rubro, aut nigro colore afficiuntur. Rubiginis ſicut contagii et putredinis naturam nondum legitime eſſe explanatam, eiusque

 theo-

theoriam profundis adhuc obuolutam tenebris, perhibet. Minime illam a gelu oriri, vt huc vſque plerumque creditum fuit, quare Cl. Auctori, nec Cl. LOEWENHOECK, nec aliorum de rubigine ſententia arridet, potius cauſſam, vti in contagio, in certo quaerit ſeminio verminoſo, quo vegetabilia corripiuntur, et in quibus dein vlterior fit ſeminii euolutio. Hoc ſeminium diuerſimode aduenire, et a ventis, pluuiis, rore vitiato, ſeminio tali foetis, vegetabilibus aduehi poſſe, perſuaſiſſimum ſibi habet. Hinc quoque rationem patere, cur ex tritico rubiginoſo ſato pariter triticum rubiginoſum producatur. Probatiſſima ergo contra rubiginem eſſe remedia, quae verminoſum ſeminium necant, ne vlterius propagetur, cetera fruſtranea. Quare non mirandum, quod morbi contagioſi tantum connexionis cum rubigine haberent, ſaepeque ab illa
p. 179. penderent. Rubiginoſam enim anni 1757 conſtitutionem, quae omnis fere generis vegetabilia infecerat, potiorem fuiſſe epidemiae petechialis tunc graſſantis cauſſam, firmiſſime credit. Id quod ex nonnullis tunc concurrentibus circumſtantiis comprobat. Ex his ſequentia colligit; primo, quod ſicut homines ab eſculentis rubiginoſis morbos contagioſos ſibi contrahant; ita pariter bruta animalia ſaepe contagioſa ſtrage afficiantur. Secundo: quod in morbis contagioſis hominum et brutorum rariſſime ad hanc cauſſam aduertatur. Tertio: quare plebeii, et infimae ſortis homines prae reliquis hoc morbi genere laborarint? Quarto: quare hoc anno omnis fere generis exanthemata graſſata fuerint, e. g. variolae, morbilli, purpura, petechiae etc. quod alias rarum eſſet, et ex miaſmate verminoſo ſpecie diuerſo explicari deberet. Quod ſi enim omnis fere generis vegetabilia rubigine affecta eſſent, inde etiam ſpecie diuerſa ſeminia verminoſa

ortum

ortum trahant, neceſſe eſſe. Ex nexu itaque, quem inter ſe contagium, putredo et rubigo haberent, liquere, vt de contagio acturus, ſimul ad naturam putredinis et rubiginis reſpiciat.

Ad tractatum de contagio adiecit Cl. Auctor adhuc *additamentum, de lue bouina ad finem vergente anno* 1761 *epidemice graſſante; item de eiusdem cauſſis, praeſeruatione et curatione.* In duas ſectiones hoc digeſſit. In *prima* ſectione diſputat de natura et cauſſis luis bouinae. Quod ad naturam huius luis attinet, probat, eam eſſe non ſolum epidemicam, ſed et contagioſam. Contagioſam ideo, quia cum aliis poſſit communicari: conſtat enim ex factis experientiis, luem bouinam per inſitionem eodem modo, ac variolas et morbillos poſſe propagari. Cur autem tantum cum bobus, nec aliis animantibus communicetur, in eo quaerit, quod bobus tantum quaedam diſpoſitio ad ſuſcipiendum et euoluendum tale miaſma inſit, quae aliis abeſſe videatur. Cauſſam huius luis deriuat quidem a ſeminio verminoſo, non autem in frugibus rubiginoſis latente, ſicut in ſuperioribus fecit: ſed in ſuperficie terrae, ad graminum et herbarum radices haerente, et ab ore armentorum inter paſcendum prehenſo, deglutito, et ad maſſam humorum delato. Refert porro ſymptomata, quae hanc luem bouinam comitantur, inter quae adducit, in materia, ex vlcuſculis faucium et narium deſtillante, ope microſcopii inueniri et detegi innumerabiles vermiculos, quare eos pro cauſſa materiali luis bouinae accuſat. p. 197. p. 203. p. 210.

Sequitur ſectio *ſecunda,* quae de luis praeſeruatione, curatione, aliisque, ad hanc ſpectantibus agit. Praeſeruatio in eo conſiſtit, vt armentorum cuſtodes bobus potum aquae purae et motu depuratae procurent, eosque arceant a potu aquae deſidis ac ſtagnantis, quas innumera continere ait animalcula p. 217.

et ouula, quae, vna cum aqua deglutita, humores ad
putredinem diſponerent. Deinde vt caueant, ne
armenta ad paſcua deducantur, dum haec aliqua ru-
biginis nota conſperguntur. Si vero ad paſcua du-
p. 221. cenda ſunt, hoc fiat tarde. Graſſante vero iam
contagione, ſequentia ſuadet: primo; ſana animalia
caueant a paſcuis, aqua, foeno, ſtramine et omni
ſupellectili, quo, lue affecta, vtebantur: ſecundo;
omne commercium cum infectis dirimatur: tertio;
praeſepia conſeruentur munda, et ſaepe purificen-
tur, quarto; a veterinariis commendata ſetacea et
inuſtiones adhibeantur, fortiores et frequentiores
cum ſtrigili inſtituantur frictiones: quinto; ex re-
mediis, vermifuga et vermicidia, vno verbo anthel-
mintica, eligantur. Inter haec reliquis omnibus
anteponit mercurium dulcem cum camphora, quem
etiam praeſeruationis gratia exhiberi cupit. Quia
vero hoc remedium miſerae ruſticorum ſorti nimio
eſſet pretio, mercurium cum aqua decoqui, et hanc
decoctionem cum aqua potus ordinarii miſceri iu-
bet. Immo vero nec dubitat, ſolutionem mercurii
ſublimati in ſpiritu frumenti, cuius compoſitionem
exhibet, proponere et commendare; licet nullibi
dicat, eum ipſum cum hoc remedio in bobus feciſ-
ſe periculum: quod tamen, vt nos quidem opina-
mur, antea fuiſſet neceſſarium, quam commendaſ-
ſet. Aliter ſe habet cum vitriolo albo, quod etiam
tanquam anthelminticum extollit, ipſe tamen ex-
p. 238. pertus eſt. Addit quaedam ad mitiganda vrgentio-
ra ſymptomata, quae luem bouinam plerumque
comitantur. Haec ſunt oris lotiones et abſterſio-
nes, in fauces cum ſyringa iniectiones, clyſteres et
p246. q. ſ. r. Vſum tandem carnis et lacticiniorum,
immo adipis, ſebi et corii boum infectorum merito
reiicit et damnat, quicquid etiam aliqui nimis laxi,
vt vocat, obgarriant medici, carnes nempe et lacti-

cinia

cinia infectorum armamentorum inſontia autumantes.

Tractatus *ſecundus*, de variolis inſcriptus, non in ſectiones, vt prior, ſed in quinque capita diuiſus eſt. Caput *primum* exponit quaedam, ad variolas ſpectantia. Quoniam Cl. Auctor variolas a ſeminio verminoſo deriuauit, idque de nouo non produci, neque generari, ſed tantum euolui docuit: non poteſt non, quin affirmet ſeminium verminoſum omni aeuo extitiſſe, et variolas tempore HIPPOCRATIS, et ante illum graſſatas fuiſſe, licet plus in Africa et America, minus vero in Europa et Aſia, illisque omnium minime prouinciis, quas HIPPOCRATES, CELSUS et GALENUS inhabitabant, ideo earum eos non potuiſſe facere mentionem. Tr. II. p. 20.

Caput *ſecundum* inſignitur de diuiſione, differentiis et deſcriptione variolarum. Proponuntur a Cl. Auctore conſuetae variolarum diuiſiones et differentiae, vbi veras a nothis variolis in eo tantum diſtinguit, quod verae in ſuppurationem tenderent, ſecus ac nothae, quae ſaepe inopinato erumperent, et bidui aut tridui flacceſcentes, exſiccarentur. Contra Cl. SYDENHAM ſententiam, variolas, verno tempore graſſantes, eſſe magis diſcretas et benignas; hiberno vero occurrentes, vt plurimum malignas, monet Cl. Auctor, ſe Viennae contrarium obſeruaſſe, praecipue in recentiſſima epidemia, quae hyeme intra 1759 et 1760 Viennae infantes et adultos agreſſa eſt. Malignae indolis ſemper ſunt variolae, quas exanthemata miliaria concomitantur et ſequuntur, raro enim iudicant. Idem fere euenit in omnibus aliis acutis morbis, quando miliaria febribus continuis, et inflammatoriis malignis, potiſſimum peripneumoniae et pleuritidi accedunt: ſignum, vti nos quidem opinamur, plerumque incipientis gan- p. 29. p. 38. p. 48.

p. 58. grenae et ſphaceli. Peſſimum ſymptoma variolarum eſt micturitio, quae funeſtiſſimae illi aderat epidemiae, quae 1745 et 1746 Viennae graſſata eſt, multosque e vita ſuſtulit. Malignitas autem haec minime regimini calido, aut peruerſae methodo adſcribenda eſt, ſed genio epidemiae.

p. 63. Caput *tertium* exponit variolarum aethiologiam. Omnes fere notae hic a Cl. Auctore recenſentur tam veterum, praeſertim Arabum, quam recentiorum medicorum de cauſſis variolarum ſententiae, quae vix non omnes reiiciuntur. Ex parte Cl. Auctori quidem placet Celeb. quondam Wratislauienſis Medici IOH. GOTTFR. DE HAHN ingenioſa ſententia, quam breui ante ſuum obitum cum eruditis communicauit: interim tamen eam naturae et origini variolarum contrariam declarat. Reiectis ſic omnibus aliis de cauſſa variolarum opinionibus, ſuam in *primo* tractatu de contagio ſtabilitam ſententiam, quod ſcilicet variolae habeant ſuae

p. 78. ſpeciei propria ſemina, denuo in medium profert, nouisque argumentis corroborare, et a contraſentientium dubiis et obiectionibus vindicare annititur: ex putredinis praemiſſa idea probans, animalcula illa verminoſa in variolis obſeruata non eſſe

p. 87. effectum, ſed cauſſam putredinis. Et vt omnia conſentiant, non dubitat, aſſerere miaſma varioloſum diu iners in corpore latere poſſe, antequam in actum deducatur, et eius ſeminia euoluantur. Hac quaque ratione nonnulla alias explicatu difficillima phaenomena facilius exponi poſſe autumat, quod qui-

p. 96. busdam exemplis illuſtrat. His praemiſſis, aliquot regulas ad faciliorem prognoſin formandam adiungit, quae omnem merentur attentionem.

p. 105. Caput *quartum* ſiſtit curationem variolarum, earumque ſymptomatum: item, inſitionem, diuerſasque de variolis obſeruationes. Habet autem

hoc

hoc caput tres ſectiones, quarum *prima* variolarum curationem exhibet. Meminit remedii a Cl. BOERHAAVE commendati, et ex mercurio et antimonio parati, quia hoc immediate in miaſma varioloſum, tanquam vermicidium agere credit, et ab eius vſu variolas pauciores et benigniores fore ſperat. Deinde inquirit in methodum medendi, quae pro variolarum conditione et diuerſitate adhibenda et varianda eſt. p. 113. Differre enim haec debet in infantibus, in adultis, in variolis diſcretis; in confluentibus, in benignis, in malignis. Venaeſectionem praeſertim commendat in magna febri varioloſa; vel quando infantes ſimul febre inflammatoria ex dentitione laborant: in quo vltimo tamen caſu extractionem ſanguinis per hirudines, poſt aures applicatas, venaeſectioni anteponit, huiusque remedii inuentionem ſibi tribuit. In malignis variolis, ſi ordinaria anti- p. 136. phlogiſtica non ſufficiant, ad corticem Peruuianum, tanquam ad ſacram anchoram, confugit, quem omnibus aliis notis remediis praefert, et ſi infantes hunc auerſantur, in clyſteribus iniiciendum ſuadet. Inter remedia diluentia antiphlogiſtica, ex auctoritate Cl. SYDENHAM, et propria experientia, ſpecies quaedam potus *Hydrogala*, Cl. Auctori dicta, quae e tribus aquae purae partibus, et vna lactis, addito ſaccharo ad gratiam, conſtat, primatum obtinet. p. 148. In illa peculiari et valde maligna variolarum ſpecie, in qua ſanguis non ſpiſſus, ſed diſſolutus eſt, ſpiritus vitrioli vnicum Cl. Auctori videtur remedium, a quo in deſperato hoc morbo aliquid ſit ſperandum Nunc diſputat Cl. Auctor, quid in cura variolarum malignarum ab vſu mercurii expectari poſſit? quum is, ſecundum Cl. Auctoris theoriam, variolarum curae non aduerſetur, et ab aliis medicis praeſtantioribus iam in vſum ſit vocatus. Caute tamen cum hoc mercandum eſſe, ipſe monet, et, ſi exhibendus

ſit, in maiores partes, ſeu, vt dici ſolet, groſſo
p. 159. modo diuiſus, exhibeatur. Perpauca adhuc de inſitione, ſeu inoculatione variolarum adiicit, cui ideo non fauet, quia praematura euolutio cum ſua non concordat theoria.

p. 162. Sequitur ſectio *ſecunda*, quae de curatione ſymptomatum, quae in variolis obſeruari ſolent, agit. Haud paruus eſt numerus ſymptomatum, quae variolas concomitantur et ſubſequuntur. His quomodo ſuccurri debeat, Cl. Auctor docet. Praecipua ſymptomata ſunt conuulſiones, diarrhoea, haemorrhagia, delirium, phreneſis, vbi pro re nata, venaeſectionem, antiphlogiſtica, lenia laxantia, paregorica, ſpiritum vitrioli et veſicatoria commen-
p. 174. dat. Tranſit ad febrem ſecundariam, quam omni cura, omnique diligentia auertere, et ſi hoc fieri nequeat, mitigare ſaltem ſtudet. Funeſtiſſima in hoc ſecundo ſtadio ſymptomata ſunt micturitio, vrinae plenaria ſuppreſſio, ſubita depreſſio puſtularum, faucium inflammatio, impedita, deglutitio, ptyaliſmi diminutio, ſaliuae morbificae, per ſaliuales glandulas excernendae, ad nobiliora viſcera repentina depoſitio, lethalis diarrhoea, oculorum inflammatio, et ſuppuratio, aurium obſtructio et fluxio, abſceſſus, vlcera maligna exedentia, furunculi, phthiſis, febris lenta, tabes. Vrgentiſſimis his ſymptomatibus, variis remediis et conſiliis obuiam ire docet. Hinc, pro facta indicatione, demulcentia, paregorica, antiſeptica, inter quae cortex Peruuianus eminet, fomenta, cataplaſmata, clyſmata, veſicantia, quin immo venaeſectionem, et pro re nata, mercurialia
p. 206. laxantia adhiberi ſuadet. Finem facit ſectio *tertia*, quae particulares quaſdam de variolis obſeruationes et annotationes continet. Sunt quatuor et decem caſus ſingulares varioloſorum, qui partim morbo occubuerunt, partim ex eo euaſerunt. His ſelectiores

inſperſit

inſperſit annotationes, inter quas notatu digna videtur illa, quam de vſu cicutae in vlceribus cancroſis, quae non raro variolas ſequuntur, adiecit, quem vero infructuoſum, contrarium, ſaepeque nociuum inuenit, pluſque cortici Peruuiano in talibus caſibus fidit. p. 266.

Progredimur ad tractatum *tertium* de febre ſcarlatina inſignitum. Hanc Cl. Auctor in praefatione praemiſſa, ob ſuam ſaeuitiam, peſtem iuuentutis merito vocat, et, quod ad eius principium, decurſum et curationem attinet, mance tantum deſcriptum putat. In *nouem* ſectiones digeſtus eſt tractatus. Sectio *prima* ſcarlatinae hiſtoriam, et deſcriptionem, Cl. Auctoris obſeruationibus reſpondentem, exhibet. Scarlatina eſt morbus contagioſus, epidemicus, exanthematicus, plerumque iuuentutem inuadens, interdum tamen, licet rariſſime, etiam adultos. Datur benigna, datur maligna. In omni ſcarlatina aegri conqueruntur de deglutitione et reſpiratione difficili, faucesque habent rubentes et tumentes. Exanthemata, quae ſuperueniunt, primis morbi diebus, colorem habent rubrum cinnabarinum, inde ſcarlatina vocata. Circa finem horum exanthematum ſaepe, quamuis non ſemper, obſeruatur ſingulare hoc phaenomenon, quod die ſexto aut ſeptimo, poſt eruptionem ſcarlatinae, certae puſtulae, ſeu papulae, praeſertim in manibus et pedibus appareant, quae miliaria alba referre videntur, licet merae ſunt veſiculae vacuae, et nil niſi aera in ſe contineant, quo etiam a purpura alba diſtinguuntur. Inde fit quoque cutis decorticatio. Aſt hoc particulare habet is morbus, quod aegri, ſi nonum, decimum, vel vndecimum attigerint diem, bene ſe habeant, vt adſtantes, eos in vado conſtitutos eſſe credant: aſt maximum adhuc T. III. p. 10. p. 13.

imminet periculum. Decimo enim quarto et quinto die poſt ſuperatam ſcarlatinam de nouo aegrotare incipiunt, toto corpore tumidi fiunt, et leucophlegmatico turgent tumore. Leucophegmaticus hic tumor potiſſimum ſuperuenit illis, qui copioſis aut malignis ſcarlatinae exanthematibus affecti fuere. Quo maior enim fuit tumor, eo maiorem aegroti experiuntur cutis decorticationem. Plures quoque hoc ſtatu hydropico moriuntur, quam primo ſcarlatinae ſtatu. In duo igitur ſtadia diuidi debet ſcarlatina. Primum ſtadium complectitur ea omnia, quae a principio morbi vſque ad ſtatum illum leucophlegmaticum eueniunt. Secundum ſtadium illa, quae ſub, et poſt modo dictum tumorem accidunt. Interim minime ita neceſſarium eſt, vt iſte tumor abeſſe non poſſit. Nonnulli enim illo tumore plane liberi ſunt: interdum tamen periculoſus ille ſtatus omni cura praeuerti nequit.

p. 21. Sectio *ſecunda* exponit diuerſas celeberrimorum de ſcarlatina relationes, cum annexa modeſta epicriſi. Prima relatio celeberrimi eſt SYDENHAM, vbi Cl. Auctor recte monet, quod benignam tantum viderit, quum tamen Cl. MORTON, pariter Angliae medicus, et SYDENHAM coaeuus obſeruauerit malignam: licet non negandum ſit, MORTONUM, ſicut ex deſcriptione eius patet, ſcarlatinam confudiſſe cum morbillis, qui tamen ſpecie diuerſi ſunt morbi. Interim Cl. quondam SENNERTUS longe ante SYDENHAM de ſcarlatina maligna ſcripſit, cuius tamen SYDENHAM non meminit. Nunc Cll. GORTER, et DE HAEN de ſcarlatina opiniones adhuc refert. Quam vero ex Ephem. Natur. Curioſ. ann. 6 et 7. adducit purpuram epidemicam, a SIMONE SCHULZIO communicatam, vti nos quidem arbitramur, non ſcarlatina, ſed rubeolae ſpecies fuiſſe videtur: quia exanthemata

themata non maculae, ſed purpurae ſeu papulae habuere formam. Figura enim exanthematum determinat ſpeciem morbi. Quando porro ex IOANNE LANGIO adfert: quod ſcarlatina in Saxonia *der rothe Hund* vocetur; hoc quidem apud vulgum verum eſt: ſed in ore delicatiorum et primorum dicitur, *das Scharlach - Fieber*. Optimi autem de ſcarlatina ſcriptores ex ſententia Cl. Auctoris, ſunt Cel. quondam DANIEL SENNERTUS, et Clar. DE NAVIER, academiae ſcientiarum Pariſinae ſocius, qui idiomate gallico diſſertationem epiſtolarem de diuerſis morbis epidemicis 1753 edidit. Sed omiſit Noſter Cl. STORCH, *Pelargum* cognominatum, qui 1742 *Gothae* vernacula, germanica ſcilicet, lingua non contemnendum de ſcarlatina publicauit tractatum, *vom Scharlach - Fieber* inſcriptum: vbi Cl. Auctor multa inueniet ad deſcriptionem, hiſtoriam et aethiologiam ſcarlatinae pertinentia. P. 33.

Sectio *tertia* diſſerit de diuiſione et differentiis ſcarlatinae. Diuiditur, vti ſupra iam dictum eſt, in benignam et malignam. In maligna adeſt ingens proſtratio virium et appetitus: febris et ſitis magna, et q. ſ. r. Maligna etiam diutius durat, eamque ſequitur plerumque periculoſus ille ſtatus leucophlegmaticus, qui in benigna raro obſeruatur. Nunc exhibet Cl. Auctor ſigna et notas, quibus ſcarlatina a petechiis, morbillis, purpura, vrticata, roſaliaque diſtinguitur. P. 53.

Sectio *quarta* inquirit in cauſſas ſcarlatinae. Adnotat hac occaſione Cl. Auctor, quod ſcarlatina plerumque epidemice et circa aequinoctium vernale graſſetur, in quo etiam Cl. SCHULZIUS et NAVIER conueniunt: quod infantes vt plurimum inuadat, licet Cl. Auctor aliquos triginta et vltro annos natos nouerit, qui ſcarlatina correpti fuere: quod morbus ſit contagioſus, qui ſi ſemel in fami- P. 59.

liam

liam intrauerit, omnes adoriatur, qui hunc nondum perpeſſi ſunt, etſi longo locorum interuallo interdum diſſiti ſint; cuius ſingulare exemplum Comitum de *Curland* commemorat, quod explicatu difficillimum eſt, niſi commercio epiſtolarum forte hoc miaſma communicatum fuerit: tandem, quod cauſſa materialis ſcarlatinae tam benignae, quam malignae vna eademque ſit, minimeque ſpecie differat. Vidit enim Cl. Auctor, benignam ſpeciem communicatione mutatam fuiſſe in malignam, et contra. Ex his praemiſſis ideis, ſecundum ſuum ſemel ſtabilitum ſyſtema, de contagio, Cl. Auctor concludit, cauſſam materialem ſcarlatinae conſiſtere in certis ſeminiis animatis multiplicabilibus. Quod vero ad cauſſas procatarcticas et occaſionales huius morbi attinet, a quibus praedicta ſeminia in actum deducantur, has quaerit partim in certis tempeſtatum mutationibus, partim in certis ventis, qui talia ſeminia aduehant: licet etiam admittat, quod cauſſa materialis contagii, et ſic quoque ſcarlatinae, aliquando in corpore lateat, diuque haereat iners, donec a certis cauſſis in actum deducatur, euoluatur, et multiplicetur, quod ſuperiori allato exemplo Comitum de *Curland* probat.

p. 76. Sectio *quinta* exponit ſymptomata et ſedem ſcarlatinae. Symptomata ſunt vehemens faucium tumor, rubor, ardor, vt aegri, nec deglutire, nec loqui, nec reſpirare valeant, vnde nauſea, vomitus, aut certe continuus niſus ad vomendum, tuſſicula, perquam difficilis reſpiratio. Sedes ſcarlatinae eſt in illis vaſis, quae membranam celluloſam perreptant, aut in eam terminantur: vnde etiam non tantum ille tumor, qui ſcarlatinam in initio ſtatim comitatur, ſed et ille, qui ſcarlatinam ſubſequitur. In his vaſis ſtagnant adeo humores, vt haec nimium tendantur, lacerenturque, vnde neceſſario tollitur cohaeſio epidermidis cum cute,

qua

qua ſublata, decorticatio ſequi debet. Quum vero hac ratione peripheriae corporis vaſa, quae transſpirationi promouendae inſeruiunt, ſuo priuentur tegumento et ſuſtentaculo: non mirum eſt, ſi ipſa membrana celluloſa, ab irruentibus, maiore quantitate, in illam humoribus, tendatur, et in tumorem leucophlegmaticum eleuetur.

Sectio *ſexta* exhibet prognoſin ſcarlatinae. p. 81. Benigna ſemper periculi expers eſt. Ab hac vero multum differt maligna. Gradus malignitatis cognoſcitur ex ſymptomatibus affligentibus. Si enim ſumma proſtratio virium adeſt, ingens in deglutione et reſpiratione difficultas, ſopor, delirium, pulſus paruus, celer, mors timenda eſt. In infantibus tamen minus eſt periculum, quam in adultioribus. Ceterum ad febris vehementiam et anxietatum durationem reſpiciendum eſt. Si, diſſipata iam ſcarlatina, aegri adhuc febricitant, ſignum eſt, multa metuenda adhuc ſupereſſe. Si contra ab omni febre immunes ſint, et tamen non appetant, languidique maneant, ſignum eſt, ſupra dictum tumorem leucophlegmaticum in propatulo eſſe. Si tumor hic cum febre coniunctus ſit, maius portendit periculum, quamſi ſit ſine febre. Si tumor hic pertinax ſit nullisque cedere velit remediis, metus eſt, illud acre ſerum rapi ad cerebrum, ex quo aegri conuulſi aut apoplectici pereunt.

Sectio *ſeptima*, ſcarlatinae eiusque grauiorum p. 89. ſymptomatum curationem proponit. Quum benigna ſcarlatina medico opus non habeat, ſufficit, vt tales aegri exacto regimine vtantur. Praeterea hoc vnicum tantum ab eis obſeruandum eſt, ne, euaneſcentibus ſymptomatibus, nimis cito aeri frigido ſe exponant, et periculoſum illum leucophlegmaticum ſibi contrahant tumorem. In maligna autem ſcarlatina, quae ex ſupra memoratis ſignis

cogno-

cognoſcitur, ſtatim ſanguis ex pede ſufficienti quan-
p. 99. titate mittatur. Deinde, vt materies deriuetur, in vſum vocentur epiſpaſtica, veſicantia, enemata emollientia, ſaepius repetita: ad acrimoniam et tenacitatem humorum corrigendam diluentia, temperantia et antiphlogiſtica. Vt vero miaſma contagioſum ſepticum deſtruatur, cortex Peruuianus, quem tanquam antiſepticum vniuerſale conſiderat, nulla tamen alia conditione adhibendus, niſi prius inflammationi per miſſionem ſanguinis proſpectum ſit. Quando vero infantes hoc medicamento abhorreant, aut adulti illud ob faucium dolorem deglutire nequeant, tunc corticis extractum aut eius ſal ſubſtituatur, et ex cortice ſaturata iniiciantur
p. 108. enemata. Hac occaſione Cl. Auctor digreſſionem faciens, quaerit: num exanthemata in genere, ergo etiam in ſcarlatina prorumpentia, critica nominanda et aeſtimanda ſint? ſed negando reſpondet, quia aegri horum eruptione non perfecte iudicentur. *Adeoque ſignum*, inquit, *euidentiſſimum eſt, quod talia exanthemata nunquam ad criſin perfectam, raro ad imperfectam, melius vero ad acriſiam reduci debeant.* Ad demulcendum, vti in variolis commendat *hydrogalam*, eamque emulſis praefert: Si vero ſerum magis arrideret, *hoc hydrogalae* ſubſtitui iubet.

p. 114. Sectio *octaua* periodum ſeu ſtadium ſcarlatinae ſecundum, nimirum illum tumorem leucophlegmaticum, vna cum eiusdem curatione ſiſtit. Hic ſtatus maioris momenti eſt, quam ſcarlatina ipſa. Primum eſt, vt tumor iſte funeſtus omnibus viribus praecaueatur. Alterum, vt praeſens tumor tollatur, et inde pendentibus ſymptomatibus occurratur et proſpiciatur. Vt primum obtineatur, monet, vt tales aegri, ſuperata iam ſcarlatina, in debita maneant tranſpiratione, et liberum vitent

aerem:

aerem: ſuperficiem corporis ſaepius fricent, omneque id adhibeant, quod copioſiorem vrinae promoueat euacuationem. Vltimae huic intentioni infuſum baccarum Iuniperi prae aliis omnibus ſatisfecit.

Quando vero contingat, vt omnibus adhibitis p. 118.
cautelis, nihilominus tumor ille leucophlegmaticus ſuperueniat, tunc omnis nauanda eſt opera, vt humores ſeroſi, viſcidi attenuentur, per conuenientes vias euacuentur, et tandem partes ſolidae roborentur. Primam et ſecundam indicationem explere tendit Cl. Auctor per ſalia fixa, tam alcalina, quam neutra, et per alia aperitiua, vt ſcillam et millepedes. Quod ſi autem omnia haec remedia pertinaciſſimo huic malo imparia reperiantur: tunc Cl. Auctor commendat medicamentum ex mercurio dulci et auro fulminante paratum, quod ei bis praeſentaneam opem tulit. Monet tamen ab vſu huius remedii abſtinere, ſi notabilis febris adſit. Vt vltimae tandem indicationi ſatisfiat, laudat frictiones, et ex remediis tonica, rhabarbarina, amaricantia, et infuſa vinoſa cum marte. Symptomata adhuc quae- p. 129.
dam vrgentia reſtant, quibus ſuccurrendum eſt, Primum eſt ſopor, cui veſicantibus mederi ſtudet: et alterum ingens ſcroti tumor, hydrocele nominandus. Hunc ſuſtentaculo lenire et herbis aromaticis, aqua vel vino incoctis, et calide per modum fomenti ſcroto applicatis, diſcutere docet.

Sectio *nona* et vltima tradit particulares quas- p. 133.
dam obſeruationes, et annexas annotationes. Sunt ſeptendecim aegrotorum, qui ſcarlatina laborarunt, hiſtoriae, ex quibus plurimi ex morbo conualuere, reliqui autem vi morbi enecati ſunt. Plurimis hiſtoriis annotationes adiecit, quae hiſtoriarum epicriſin continent.

Prope-

T. IV. Properamus ad tractatum *quartum* et vltimum, qui de *terrae motu* inſcribitur et in tres ſectiones diuiſus eſt.
p. 7. Sectio *prima* ſuccinctam et compendioſam terrae motuum, praeſertim vero illius, qui 1. nouembr. 1755. magnam globi terraquei partem conuellebat, magis diſtinctam ſiſtit hiſtoriam. Multum probabile videtur Cl. Auctori, iam ante diluuium vniuerſale globum terraqueum terrae motibus agitatum fuiſſe, quia cauſſae, a quibus illum nunc deriuat, iam dum praeexſtiterint. Primus terrae motus, quem ſcriptores annotarunt, eſt ille, qui Graeciam anno mundi 3508 deuaſtauit. Reliquos ſecundum ordinem annorum, quibus euenerunt, enumerat, quorum vltimus, qui Luſitaniam Hiſpaniam et Galliam conquaſſauit, et a Cl. Auctore notatus eſt, ad annum 1761 pertinet. Ad illum, qui 1 nouembr. 1755. accidit, hoc vnicum annotamus, quod illud, quod de thermis Carolinis refert, huius ſcaturiginem nempe tunc temporis derepente euanuiſſe, et mox dein maiore impetu profluxiſſe, cum veritate non conueniat. Nulla enim mutatio ſcaturiginis 1. die nouembr. ibi obſeruata fuit. Communis quidem tunc fuit fama, quare eo magis obſtrictos nos credimus, ei contradicere.

Sectio *ſecunda* agit de terrae motu in genere eiusque cauſſis. Enumerat Cl. Auctor nonnullas ſententias et opiniones, quas alii de cauſſis terrae motuum habuere: et, dum has refutat, ſibi viam
p. 39. ad ſuam opinionem parat. Praeſupponit enim *primo* cryptas et cauitates ſubterraneas profundas, et inter ſe per certos canales communicantes; quia, niſi hoc concedatur, plurimae apparitiones concipi nequeunt: vbi tamen non negat, eiusmodi cauitates a priori, vt aiunt, demonſtrari quidem non poſſe, quia profundius vno milliari penetrari non liceat; a poſteriore tamen, ex effectibus nempe,

tales

tales dari, euinci. Aſſerit *ſecundo*, quod, ſuppoſitis his cauernis, aſſumi debeant quoque diuerſa ſubterranea receptacula, quorum alia aquam, alia aerem, alia ignem contineant, quae ideo *hydrophylacia*, *aerophylacia* et *pyrophylacia* nominat. De hydrophylaciis et aerophylaciis nemo fortaſſe dubitat, ſed de pyrophylaciis quaedam difficultas oriri poſſet, an talia dentur? Sed bene monet Cl. Auctor, quod per haec non intelligat ignes centrales, ſed calorem tantum ſubterraneum, qui gradu differat; prout ſcilicet in aliquibus plus, in aliis minus de materia ſulphurea, bituminoſa, martiali, ſub pyritarum forma, reperiatur. Quod autem pyritae ex praedicta materia compoſiti, et aqua accedente humectati, incipiant calore aeſtuare et vapores ſulphureos ſpargere, ex notis experientiis conſtat: qua de cauſſa, ad Cl. BOERHAAVE experimenta prouocat, et ortum aquarum calidarum inde deriuat. Spiritus hic apparentes, ſecundum Cl. Auctoris opinionem, nil aliud ſunt, quam modo dicti vapores, a fermenteſcentibus pyritis orti, et a calore volatiles redditi, ideoque a quibusdam ſpiritus dicti. Differunt autem pro diuerſa quantitate admixtae materiae ſulphureae, bituminoſae, vel ferreae. Quodſi enim ſulphur abundat, facile eorum incendium inde concipi poteſt. Idem accidere in montibus igniuomis, Cl. Auctori valde probabile eſt. Quoniam vero non ſolum ſulphur in illis cauitatibus ſubterraneis, ſed etiam aer et aqua contineatur, vt is a calore rarefiat, haec autem quaquauerſum pellatur, neceſſe eſt. Ab hac mutatione interna, et facta inde agitatione, terrae motum deriuat. Quum enim modo dictae cryptae ſubterraneae, ſecundum Cl. Auctoris ſententiam, ad multa milliaria ſe extendant, et inter ſe communicent, non mirum eſt, ſi huius incendii et conquaſſationis effectus, ad magnam

p. 48.

 diſtantiam

diſtantiam propagetur, et in immenſum augeatur, praeſertim, quando accenſi vapores, nullum inuenire
p. 54. poſſunt exitum. Conſtans enim fuit obſeruatio, animaduerti vtplurimum magnos terrae motus, dum montes igniuomi ſilent, ſecus, dum ardent. Vnicum ſupereſt dubium, quod nonnulli eruditi mouerunt, flammam ſcilicet in occluſis cauitatibus ſubſiſtere non poſſe. Hoc ita remouere molitur, vt probet, per ſublatum aeris aequilibrium, oriri in cryptis agitationes et ventilationes, hisque flammam conſeruari.

p. 66. Hae ſunt cauſſae generales terrae motuum, nunc tranſit ad praediſponentes, ſeu occaſionales, quas ſolum in tempeſtatibus, quae praeceſſerant, quaerit Cl. Auctor, et qua ratione pro ſua parte ad terrae motum 1755. aliquid contulerunt, exponere contendit.

p. 81. In ſectione *tertia* et vltima Cl. Auctor diſſerit de praecipuis, terrae motus, phaenomenis; item de fontium, conchyliorum, aeſtuum, ventorum, et aliorum, quae ex eius ſequuntur theoria, origine, cauſſis, et effectibus. Plurima phaenomena, quae terrae motum plerumque comitantur, ſuo ſyſtemati accommodare, et ex eo explicare ſtudet, ideo illos
p. 64. refutat, qui motum lunae in nexum trahere et irregulares aeſtus maris, inde deducere autumant. Sufficere enim, ad producendos eiusmodi aeſtus arbitratur, atmoſphaeram, illo tempore, illoque loco, vbi terrae motus fuit, laeuiorem factam. Mercurius enim in barometro profundiſſimum tunc ſolet occupare locum. Vehementiſſimi quoque oriuntur venti, copioſiſſimaeque pluuiae: quaeque omnia, quia aequilibrium tollunt, vt magnam mutationem in globi terraquei ſuperficie efficiant, neceſſe eſt. Hae mutationes autem interdum vltra ſuperficialia hydrophylacia non penetrant, et partiales tantum

terrae

terrae motus producunt. Minime tamen eam ob cauſſam, originem fontium et fluminum, ex pluuiis et niuibus cadentibus, deriuandum eſſe putat, ſed illum in mari ponit, omnesque fontium ac fluminum aquas cum mari aequilibrare contendit. Cauſſam vero aſcenſus aquae, partim in calore ſubterraneo, partim in maiore grauitate aquae marinae, qua aquas fontanas in altum premi credit, quaerit.

Quando autem Cl. Auctor in ea fuit opinione, p. 116.
magnam illam abyſſum in diluuio vniuerſali, aquas ſufficientes ſuppeditaſſe, ad operiendos altiſſimos montes, quos tredecim cubitis tranſcenderunt, non perpendit, ſpatium illud ſphaericum, quod aquae tempore diluuii occupabant, multo maius eſſe ſpatio abyſſi, licet haec abyſſus totum quoque globum terraqueum aequaret, quod ex principiis mathematicis demonſtrari poteſt. Si ſpatium igitur abyſſi minus eſt, nec aquae ſufficere potuerunt ad praedictum diluuium.

Quod morbos tandem attinet, qui plerumque p. 125.
vehementes terrae motus ſequuntur, recte eos ex terrore et moerore deducit, quo homines, tempore terrae motus, neceſſario afficiuntur.

XXI.

IACOB CHRISTIAN SCHAEFFERS, *Doct. der Gotteſgel. u. ſ. w. Zweifel und Schwürigkeiten, welche in der Inſectenlehre annoch vorwalten. Regenſpurg verlegts Joh. Leop. Montag* 1766. 4. pl. 5. tab. aen. color. diſtinct. 1.

i. e.

IACOB CHRIST. SCHAEFFER de dubiis et difficultatibus, quibus adhuc impedita eſt entomologia.

Hic libellus, cum velut introductionis et praefaminis loco praemiſſus fuerit a Cl. Auctore, maiori ipſius operi, de quo mox ſumus dicturi, elementis ſcilicet entomologicis; de hoc primum atque de vniuerſo Auctoris inſtituto, paucis ad Lectores referre, noſtrum iudicauimus. Cl. SCHAEFFERUS in accuratiore inſectorum conſideratione, per vndecim annos occupatus, ſpecies ipſi obuias factas, ad characteres generum, quae conſtituerunt celeberrimi viri, LINNAEUS et GEOFFROY, atque ad ſyſtemata horum clariſſimorum virorum examinauit. Tandem potentiſſimi regio Daniae liberalitate ſuffultus, conſilium cepit edendi figuras inſectorum Ratisbonenſium, praemiſſis elementis entomologicis. In quo labore cum occurrerent ipſi, non modo in ſpecierum determinatione, ſed in ſyſtemate etiam condendo, difficultates plures, dubitationesque naſcerentur haud paucae; hoc libello ex inſtituto quaſdam earum palam proponere decreuit, eo conſilio, vt ab aliis, quorum ſtudium in eadem inſectorum natura cognoſcenda verſatur, certiora edoceantur, atque iſto modo maius illud, in quo edendo tunc temporis laborabat opus, ad maiorem perfectionis gradum poſſit adducere. Nos

igitur

igitur, omiſſis iis, quae de nomine entomologiae et inſectologiae, deque ſyſtematis, omni ex parte perfecti, difficultate habet, atque aliis eiusmodi diſputatationibus, ſequentes obſeruationes, ſpeciminis loco, annotare voluimus.

Neuropterorum et *hymenopterorum* claſſem coniungit Cl. SCHAEFFERUS, et *gymnoptera* vocat; cauſſam commemorat hanc, quod in *hymenopterorum* maribus aculeus deficiat, nec pateat, cur varia inſecta non eodem modo ad *neuroptera*, quam ad *hymenoptera* referri poſſint. Eadem ratione terminus *hemipterorum* Noſtro non arridet, cum v. c. in cimicum genere, alarum ſuperiorum ſtructura, quae ſemicoriaceae eſſe debeant, inſigniter differat, quapropter *hemipterorum* claſſem potius *coleoptero - hymenoptera* vocare vult. Pari modo *coleopterorum* diuiſionem, a Cl. GEOFFROY traditam, ob cauſſas, in ipſo libello enarratas, ita mutat, vt methodus tandem, quam Cl. SCHAEFFERUS ſequitur, hac ratione comparata ſit: p. 12. p. 14.

Claſſem primam conſtituunt inſecta alata, alis quatuor, ſuperioribus cruſtaceis per totam longitudinem elytris abdomine dimidio longioribus, quae *coleoptero - macroptera* Noſtro audiunt. Claſſis ſecundae inſecta, elytra abdomine dimidio breuiora habent et *coleoptero-microptera* dicuntur. Tertia claſſis *coleoptero-hymenopterorum* ſ. *hemipterorum* eſt, quae elytris, apice membranaceis, inſtruuntur. Quarta claſſis *hymeno - lepidoptera*, alis quatuor membranaceis puluere ſquamoſo tectis, quinta vero *hymeno-gymnoptera*, alis quatuor membranaceis nudis continet. Sexta claſſis *dipterorum*, et ſeptima tandem *apterorum* eſt. Ordinum autem differentiae, ex numero articulorum tarſi, ſumtae ſunt. Appendicis loco viginti duo inſecta, ſecundum varias eorum partes delineata ſunt, quae cum eſſent dubii generis, a Cl. p. 16.

Auctore ad genera, a LINNAEO, GEOFFROY, aliisque entomologis condita, commode referri haud potuerunt.

XXII.

IACOBI CHRISTIANI SCHAEFFER, S. Theol. Doct. cet. Elementa entomologica. Ratisbonae typis Weiſſianis 1766. 4to. pl. 22. tabulae aeneae coloribus diſtinctae 135.

IACOB CHRISTIAN SCHAEFFER *Einleitung in die Inſectenkenntnis.*

Prima huius operis, potentiſſimo Daniae regi, FRIDERICO QUINTO, dicata pars, exponit de inſectorum ſtructura et facie externa. Initio igitur traditur definitio inſecti, corporis figura et partes externae, et diuerſa vocabula ſcientiae entomologicae, cui rei in vniuerſum XII. tabulae aeneae (T. I-XII.) dicatae ſunt, quarum auxilio factum eſt, vt, quae in textu huius libri, qui tabularum explicationis titulum gerit, tradita ſunt, a tironibus facillime, ope figurarum, in tabulis aeneis contentarum, cognoſci poſſint. Claſſium, a Cl. Auctore aſſumtarum, differentiae et characteres, ſecundum methodum, ab eo in libello, de quo iam retulimus, propoſitam, tabula (T. XIII.) vnica explicantur, quae ſecundam ſectionem conſtituit. Tertia tandem ſectio, quae ampliſſima eſt, (T. XIV-CXXXII.) generum characteres illuſtrat, quae alphabetico ordine delineantur, vt characteres cuiuslibet generis facillime oculis pateant, et cum minores etiam partes microſcopii ope delineatae ſint, methodica inſectorum cognitio, eo ipſo inſigniter adiuuetur. Pertinent vero ex his ad primae claſſis, ſiue *coleopteromacropterorum* ordinem primum, qui tarſorum articulis

culis quinque inſtructus eſt *Dyticus*, *Carabus*, *Cicindela*, *Telephorus* (Cantharis LINN.) *Lampyris*, *Bruchus*, *Gyrinus*, *Anthrenus*, *Dermeſtes*, *Peltis*, *Silpha*, *Ciſtela*, *Hydrophilus*, *Scarabaeus*, *Copris*, *Attelabus*, *Elater*, *Bupreſtis* et *Plutyceros*. Ad ſecundum ordinem, tarſorum articulis prioribus quinque, poſterioribus quatuor, *Cantharis*, *Tenebrio*, *Cerocoma*, *Diaperis*, *Mordella*, *Pyrrhochora*. Articulis tarſorum quatuor inſtruuntur, *Stenocorus*, *Cerambyx*, *Leptura*, *Luperus*, *Cryptocephalus*, *Crioceris*, *Altica*, *Caſſida*, *Chryſomela*, *Mylabris*, *Scolytus*, *Rhinomacer*, *Boſtrichus*, *Anthribus*, *Clerus*, *Curculio*, *Prionus*, *Melolontha*. Tres vero tarſorum articulos *Coccinella* habet. Secunda claſſis, ſeu *coleoptero-micropterorum* continet *Staphylinum*, *Meloen*, *Necydalim*, et *Forficulam*. *Coleoptero hymenoptera*, quae tertiam claſſem conſtituunt, ſunt *Cimex*, *Notonecta*, *Naucoris Hepa* et *Corixa*. Claſſis quarta *hymeno-lepidopterorum* continet *Pterophoros* (Phalaenas Alucitas LINN.) et reliqua tria genera lepidopterorum, quae LINNAEUS habet. Quinta claſſis eſt *hymeno-gymnopterorum*, cuius ordo primus, tarſorum articulos quinque habet, ad quem referuntur *Mantis*, *Hemerobius*, *Phryganea*, *Ephemera*, *Panorpa*, *Vroceros*, *Tenthredo*, *Icbneumon*, *Formica*, *Cynips*, *Veſpa*, *Sphex*, *Chryſis*, *Apis*, *Formicaleo*, *Crabro*, *Libelloides* (Myrmeleon barbarum LINN.) Ordo ſecundus *Blattam* continet, quae tarſorum articulis, priorum quinque, poſteriorum quatuor, inſtruitur. Ordo tertius, ad quem *Locuſta* et *Raphidia* referuntur tarſorum articulis quatuor, quartus vero tribus eſt, ad quem *Gryllus*, *Acridium*, *Libellula*, *Perla*, *Cicada*, *Tettigonia* pertinent. *Thrips* vero et *Aphis* quintum et ſextum conſtituunt. Claſſis ſexta *dipterorum* ſequentia habet genera. *Hippoboſca*, *Oeſtrus*, *Aſilus*, *Stratiomys*, *Nemotelus*, *Empis*, *Bombylius*, *Tabanus*, *Scatopſe*,

(antennis filiformibus, roſtro breui, cylindraceo, labiato; ocellis tribus, alis abdomine longioribus, *Culex, Tipula, Bibio, Muſca, Stomoxis, Stomoxoides* (Conops LINN.) *Voluccella, Coccus* et *Chermes*. Claſſis tandem ſeptima, a diuiſione *apterorum*, quam LINNAEUS et GEOFFROY aſſumſerunt, vix differt. Araneae genus Cl. Auctor, ſecundum oculorum ſitum in quinque familias: Cimices ſecundum articulorum in antennis numerum, Papiliones ſecundum pedum numerum et ſitum, figuramque alarum, Tenthredines ſecundum antennarum figuram diuidit, vt alia taceam. Sectio tandem quarta, de inſtrumentis et ratione, inſecta commode capiendi, tractandi et adſeruandi, exponit, vbi miramur, etiam vmbellas, lagenulas et alias res, omnibus notas, pictas fuiſſe. Fundos ciſtularum, in quibus inſecta aſſeruantur, Auctor oblinire iubet liquore chemico, ex eſſentia aſſae foetidae, ſpiritu terebinthinae, ana vnciis duabus et oleo tabaci ac tartari foetido, ana guttis decem, parato. In vniuerſum vero Auctor Cl. in hoc libro nominibus latinis, a GEOFFROY et LINNAEO mutuatis, quantum quidem fieri potuit, vſus eſt, germanica vero, magna ex parte, ipſe excogitauit.

Tab. cxxxiii–cxxxv.

XXIII.

XXIII.

P. S. PALLAS, Med. Doct. Acad. Caeſ. et Soc. Reg. Angl. Sodal. Elenchus zoophytorum ſiſtens generum adumbrationes generaliores, et ſpecierum cognitarum ſuccinctas deſcriptiones, cum ſelectis auctorum ſynonymis. Hagae Comitum. 1766. et proſtat Francoſ. ad Moenum apud Fr. Varrentrapp. 8. 1 Alph. pl. 7.

Cl. PALLAS, cuius diſſertationem inauguralem alio loco indicauimus,* egregiam, qua pollet animalium omnis generis cognitionem, ab eo tempore pluribus ſcriptis ita declarauit, vt omnino iure meritoque inter praeclariſſimos huius aeui zoologos celebrandus ſit. Ex his primus eſt, qui nunc ante oculos verſatur de zoophytis liber. Cum enim in Belgio per aliquot annos commoratus, non ſolum optimam haberet occaſionem, maris littora frequenter adeundi, marinaque corpora recentia et viua examinandi, ſed et egregia, quae in his terris reperiuntur muſea inter quae principis Auriaci praecipuum eſt, accuratius perluſtraret; ad zoophytorum tandem hiſtoriam, quae nullibi magis, quam in his ipſis, mari vicinis locis, excoli poteſt, animum ita adplicauit, vt tandem egregio hoc opere vniuerſam zoophytorum familiam, ſyſtematico ordine diſpoſitam, comprehenderet. Paucitate enim et defectu iconum permotus, iconographicum de zoophytis opus, per faſciculos edere, apud animum conſtituit, cuius initium cum iſidis genere, tabulis, ad viuum coloratis, facere et hoc elencho, prodromum quaſi maioris huius operis ſiſtere voluit. *Zoophytorum* vero nomi-

 ne

* vid. Comment. Supplem. IV. p. 695.

ne *lithophytorum* et *zoophytorum* ordinem Linnaeani ſyſtematis coniunxit, autumans nimis illa affinia eſſe, et *lithophyta* aeque pro plantis, neruoſo ſyſtemate animatis habenda eſſe, iisque, vti nunc a LINNAEO quoque factum eſt, *ſpongias* adſociauit. *Corallinas* autem, quas vegetabilis naturae eſſe putat, vna cum *taenia* et *voluoce*, quas pariter huc non pertinere contendit, adpendicis loco addidit.

Eo magis autem Cl. Auctoris conſilium, diu neglectum, zoophytorum ordinem, recentiorum induſtria demum illuſtratum, methodica diſpoſitione enumerandi, probandum laudandumque iudicamus, quo magis ille ordo, naturae ſcrutatorum induſtria dignus eſt et vniuerſo ſyſtemati naturae, rectius perſpiciendo egregie inſeruit. In iis enim vegetabilem naturam cum animali miſceri, progreſſumque a natura vegetabili ad animalem, fabricae organicae modos ſimpliciſſimos, principiique animalis gradationes et modificationes varias optime cognoſci, neminem fere noſtris temporibus fugere arbitramur. Atque
p. I. hoc magis declaratur, egregia diſſertatione de *zoophytorum intermedia natura et inuentione*, quam Cl. PALLAS praemiſit. In hac primum docet, vulgarem diuiſionem corporum naturalium in tria naturae regna, arbitrariam et imaginariam eſſe. Putat enim, naturam *bruta inertiaque* corpora ab *organicis* et *viuis* ſeparaſſe, quorum quidem brutorum corporum familiae, vti inter ſe arctiſſimo affinitatis vinculo cohaerent, ita a quorumlibet brutorum corporum indole longiſſime recedunt. Ipſa vero *organica corpora*, natura non iterum in duo regna, *vegetabile* ſcilicet et *animale*, diuiſit, ſed vegetabilia, tanquam vltimam claſſem corporum organiſatorum conſtituit, quae, licet ab animalibus primo intuitu longiſſime diuerſa videantur, tamen cum iis per *zoophytorum* ordinem coniunguntur, quod magis declaratur

praemiſſa

praemiſſa ab Auctore adumbratione, et phyſiologica conſideratione *animalis* et *plantae*, quae corpora inter ſe comparat, analogiamque illorum fuſius explicat. Iam quod hiſtoriam doctrinae de *zoophytis* attinet, notum eſt, veteres de earum natura nil certi ſtatuiſſe, multosque eorum corallia, ſimiliaque corpora ad lapideum, magnamque reliquorum partem, ad vegetabile regnum retuliſſe. Atque hoc magis factum eſt recentioribus temporibus, quibus vulgo *corallinae* et *ſertulariae* muſcis, *alcyonia*, *eſcharae* et *pennatulae* fucis adnumerabantur, ipſaque corallia poſteaquam MARSIGLI eorum animalcula detexerat, et tanquam veros eorum flores deſcripſerat, ad vegetabilia pertinere, vulgo ſtatuebatur. Tamen nonnullos his ipſis temporibus veram naturam zoophytorum hariolatos eſſe, tum ex chemico eorum examine, quo eorum principia, animalium principiis ſimilia eſſe, deprehenderunt, tum ex variis RUMPHII, IMPERATI, BOCCONE et LHUIDII locis patet. Primus tamen PEYSSONELLUS, circa annum 1727 in madreporis, milleporis etc. animalia vidit, illaque corpora teſtas horum animalium eſſe aſſeruit. Plus vero decennio, hoc inuentum latuit, donec REAUMURIUS, polyporum inuentione a TREMBLEYO, circa annum 1739 facta, permotus, PEYSSONELLII ſententiam, de cuius veritate ipſe dubitauerat, iterum reſuſcitaret, quae demum a IUSSIAEO, LOEFLINGIO aliisque magis confirmata, et ELLISII laboribus inprimis ratione ſertulariarum et ſimilium corporum magis aucta fuit. Duplicem vero de zoophytorum vera natura, etiam, poſteaquam animalibus illa adnumeranda eſſe, detectum fuit, ſententiam Auctores fouent. Plurimi enim, inter quos PEYSSONELLUS, REAUMURIUS, DONATI et ELLISIUS ſunt, ſtatuunt, eſſe *aggregatum teſtarum ad animalcula, e meduſarum polyporumue genere*

p. 13.
p. 18.

genere, pertinentium, imo *fabricam aggregatorum et ſocialium horum animalculorum.* Altera vero, quam Noſter quoque cum LINNAEO, BASTERO etc. aſſumit, eſt: *Zoophyta eſſe animalia, vere vegetantia, in plantae formam excreſcentia; plantarumque alias quoque proprietates, affectantia; eſſe quaſi plantas animatas*, atque *non ex coagmentatis cellulis plurium animalium fieri, ſed, quae in muſeis ſeruantur reliquiae, veras eſſe exuuias et ſceleta Zoophytorum.* Totum vero
p. 21. Zoophytorum ordinem, in multis, cum plantis analogiam quandam habere et affinitatis huius gradus varios exiſtere, pluribus hic a Noſtro demonſtratur, qua occaſione quoque, de vniuerſali illa, omnium corporum naturalium, analogia inter ſe differit, docetque naturam quidem nunquam ſaltum facere, ſed ſpecies in genera, haec in ordines, ordinesque in claſſes, claſſes vero inter ſe, arctiſſimo affinitatis vinculo, contexuiſſe; attamen *ſcalam* naturae qualem BRADLEIVS et BONNETVS propoſuerunt, nunquam reperiri. Naturae enim opera, non in ſcalam et ſeriem continuata eſſe, ſed in *rete* cohaerere, cum DONATI aſſumit, aut potius corporum organicorum ſyſtema comparandum eſſe cum arbore, quae a radice ſtatim duplicem truncum, *animalem* et *vegetabilem*, emittat. Horum priorem per *molluſca* ad *piſces*, emiſſoque laterali *inſectorum* ramo, ad *amphibia*, tandemque alio laterali, *auium* ramo exſerto, ad quadrupedia pergere.

In ipſo vero hoc elencho, ea ratione Cl. Auctor verſatur, vt primo genericam definitionem praemittat, generalioremque cuiusuis generis ideam et inventionis hiſtoriam proponat, tum ſpecies enarret, quibus omnibus, triuiale aliquod nomen quoque dedit: addat deinde ſynonyma, multo ſtudio collecta, et vberiorem deſcriptionem, cum loco natali: tan-

demque

demque varias adnotationes ſubiungat. Species, quas ipſe non vidit, aſteriſco notauit.

Primum zoophytorum genus, *hydra* LINNAEI p. 25. eſt, ſiue *polypus* REAUMURII, a TREMBLEYO primum accuratius deſcriptus. *Animal eſt vegetans, vagum. Stirps ſimplex, nuda, medulloſa, mollis contractilis; linearis, cirrhis ſetaceis coronata; gemmaſcens prolibus lateralibus deciduis.* Horum animalium ſubſtantiam vndique alimenti bibulam eſſe, et ab alimento recepto demum cauari, Noſter probat, qui etiam aliquoties obſeruauit, polypos autumno oua generare, polypi compendium, per hyemem duraturum, continentia. Ad hydram ſimpliciſſimam quoque animal a ROESELIO deſcriptum, quod LINNAEUS *Chaos proteus* dicit, quodammodo accedit. *Brachionos* vero, quos LINNAEUS ad hydras retulerat, Cl. PALLAS ſeparauit. Secundum noſtri genus *Eſchara* eſt, qua LINNAEUS *Fluſtram* dicit. *Animal eſt, vegetans adnatum: ſtirps membranacea, ſublapideſcens, ex ſeriebus multifidis, diuergentibus. cellularum coalita, margine gemmis creſcens. Cellulae ringentes, exſerentes polypum, fundo adnatum, cirrhis coronatum, hydrae ſimilem. Lapis* ſic dictus, *ſpongiae officinarum*, a Noſtro ad *eſcharas* refertur et *ſpongites* dicitur, LINNAEO vero *cellepora* eſt. Tertium genus *cellularia*, etiam *animal vegetans, plantae habitu eſt. Stirps nuda e cellulis ſeriatis componitur, ramoſa ſaepeque articulata, plerumque lapideſcens, tubulis radicata.* Floſculi viui e poro ſingulae cellulae progrediuntur, ouaria vero incerta ſunt. Comprehendit hoc genus *corallinas celliferas* ELLISII, ſiue *ſertularias, ouariis non diſtinctis, ſed intra articulos latitantes* LINNAEI. Corpuſcula in *cellularia neritiua*, quae ELLISIUS pro paruis neritis habuit, bullulas eſſe Noſter docet, corpuſculis, caput auiculae referentibus, quae in *cellularia auicularia* reperiuntur analogas.

Tubularia

p. 79. *Tubularia,* quae quartum genus ſiſtit, eſt *animal ve-
getans, radicatum: ſtirps tubuloſa cornea, ſimpliciſſima,
vel ramoſa, imo affixa, apice exſerit animal capite ten-
taculis criſtato, ouula generans.* Serpulis tubulariae
valde analogae ſunt, ſed habitum vegetabilem ha-
bent. Ad tubularias Noſter quoque refert *hydram
campanulatam,* LINN. Syſt. Ed. X. ſiue *Polypum cri-
ſtatum,* (*polype à panache* TREMBLEII et *polypum
pennaceo-criſtatum* (*Federbuſchpolypen*) ROESELII.
p. 89. Quintum genus *Brachioni* comprehendit animalia,
quae *Pſeudopolypos* ROESELIUS dixerat, LIN-
NAEUS vero olim ad *hydras* retulerat. *Animal
minutiſſimum eſt, interdum ſimplex, vagum, ſaepius com-
poſitum, vegetans, pedunculatum, coronatum limbo con-
tractili, ſubreniformi, vndulante, ſaepe ciliato.* Huc
Noſter refert, *polypum floralem aquarum dulcium,*
SCHAEFFERI, (*Sabellam ringentem* LINN. Ed. XII):
Animalcula rotatoria BAKERI: *Sertulariam polypi-
nam* LINN. Syſt. Ed. X. et *Iſidem anaſtaticam* eiusd.
p. 106. edit. Sextum genus *ſertularia* LINNAEI eſt. *Ani-
mal eſt vegetans, plantae habitu. Stirps tubuloſa,
cornea, calyculis obſita, emittentibus medullae anima-
lis continuos floſculos, polypiformes. Ouaria, veſiculae
ſingulares, polypos maiores germiniferos continentes.*
Sceleton quaſi animalis ſunt, cum intra corneas va-
ginas, partes molles contineantur. Medulla ſcilicet per
totam ſtirpem continua, euidenter viua, per calycu-
p. 158. los, capitula hydris analoga, exſerit. Ex his *ſertularia
fruticans* et *ſertularia gorgonia* rariſſimae ſpecies, quae
vltima noua eſt, *gorgoniae* et *ſertulariae* genera con-
p. 160. iungunt. *Gorgoniae* genus continet *lithophyta, litho-
xyla, ceratophyta* Auctorum omnia, quae corneae
naturae ſunt et corticali lamella propria obducun-
tur. BOERHAVIUS eas *titanoceratophyta* dixit, et
a *ceratophytis* diſtinxit. quo nomine *gorgonias,* caſu
cortice orbatas, et *antipathis* ſpecies naturaliter nu-
das

das inſigniuit. Multa hic notatu digna de gorgoniarum ſtructura, cortice, qui euidenter organicae ſtructurae eſt, et modo creſcendi Noſter profert. Pleraeque earum in mari ita creſcunt, vt ſtirps et rami ſurſum verſus aëra, tendant. In vniuerſum autem gorgonia *animal eſt vegetans: ſtirps cornea, ſtriata, attenuata, baſi explanata, cortice obducta calcareo, molliore, celluloſo atque poroſo, polypis floſculiformibus efflorescente.* Verum corallium nigrum ad gorgonias pertinet (eſt *gorgonias Antipathes* LINN. Ed. X.) et ex indico oceano affetur. *Saualia* enim maris mediteranei, quae cum corallio nigro vulgo confunditur, truncus tantum eſt magnorum ſpeciminum *gorgoniae ventalinae* LINN. detritis ramis politus. Octauum p. 205. genus, quod *Antipathes* dicitur, continet varias ſpecies, quas hucusque Auctores ad gorgonias retulerant. Licet vero in pluribus cum gorgoniae genere conueniat, differt tamen non ſolum ligni hiſpiditate, ſed et cortice, qui non calcareus eſt, ſed gelatinoſus, quo ſpecimina, in muſeis aſſeruata vtplurimum carent. Eſt itaque Antipathes *animal vegetans: ſtirps cornea, extus ſcabra, attenuata; baſi explanata; obducta cortice gelatinoſo, floreſcente polypis tentaculatis. Ouaria, calyces corneae ſtirpi inſidentes, ſubturbinati* ſunt. *Iſidis* genus continet ea corpora, p. 220. quae *corallodendra* vulgo dicuntur. *Corallium* ſcilicet *rubrum*, (*Iſis dichotoma* LINN.) *Corallium roſeum* ſ. *ocraceum*, et *Hippuridem ſaxeam.* Definitionem vero huius generis ſequentem Auctor Cl. tradit: *Iſis eſt animal vegetans, plantae forma: Stirps* (*corallium*) *lapidoſa, vaſculis longitudinalibus poroſa, ſaepe articulata; obducta cortice molliori, ſparſo, verrucis calycularibus ouiparis; efflorescentibus in polypos floriformes, tentaculis coronatos, retractiles.* In vniuerſum iſides maximam affinitatem cum gorgoniis habent, et ſola natura ſubſtantiae interioris

ris quae ſaxoſa eſt, ab iis differunt. Corticis ſub-
ſtantia vaſculoſa et poroſa eſt, in qua cellulae ſunt,
quae externis papillis reſpondent, ex quorum oſculis
floſculi animales exſeruntur. Corallium ſemper ra-
mis ſuis, verſus centrum terrae tendere, MARSIGLI
eſt obſeruatio. Contrarium vero probant fruticuli
corallini, in teſtis lapillisque, in fundo maris proiectis,
creſcentes, qui tantum erecti creſcere potuerunt,
vt itaque conſtet, corallium in omnemcunque dire-
ctionem, ad planum, in quo fixum eſt vtrumque in-
clinatum, perpendicularem vegetare. Cum MAR-
SIGLIUS vero putet, lacteum colorem nunquam co-
ralliis naturalem eſſe, ſed arte demum produci, mo-
net Noſter, ſe in muſeo Britannico obſeruaſſe eius-
modi ramos, albi carneique coloris, quos tamen na-
p. 238. turales eſſe, non affirmare audet. Genus decimum
millepora eſt. *Animal* ſcilicet *vegetans; corallium
ſolidiuſculum, ramoſum*, *poris cylindraceis*, *in axin
perpendicularibus*, *exſerens polypos teretes tubaefor-
mes.* Ab *eſcharis* fabrica magis continua, ſubſtan-
tiaque non ex cellulis coadunatis facta, ſed poris
tantum cylindricis, directione in corallii axin per-
pendiculari, diſtinguitur. Cum tamen in reliquis,
magna ſit milleporae cum eſchara et iſide affinitas,
et madreporae quoque cum alcyoniis, quoad inter-
nam ſtructuram ſatis conueniant, Cl. PALLAS li-
thophytorum ordinem non, vti a LINNAEO factum
eſt, a zoophytorum ordine ſeparare voluit. In *mil-
lepora calcarea* (ſ. *corallio albo* officinarum Londi-
nenſium) nullos poros Noſter reperire potuit, pu-
tat tamen, illam, dum in mari viget, animali perioſteo
obduci, licet in ſpeciminibus, quae in littore Cornu-
bienſi tanta in copia reperiantur, vt iis accolae ad
agros pinguefaciendos vtantur, quae vero ex Noſtri
mente ex Americano oceano ventorum vi afferuntur,
p. 268. nil eiusmodi appareat. Atque hac occaſione Cl.
Auctor

Auctor famoſum illud in Belgio *incruſtatum Rakanienſe* deſcribit, quod in lacu quodam in peninſula *Voornana* ad pagum *Rakanie* ſito, ſubſalſo, qui olim cum mari communicauit, reperitur. Area ibi eſt tota maſſis cauernoſis irregularibus, variae magnitudinis ſabuloſo fundo incumbentibus, conſtrata. Aliis in locis maſſa haec caricis culmos obducens, iis deletis, cylindros intus cauos efformat. Hanc vero maſſam non vti nonnulli voluerunt * concretum tophaceum, ſed coralliorum analogae indolis eſſe, multis argumentis et ipſo chemico examine probat, monetque ſimile incruſtatum a DIOSCORIDE *adarces* nomine deſcribi. Vndecimum genus *Madrepora* eſt *animal modo ſimplex, modo vegetans: corallium ſaepius plantaeforme, celluloſum vel in apice vel ſuperficie terminatum ſtellis lamelloſo-ſtriatis, polypiferis.* Madreporarum aliae ſimpliciſſimae ſunt, aliae concatenatae aut conglomeratae, aliae aggregatae, vel dichotomae, vel vegetantes vel tandem anomalae; vt itaque omnino et indole et habitu longiſſime inter ſe differant. *Tubipora* ex Noſtri definitione eſt *animal compoſitum anomalum; corallium e tubulis parallelis diſtinctis compoſitum; tubuli articulati ſiphunculo continuo ad orificium ſtellato cammunicantes.* Vnica huius generis ſpecies hucusque detecta eſt, animalculorumque natura penitus latet, ad zoophyta tamen pertinere veroſimile eſt. Ex nauarchorum relatione Noſter didicit, ſcatere eam in mari vermibus longiuſculis, qui tubulis ſuis toti exeant, et cum hoſtile aliquid percipiant, celerrime in receptaculum quisque ſuum redeant. Hinc ſuſpicatur, animalcula forte in extremis tantum tubulorum articulis habitare, largo vero neruo affigi, qui eos tubulis

p. 274 p. 337

* vid. Act. Soc. Harlem. Part. oct. P. II. p. 19. vbi eius quoque figurae exſtant.

p. 342. tubulis exire permittat. Genus decimum tertium *Alcyonii* eſt. *Animal* eſt *vegetans: ſtirps fixa, continua, cartilaginea, intus poroſa; cortice duriore, obſito oſculis ſubſtellatis, papillaribus, exſerentibus polypos tentaculis ciliatis radiatos, ouiparos.*. In his vita ſenſitiua iam torpet, illaque indole creſcendique modo, ad imperfectiora vegetabilia accedunt. Superſtes tamen aliqua ſenſibilitas, polyporum apparatus et chemicum examen illa ad zoophyta adhuc
p. 362. referenda eſſe probant. Sequitur *pennatulae* genus. Ea eſt *animal vegetans: ſtirps vaga, coriacea, oſſiculo plerumque ſuffulta, multiformis, ex parte exſerens polypos retractiles, tentaculis radiatos, ſaepius calyculatos, intus ouiparos.* Hae pennatulae a reliquis zoophytis in eo differunt, quod non loco cuidam affixae ſint, ſed liberae per mare vagentur, ſtipitem, muſculoſo corio veſtitum, habeant, cuius ope muſcularem motum exercent et in mari ſe promouent, aut maris fundo molli inſertae viuunt. Rhachis vero, quae altera pars pennatularum eſt parenchymatoſa et immobilior eſt, in qua polyporum quoque apparatus, qui iis pro ore ſunt, deprehenditur. Vix non omnes intus oſſiculum aliquod habent. Ad pennatulas vero Noſter *Iſidem*
p. 375. quoque, *encrinum* LINNAEI refert. Vltimum tandem zoophytorum genus *ſpongia* eſt. *Animal ambiguum, creſcens, torpidiſſimum eſt; ſtirps polymorpha, e fibris contexta, gelatina viua obueſtitis. Oſcula oſcillantia, ſeu cauernae cellulatae ſuperficiei.* In his ſenſitiuam quandam vitam iam veterum nonnulli agnouerunt, quam recentiones confirmarunt. Credidit quidem PEYSSONELLUS, ſpongias a vermibus, in iis habitantibus, fabricari, alii tamen docuerunt, hos ad ſpongias non pertinere, ſed ſpongiarum latebras tantum intrare. Recentiſſimis tandem temporibus obſeruationes ab ELLISIO et SOLANDRO

DRO * factae, extra omnem dubitationis aleam poſuerunt, ſpongias eſſe zoophyta, quibus ſimplices in ſuperficie pori, polyporum loco, ſunt. Nullum tamen vitae veſtigium eſt in *ſpongia fluuiatili*, licet odorem piſculentum a muco quodam inhaerente albido habeat. Combuſta vix euidenter animalem odorem ſpargit. Ab hac, *ſpongiam lacuſtrem* LINN. Noſter vix differre putat.

Adpendicis loco Cl. PALLAS tria genere ambigua addidit *taeniam* ſcilicet, quae magnam cum *inteſtinis* LINN. affinitatem habeat, licet LINNAEUS eam ad zoophyta retulerit, *voluocem*, qui forte cum vniuerſa animalculorum infuſoriorum familia ad brachyonos pertinet, et *corallinas*, quae vegetabilibus magis, quam zoophytis adnumerandae ſunt. Obſcura taeniae natura eſt, ſuſpicatur tamen Noſter, p. 402. eſſe illam zoophytum ex pericarpiis quaſi ſeu ouariis concatenatum, quae continuum quidem ſyſtema conſtituant et communi vita gaudeant, ſingula tamen propriis organis nutritoriis inſtructa ſint, ſucceſſiue adoleſcant, matureſcant, tandemque defluant, et ouula forte intus maturata diſſeminent, ipſa pereuntia. In attenuata extremitate capitulum organicae ſtructurae habent, quo, tanquam radici affixo, viuunt. Quae vero hic de taeniarum origine et fabrica porro Cl. PALLAS habet lectu digna et iucunda, ea hic praetermittenda ſunt. Extra animale corpus taeniam, niſi caſu, reperiri haud putat, ſed ouula, cum excrementis diſſeminata, cum alimentis aut per aërem animalium corpora iterum intrare et in his excludi oſtendit. Animalia ſpermatica p. 416. forte voluoci analoga eſſe monet. *Corallinas* ad vegetabilia pertinere, ex odore vegetabili, quem com-

 buſtae

* vid. Phil. Transact. Vol. LIII. p. 419. Comment. noſtr. Vol. XIII. p. 678.

buſtae ſpargunt, probat. Vigentes in mari nulla vitae ſigna exhibent, nulla iis eſt polypoſa aut mucoſa incruſtatio, porique calcareae ſubſtantiae adeo parui ſunt, vt polypi in iis hoſpitari nequeant. Reperit quoque Cl. MEESE * corallinam aliquam terreſtrem in Friſiae ericetis, vt itaque omnino vegetabilibus eae ex Noſtri mente inſerendae ſint.

XXIV.

Commentatio de arbuto vua urſi, exhibens deſcriptionem botanicam, analyſin chemicam eiusque in medicina et oeconomia varium vſum. Auctore IOANNE ANDREA MURRAY, Med. Doct. eiusdemque in Acad. Georg. Auguſta Prof. Publ. Exrtaord. Gottingae apud Bockwitzium et Barmeiſterum, 1765. 4. pl. 9.

Quo maior manſit inter medicos, de vuae vrſi in calculo vrinario virtute medica, poſt Ill. DE HAEN experimenta, diſſenſus, eo acceptius nobis eſſe debet ſtudium Cl. MURRAY, cuius aliquoties iam cum laude a nobis facta eſt mentio, quo, ſuaſu Beat. WERLHOFII, tum naturalem huius plantae hiſtoriam et chemicum eius examen, tum quae de viribus eiusdem apud Auctores inueniuntur, omnia, hoc commentario ſuis obſeruationibus aucta com-
p. 2. plecti, apud animum conſtituit. Totam vero hanc diſſertationem in quatuor capita abire iuſſit, in quorum primo botanicam vuae vrſi conſiderationem praemittit. Ex definitione generis arbuti, cuius generis characteres iam THEOPHRASTUS deſcripſit, qui illud *κόμαρον* dicit, differentia a vacci-
nio

* *Flora Friſica* Tab. I. n. 503.

nio, quocum ſatis de reliquo conuenit, cognoſcitur. Cum enim in vaccinio germen extra vel infra calycem ſitum ſit, illud contra in arbuto intra vel ſupra illum reperitur, ſiue in illo germen infra receptaculum, in hac ſupra illud inuenitur. Stamina quoque vaccinium octo, arbutus decem habet, fructusque huius longe durior et ſiccior eſt, quam prioris. Quinque autem arbuti ſpecies a LINNAEO enumerantur: *vnedo* ſcilicet (noſtris *Erdbeerbaum*) *andrachne*, *acadienſis*, *alpina* et *vua vrſi*, quas omnes Cl. MURRAY accuratius hic deſcribit, atque antiquitates earum multo ſtudio eruit. Inprimis vero ſpeciem vltimam, de qua hic ſermo eſt, ex ſpeciminibus, in ducatu Cellenſi collectis, hic fuſius verbis depingit, et characteres, quibus ab aliis plantis, quibuscum habitu conuenit, diſtingui poteſt, indicat. Inter has vaccinii ſpecies eſt, quae *vitis idea* dicitur, in qua folia latiora ſunt, et ſtatim, vbi petiolis inſeruntur, ouata fiunt, atque praeterea in ſuperficie inferiore punctis crebris notantur. Caules praeterea non procumbunt, ſed oblique aſſurgunt et interne pauciores ramos et folia oſtendunt, ipſaque corolla, quae octo modo ſtamina habet, profundius inciſa campanulam fere refert. His praemiſſis, Cl. Auctor diſquirit: num ve- p. 11.
teres iam arbutum cognouerint eoque vſi ſint, docetque a DIOSCORIDE aliisque, ſub nomine ἰδαίας ῥίζης, hanc plantam minime deſcribi, ſed hypogloſſum, illos vero minus a vero abeſſe, qui ἄρκου ςαφυλῆν GALENI et vuam vrſi vnum idemque eſſe, ſuſpicati ſunt. Varia deinde huius plantae ſynonyma et nomina, quae in variis linguis obtinet, colligit. *Vua* vocata eſt ob baccas, in racemos congregatas, *vrſi* vero, quia urſis in deliciis eſſe dicitur. Germani *Mehlbeere*, *Baerentraube* vel *Sandbeere* vocant. Sequitur enumeratio variarum figurarum, quae de ea apud Auctores exſtant, et iudicium de

 illarum

illarum praeſtantia, nec non index locorum, quos ſyſtematum Auctores, huic plantae aſſignarunt. Locus natalis proprie in ſeptentrionalibus regionibus eſt, non tamen auſtrales plane reſpuit, cum Monspelii quoque, vbi primum vſus eius inualuit, reperiatur. In electoratu Hanouerano, in Cellenſi ducatu creſcit. Delectatur locis apricis, ſabuloſis atque in montibus, aut ſyluis inuenitur. In noſtris terris menſe maio floret, baccaeque circa decembris finem matureſcunt.

p. 21. In altera ſectione chemica vuae vrſi analyſis continetur. Sapor eius adſtringens et ſtipticus, atque poſtea haud ingrate amarus eſt. Caules foliis amaritudine cedunt, ſed magis adſtringentes ſunt. Odor fere omnis abeſt. His tamen experimentis non contentus, Cl. Auctor plantam chemico examini ſubiecit, atque experimenta ſua, quae hic fuſius enarrantur, cum iis, quae Cl. MODELIUS inſtituit, comparat. Parauit vero extractum eius aquoſum ſpirituoſumque, et infuſis quoque varios liquores admiſcuit, atque ex his omnibus cognouit, plantam hanc adſtringentem vim habere, adeſſe vero in ea gummoſas reſinoſasque partes, ex quibus tamen gummoſae, in quibus amara vis quoque latitat, reſinoſas copia ſuperant. Praeter reſinam vero et gummi inſignis quoque terrae copia adeſt, et pauxillum ſalis, quod cubicas cryſtallos format. Stipites plus terrae, quam folia habent. Volatiles vero et odorae partes nullae huic plantae inſunt.

p. 36. Tertia ſectione Cl. MURRAY de virtute vuae vrſi in curandis morbis agit. Ἄρκου ςαφυλὴν, quam vuam vrſi eſſe ſuperius adnotauimus, iam GALENUS in haemoptoë laudat, primum tamen vſus eius contra calculum apud medicos Monſpeſſulanos hoc

hoc ſeculo inualuit * tandemque Ill. DE HAEN, ſua, quae cum hac planta experimenta ſuaſu Ill. DE SWIETEN fecit, inde ab anno huius ſeculi quinquageſimo ſexto expoſuit. Experientia vero Cl. MURRAY docuit, foliorum pulueriſatorum vſum nauſeam excitare, infuſum autem minus ingratum eſſe. Doſis pulueris foliorum a ſcrupulo vno ad drachmam vnam; infuſum vero paratur, ita, vt aquae cyathi duo vel tres ad drachmam vnam foliorum ſumantur. Quod ad ipſas obſeruationes, in aegris factas, attinet, ita in iis enarrandis Noſter verſatur, vt primo illas, quae Ill. DE HAEN inſtituit, proponat, iisque ſubiungat alias, quas beat. WERLHOFIUS atque Cl. VOGELIUS et TAUBE cum eo communicarunt. Et WERLHOFIUS, quidem in dyſuria, ex calculis renum minoribus, aliquoties conſpicuum leuamen ab vſu huius plantae expertus eſt, contra vero in mictu cruento chronico, cum teneſmo et dyſuria inſigni a veſicae vlcere, ſine fructu illam exhibuit. Cl. VOGELIUS dyſuriam ſenis, tribus doſibus tantum datis, ſuſtulit. Cl. tandem TAUBE obſeruauit, poſt paroxyſmos nephriticos plantae huius infuſum, lotium et ſabulos calculosque mouiſſe. Ipſe quoque Cl. MURRAY in duobus aegris calculoſis experimenta cum hac planta inſtituit. Symptomata moleſta ſemper mitigabantur, mucique excretio augebatur, ſed, ceſſante eius vſu, ſemper ſolatium quoque ceſſauit, vt itaque ſymptomatum tantum lenimen, fomite eorum non ſublato, exſpectandum ſit. Mucus excretus et ſiccatus, materiam exhibebat albam, ſplendeſcentem, duram, quae nec in aqua, nec in ſpiritu nitri ſoluebatur. Carbonibus tamen illa iniecta, foetor pilorum combuſtorum percipiebatur. Licet vero Cl. p. 47.

* Factum hoc eſt, vti ex Cl. LINNAEI *Amoen. acad.* T. II. p. 407. patet, ante annum 1743.

MURRAY experimenta oſtendunt, mali cauſſam non tolli, tamen vuam vrſi, cum illorum lenimen promittat, et aegros a periculoſa calculi ſectione liberet, vel ideo magni aeſtimandam eſſe, Cl. Auctor docet. Diſquirit deinde, quomodo haec commoda calculoſis afferat, et oſtendit, nullam lithontripticam vim ei ineſſe, idque pluribus experimentis confirmat. Licet enim calculi nonnulli, eius decocto immerſi, magis friabiles facti ſint, experientia tamen eum docuit, hoc magis aquae ſoli, quam admiſtis plantae partibus tribuendum eſſe. Hinc tum adſtringendi virtute, cum adſtringentia in vniuerſum calculos pellant, tum amaritie ſua prodeſt, licet in hac ipſa eius actione explicanda multa adhuc obſcura ſint denſaque caligine inuoluantur. Addit deinde Cl. Auctor nonnulla de vi huius plantae in aliis morbis, inter quos leucorrhoea eſt, in qua egregiam opem tulit, in febre autem nihil praeſtitit; atque ex his omnibus concludit, omnino hanc plantam inter officinales recipiendam eſſe.

p. 61. De vſu huius plantae oeconomico notandum eſt, baccas vix eſculentas eſſe. Folia eius, nicotianae admiſta, ſapidiorem et delicatiorem eam reddunt. In Suecia ad tingendam lanam frequenter adhibetur. Cum alumine enim cocta, griſeum et cum vitriolo nigrum colorem dat. Iam dudum quoque vua vrſi cerdones Suecici ad ſubigenda et paranda coria vtuntur. Praeter *phalaenam arbutellam* LINN. *cocci* quoque ſpecies in caulibus, vuae vrſi radicibus proximis, reperitur, a LINNAEO in actis Suecicis * deſcripta, cuius collectionem et culturam Cl. Auctor commendat.

* vid. *Act. Soc. Reg.* a. 1759. p. 29. Comment. noſtr. Vol. X. P. II. p. 197.

XXV.

Noua phyſico-medica.

Academia ſcientiarum ac litterarum elegantiorum regia *Berolinenſis* in conuentu, die 2 iunii 1769 habito, ſequens problema, in annum 1770 oblatum, et e claſſe mathematica petitum, praemioque aureae monetae, quinquaginta numorum Hollandicorum aureorum aeſtimantis, ornatum, omnibus, exceptis academiae ſociis, eruditis reſoluendum propoſuit: *quae dimenſiones lentium obiectiuarum, ex duabus materiis eiusmodi, qualis eſt vitrum commune et cryſtallum Anglicum, efformatarum, omnium aptiſſimae ſunt ad radiorum ex obiectis, ſiue in axi eorum, ſiue extra eam conſtitutis, incidentium aberrationes ex ſphaericitate ac refrangibilitate vel plane tollendas, vel inſigniter corrigendas, et quae, ac quo ordine cum iis lentes oculares combinandae, vt teleſcopia inde perfectiſſima conſtrui poſſint.* Commentarii ſunt mittendi ad Cl. FORMAY, Academiae Secretarium, ante calendas ianuarii 1770, quorum tum diiudicatio et praemii diſtributio fient die 31. menſis maii.

Anno praecedente, programmate vulgatum eſt, praemium claſſis philoſophico-experimentalis, quod die 31 menſis maii 1769. adiudicabitur, concernere *determinata remedia arctius connectendi et combinandi phyſicam cum oeconomia rurali, quam hactenus factum eſt, et in ſpecie referendi influxum principiorum phyſices, quaecunque ſunt, ad diuerſas dictae oeconomiae partes.*

Praemium, quod *Eadem* anno 1767. *optimae theoriae cochleae Archimedis et conſiliis huius artificii augendi* conſtituit, IOHANNES FRIDERICUS HENNERT accepit. Tota theoria, etſi amplior eſt,

 quam

quam, vt indicari hic queat, tamen omnis eius emendatio cernitur in aucta aquae altitudine, quippe quae altius tolli poteſt. Aquae altitudinem, quam viderunt nonnulli in Hollandia, Cl. HENNERTUS accurate perquiſiuit et omnino conuenire cum ſuis rationibus, intellexit.

Eadem die 23. menſis ſeptembris 1768. Cl. GERHARD, Medicinae Doctorem, inter membra ordinaria in claſſe experimentalis philoſophiae adſciuit.

Cum in dies ſalutares effectus illius *Amſtelodamenſis* Societatis, *ad ſubmerſos vitae reſtituendos* inſtitutae, magis magisque appareant, et tamen nonnulli dubitent, ſubmerſos ita tractandos eſſe, magiſtratus non ſolum veniam, hos homines ex aqua tollendi, dedit, ſed ſumtus remediorum reddere et praemium iis ſoluere, qui miſeris ſic inſeruiunt, etiamſi nihil efficiant, pollicitus eſt. Coguntur quoque inquilini ſine mora excipere merſos, et, qui recuſant, mulctam viginti et quinque florenorum in vſus exercitus ſoluent.

Amſtelaedami NICOLAUS LAURENTIUS BURMANNUS creatus eſt botanices Profeſſor, patrique IOANNI, multis operibus botanicis editis et a nobis paſſim indicatis, illuſtri, in eodem munere gerendo adiunctus.

Praeter alia praemia, quibus *Rothomagienſis* Academia ſcientiarum et artium ornabit atque ad maiorem induſtriam excitabit literarum ſtudioſos, de illo quoque agebatur in conuentu eius, die 3. auguſti 1768. habito, quod deſtinatum erat illi, qui *Normandiae mineras earundemque commoda* * deſcribet,

* vid. Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 549.

bet, ſed cum ſuper hac quaeſtione nullus ei ſit traditus commentarius, conſultum duxit, huic quaeſtioni aliam ſubſtituere: *Suntne diſtincti limites inter tria naturae regna, animale, vegetabile et minerale; an inter ſe ita concatenata ſunt, vt vnita videantur.* Ante calendas iulias 1769 Academiae diſputationes ſunt mittendae.

Academia ſcientiarum elegantiorum literarum et artium *Lugdunenſis* praemium, monetam nimirum auream trecentarum librarum Gallicarum, a b. CHRISTIN conſtitutum, illi decreuit, qui poſt diem S. Ludouici 1770. optime ad hanc quaeſtionem reſponderit: *Ex quibus partibus conſtat lympha et in quonam viſcere elaboratur?* porro *vtrum vaſa, lympham in ſe continentia, vltimarum ſint arteriarum continuationes, an ſua habeat hic humor vaſa, a reliquis vaſis corporis humani plane diuerſa*, breuius, *quodnam commodum afferat hic humor oeconomiae animali?*.

Eadem optat, vt inquirat quis *in cancri naturam, effectus et optima remedia* hoc ipſo, a nobis iam indicato, anno. Praemium, optimae dicatum reſponſioni, ſexcentas libras Gallicas aequat, quas Academia a Cl. POUTEAU iuniori, qui hac de re meditatus, nec penitus exhauſiſſe eam arbitratus eſt, his precibus accepit, vt haec quaeſtio vulgaretur. Atque hoc effecit et vult, vt omnem, quam poſſunt, nauent operam, fines phyſicae poſſibilitatis ponendi firmos, ex quibus declarari poſſet, vere fieri poſſe, vt cauſſae et effectus vitii cancroſi per medicamenta in et externa tollantur, et aetatem, genus, temperamentum et varias cacochymiarum ſeu acrimoniarum ſpecies, quibuscum hoc venenum communicari queat, animaduertendi.

Eadem

Eadem quaeſtionem anno 1765. * propoſitam, quoniam praemio 1768. duplicato nemo reſponderat, coacta eſt iterum ad annum 1771. proponere, atque triplex promittere praemium. Ac propterea nullas in poſterum ſoluendas offeret quaeſtiones, ſed apud ſe conſtituit, illi, qui *vtiliſſimam detectionem in artibus* eo, quo ſolent, modo efficit, edito praeſenti programmate, exhibere praemium. Quae vero omnino in mittendis commentariis ſunt animaduertenda, ea ſupra indicauimus.

Quanquam *Burdigalenſi* Academiae regiae ſcientiarum elaborationes theſeos anni 1766. *de genere atque eſſentiali morborum epidemicorum, indole* etc. ** ſatis eruditae, praeſertim vna, quae quoque Auctori ad emendanda nonnulla et addenda quaedam tradita eſt, nondum autem reddita Academiae, ſunt miſſae, tamen Ea propoſitae rei neceſſitate permota et huius materiei vtilitate perſuaſa, non potuit non, eandem ſententiam iisdem verbis et conditionibus ad annum 1770 denuo proponere ac promulgare. Alterius autem quaeſtionis 1768. propoſitae, ita ſeſe habentis: *qui ſit optimus modus inſtituendi analyſin aquarum mineralium et an ſola analyſis ſufficiat, ut certo virtus earum et proprietates poſſint determinari?* *** miſſas reſponſiones earundemdemque diſquiſitionem, grauioribus negotiis occupatam Academiam vſque ad proximum differre oportuit annum.

Accipiet quoque praemium duplicatum hoc 1769 anno ille, qui exhibitum *de argillae natura et remediis eam fertilem efficiendi* **** ſoluet problema et cum duo, hoc ipſo indicato anno, ſint diſtribuenda praemia,

* v. Comment. noſtr. Vol. XI. p. 551.

** v. Comment. noſtr. Vol. XII. p. 165. et Vol. XIII. p. 160.

*** v. Comment. noſtr. Vol. XIII. p. 535.

**** v. Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 551.

praemia, alterum dabit Academia optimae diſquiſitioni, *numne dentur phyſica remedia lichenum et muſcorum, qui arbores infeſtant, delendorum et hoc malum ab arboribus arcendi et quae ſint?* *

Aliud porro praemium anno 1770, praeter illud, quod quaeſtioni in initio huius orationis commemoratae, dicatum eſt, huius propoſitionis ſolutioni largita eſt *Eadem* Academia: *Quaenam optima methodus, mari metiendi celeritatem ſeu curſum nauium, neglectis obſeruationibus aſtronomicis et venti appulſibus, et num, deficiente noua et emendata, huc vſque conſueta, metiendi ratione, nullum exſtet auxilium, hoc inſtrumentum perfectius reddendi et ita adaptandi, vt moto mari, ſtatim eo queat vti, atque impediendi, quo minus funis non adeo extendatur et abbreuietur, et annon fieri poſſet, vt per ſimplicius et minus ſumtuoſius inſtrumentum tempus triginta ſecundarum, quibus praeterlapſis, hoc finitum eſt, poſſit dimetiri, quam trabs lata, ad quam huc vſque refugerunt nautae.* Dum haec proponit Academia, vulgatur, diſputationes, quae vel emendationem produnt, vel commoda afferunt, experientia fida confirmata, et absque magnis impenſis facilius praeſtita, ad clariſſimum DE LA MONTAGNE, Academiae Secretarium aut bibliopolam BRUN ante diem 1. maii 1769 ita, vt profiteantur ſua nomina auctores, eſſe transmittendas et gallice aut latine conſcribendas. Reliqua, quae non ſunt negligenda ab iis, qui cum Academia quid communicant, ſupra narrauimus.

Quae *Monachii* floret Electoralis *Bauarica* ſcientiarum Academia praemium, quod e claſſe philoſophica huic quaeſtioni, 1768 propoſitae: *num lupulus Bauaricus aeque bonus ſit ac Boemicus?* ** dicatum fuerat,

* vid. Comment. noſtr. Vol. XIV. l. c.

** Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 546.

fuerat, addixit Comiti de TÖRING SEEFELD equiti St. Georgii et Electori a cubiculo.

Eadem Academia anno 1769 aliam, quae ad claſſem ſpectat philoſophicam, quaeſtionem mouit: *Num ſint remedia et quaenam disiiciendi nubes tempeſtate grauidas, et regiones contra grandinem tuendi?* Quam qui ſoluerit, monetam auream quinquaginta numorum Hollandicorum aureorum accipiet. Mittendae autem ſunt elaborationes ad HELEPHONEM KENNEDY, munere Secretarii Academiae fungentem, exeunte menſe auguſti 1769, addito auctoris nomine.

In conuentu Scientiarum Academiae *Theodoro Palatinae*, quae *Manhemii* floret, die 20. menſis octobris 1768. habito, ſententiae ferebantur de iis, quae tradita fuerant Academiae. Eius enim votis quodammodo reſpondit ea tractatio Germanica, qua *noua methodus mercurii e mineris ſuis minore ſumtu eliciendi* * explicata erat; *non mihi, ſed patriae* deſignata. Quae quidem, quamquam non omnino placuit, tamen praemium viginti et quinque numorum aureorum Hollandicorum illi datum eſt, quod ſi acceperit, nomen eius incluſum aperietur et innoteſcet.

Porro *Eadem* hanc quaeſtionem propoſuit: *quae ſit natura et qualitas ſcarabaei a prima eius origine vſque ad mortem et quod optimum ſit remedium huius inſecti deſtruendi?* Viginti et quinque numorum aureorum Hollandicorum praemio ornabitur is, qui ad hanc quaeſtionem optime reſpondet. Reliquis dein perquiſitis, denuo repetebatur quaeſtio, ad annum 1769. propoſita. ** Quae obſeruandae ſint leges mittendorum commentariorum, ſupra *** commemorauimus.

Die

* vid. Comment. noſtr. Vol. XIII. p. 692.

** vid. Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 546.

*** vid. Comment. noſtr. Vol. XII. p. 163.

Die 29. menſis nouembris 1768. a nuper * condita regia ſcientiarum artiumque bonarum *Mantuana* Academia ac medica eius inprimis claſſe propoſita eſt haec quaeſtio: *quod optimum ſit remedium imminentis ſcorbuti et illius quidem, qui in continenti terra verſantes inuadit.* Praeſes huius Academiae eſt Ill. Comes CAROLUS OCTAVUS DE COLLOREDO, et praemium ſingulis annis die 11. nouembris diſtribuetur.

Societas ſcientiarum *Harlemenſis* in conuentu die 24. maii 1768. habito, in numerum ſociorum recepit IOANNEM NETTIS, Medicinae Doctorem, Middelburgenſem et CORNELIUM PLOOS, Amſtelaedamenſem, Directorem Academiae Amſtelaedamenſis, delineando deſtinatae.

Eadem ipſo illo die declarauit, ALEXANDRUM PETRUM NAHUIS, Doctorem Medicinae Hornii,** auctorem eſſe commentarii, qui inſcriptus erat: *in magnis voluiſſe ſat eſt,**** illique monetam argenteam, Auctori illius operis adiudicatam, miſit.

Die 1. menſis iulii 1768. iuſſu Auguſtiſſimae Imperatricis Mariae Thereſiae illi, qui *cuprum depurandi et perfectius reddendi, quantum poteſt, hoc metallum ſine pretii augmento* tradet methodum, ſiue inquilinus fuerit, ſiue exterus, praemium mille nummorum Hollandicorum aureorum ſoluetur. Exſpectatur huius quaeſtionis reſponſio intra annum, a die nimirum inceptum, quo haec eſt publicata, tentaminibus variis et experimentis fidis confirmata.

Nuper

* vid. Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 367.
** vid. Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 695.
*** vid. Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 549.

Nuper * conſtituta a bonis ciuibus in incrementum opificiorum, artium et reliquorum quaeſtus generum Societas *Hamburgenſis* ad annum 1769. illis, *qui compoſitionem veri nec aliis coloribus ſumtuoſioris coloris viridis ad goſſypium tingendum* detegent, et *optimum compeſcendis incendiis ſiphonem, qui facile amoueri poteſt, et viarum anguſtiis eſt accommodatus ſine maioribus impenſis et cum eadem facilitate, qua huc vſque*, ſingulis praemium numorum Hollandicorum aureorum ducentorum exhibebit. Quo nomine epiſtolae, ad hanc Societatem mittendae, ſint inſigniendae, et quae vlterius obſeruanda, ea ſupra ** declarauimus.

Regiae ſocietatis ſcientiarum *Suecicae* et Phyſico Medicae *Baſilienſis* ſocius factus eſt EDUARDUS SANDIFORT, Medicinae Doctor Hagae Comitum.

In Academia *Argentoratenſi* IOANNES FRIDERICUS LOBSTEIN, Medicinae Doctor, anatomiae et chirurgiae ordinariam adiit profeſſionem, et die 3. nouembris 1768. orationem inauguralem: *de chirurgiae ocularia praeſtantia*, habuit.

CHRISTIANUS FRIDERICUS IAEGER, Medicinae Doctor, in Academia *Tubingenſi*, Profeſſor botanices creatus eſt.

Eadem Academia praematuro obitu PHILIPPI FRIDERICI GMELINI, Medicinae Doctoris, chemiae et botanices Profeſſoris publici ordinarii, regiae ſocietatis Londinenſis ſocii, die 9. menſis maji 1768. permagnam paſſa eſt iacturam.

Menſe

* v. Comment Noſtr. Vol. XIII. p. 155.
** v. Comment. noſtr. Vol. XIII. l. c. et p. 538.

Menſe iulio 1768. ALEXANDER MONRO ſenior, Medicinae et Anatomiae Profeſſor et Societatum variarum membrum, cuius memoriam nunquam obliuioni tradent eruditi, multis et diuturnis doloribus vexatus, morte conſumtus eſt Edinburgi.

IOANNES HUXHAM, vir doctrina ac eximia medendi peritia praeſtans, ſumma ſenectute confectus, die 12. menſis auguſti 1768. Plimuthi e viuis ereptus eſt.

Eiusdem menſis die 15. 1768. PETRVS COLLINSON, cuius aſſiduitas in hiſtoria naturali tractanda et praecipue plantis Americanis cognoſcendis nemini non conſtat, Millhil prope Londinum ſupremum obiit diem.

Die 20. menſis ſeptembris 1768. clariſſimus LE CAT, cuius ipſum nomen memoriam eius commendabit, Lugduni placide exſpirauit.

In Academia *Argentoratenſi* die 19. menſis ſeptembris 1768. GEORGIUS HENRICUS EISENMANNUS, Medicinae Doctor, praxeos publicus Profeſſor ordinarius, Facultatis medicae et capituli Thomani ſenior, vitam cum morte commutauit.

Petropoli die 3. menſis octobris 1768. quinquageſimo quinto aetatis anno mortuus eſt IOSEPHUS ADAMUS BRAUN, cuius memoriam meteorologicae et aliae phyſicae obſeruationes, nouis commentariis Petropolitanis inſertae, perpetuo conſeruabunt. Primus quoque fuit, qui mercurium frigore tangi et malleabilem reddi poſſe detexit.

In Academia *Göttingenſi* die 20. menſis nouembris 1768. e vita diſceſſit DAVIDES SIGISMUNDUS AUGUSTUS BÜTTNER, Profeſſor botanices, vir quamquam ſcriptis non adeo notus, tamen et extra Germaniam inter botanicos maximos relatus.

Eodem anno Pariſiis IOANNES BAPTISTA NICOLAUS BOYER, eques ordinis regii, medicus regius, noſodochiorum militarium inſpector, medicae Facultatis Pariſinae Decanus ſenior, regius cenſor et membrum regiae academiae Londinenſis, ſeptuageſimo quinto aetatis anno viuere deſiit.

Ibidem quoque ANTONIUS FERREIN, Medicinae Doctor, et Facultatum, Monſpeliacae et Pariſinae regens, vltimum vitae diem 11. menſis februarii 1769. egit.

Eodem menſe anni eiusdem IOANNES ALBERTUS SCHLOSSER, Medicinae Doctor Amſtelaedamenſis, nimis praematura obiit morte Amſtelaedami.

Vt nupero * promiſſo noſtro ſatisfaciamus, de *inoculationis* hiſtoria nonnulla, quae ab eo tempore partim ex medicorum annotationibus, partim ex narrationibus publicis cognouimus et collegimus, tradamus. Quamquam Facultas Pariſina medica magnas adhuc de inoculatione alit controuerſias, tamen collegium ſummi magiſtratus a partibus inoculationis eſt, et rex veniam dedit Cl. GATTI, cuius olim mentionem fecimus, ** eam in ſchola militari, quae ibi floret, exercendi, ſed conſentientibus horum liberorum parentibus.

Nec minus Auguſtiſſima Hungariae Regina aula Imperiali inoculationi fauet, quam multi nobiles ſequen-

* Comment. noſtr. Vol. XIII. p. 541.
** Comment. noſtr. Vol. XII. p. 726.

quentur, dum principes, Ferdinandum et Maximilianum et Mariam Thereſiam optimo cum ſucceſſu inoculauit Cl. INGENHOUS, qui magnis praemiis ornatus et reditu annuo quinquies mille florenorum, quorum bis mille et vidua eius exſpectare poteſt, donatus, medicus aulae et principis eſt creatus.

Atque ſimili honore affectus eſt et ſimilem reportauit dignitatem ab Imperatrice Ruſſiae Auguſtiſſima, Clariſſimus THOMAS DIMSDALE, ob feliciſſimam Eius inoculationem cum quingentis libris numorum ſterlingicorum, et actualis ſenatus de ſtatu publico ſecretioris conſiliarius nominatus, ſimulque cum filio eius, NATHANAELE, baronatus Ruſſici honore adornatus eſt, ita, vt huius clementiae fructus et ad eius poſteritatem redundent. Pari felicitate Cl. SCHWENCKE Sereniſſimam Principem Naſſouienſem implantauit.

Senatus porro *Venetus* viginti et quatuor liberos mendicorum, in triuiis inuentos, cum optimo ſucceſſu inoculari curauit. Pariter triginta et quod excurrit *Hamburgi*, et triginta et ſeptem 1767. et ſeptendecim 1768. Fribergae a NAUMANNO, Medicinae Doctore et chirurgo militari DÜVELT ac apud nos hic Lipſiae cura Experientiſſimorum Virorum HEINE et KADELBACH adultis aeque ac iunioribus, exoptatiſſimo cum euentu variolae ſunt inſitae.

Nuper quaedam de praeclaro Potentiſſimae Ruſſorum Imperatricis inſtituto, in rei literariae commodum ſuſcepto, monuimus *. Nunc ea, quae ex litteris virorum illorum, qui in diſſitas regiones miſſi ſunt, accepimus, addemus. Intelleximus enim ob varias cauſſas, quae iter retardarunt, Cl. PALLAS vsque ad *Penzam* tantum veniſſe, ibi-

* Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 551.

que frigoris vi iam plantarum plurium diſquiſitionem impeditam eſſe, eumque in *Simbischk* hiemare. In foſſilibus praecipue et nonnullis animalibus cognoſcendis et perquirendis occupatus fuit, nec non alia, de quibus omnibus iam ad Academiam retulit, vidit memorabilia. Hoc anno 1769. *Samaram* et *Sok* petet et tum ad *Wolgam* per deſerta *Iaik* viſitabit adque *Orenburg* tempus conſumet hyemale. Ad iuga montis *Ural* tertio anno proficiſcetur et quarto ſeu quinto ad *Irtiſch* ſe venturum ſperat. Clariſſimum autem GMELIN in oppido *Worſneſch* ad fluuium *Don* hiemaſſe; ibique, quae vidit, repetiturum et quae collegit, in ordinem redacturum eſſe, ad nos perlatum eſt. Magnam inprimis detexit illarum regionum atque plantarum varietatem. Terra enim nigra eſt, multis nitroſis particulis referta ideoque fertiliſſima. Multis porro, quae ad hiſtoriam naturalem ſpectant, obſeruatis, iam ad fluuium *Don* per deſerta verſus *Zarizin* et *Aſtracanum* iter faciet ibique futuram aget hyemem.

Vir nobilitate aeque clarus ac doctrina praeſtans BRANKS, cui per annum 6000 librae numorum ſterlingicorum redeunt, inſumit eas in natura diſquirenda, iterque fecit ante ad terram *Labrador* et ſinum HUDSONIS et magnam collegit plantarum, piſcium, auium, inſectorum aliorumque naturalium copiam. Iam vero menſe auguſto 1768. petebat denuo Patagonicam inſulam, *Georges Island* dictam. Ipſe magna botanices inſtructus cognitione, praeterea comitem habet SOLANDRUM, Medicinae Doctorem, dignum Ill. LINNAEI diſcipulum, qui quidem Britannico praeeſt muſeo, venia tamen itineris impetrata, facilem huius itineris comitem ſeſe praebuit.

Vt

Vt botanices cultoribus gratum faciamus, quaedam de *Flora Danica* GEORGII CHRISTIANI OEDERI, cuius iam * mentionem fecimus, hic commemorare liceat. Conqueſti enim cum ſint de nimio huius praeſtantiſſimi operis pretio eruditi, regis Daniae immenſus ardor et ſingulare erga literas ſtudium huic moleſtiae illud remedium adhibuit, vt pretium huius operis imminui et inde a ſeptimo faſciculo minore ſumma vendi iuſſerit. Quapropter pro ſingulis faſciculis iconum nigrarum, qui quaternis imperialibus argenti Danici alias conſtabant, in poſterum duos thaleros cum dimidio ſeu numum aureum Hollandicum et pro faſciculis iconum, viuis coloribus pictarum, quorum pretium nouem imperialium erat, octo emtores ſoluent. Praeterea quoque placuit operis continuationem accelerare. Quem ad finem, ſingulo anno ſequente, duo faſciculi, quorum quilibet ſexaginta iconibus conſtabit, tempore Paſchatos et Michaelis vulgabuntur et ita octauus circa feſtum Paſchatos 1769, nonus menſe ſeptembri eiusdem anni, ſicque vno tenore ſequentes apparebunt. Quamquam denique ſecundum praeſcripti formam ſex priorum pretium non diminuendum erat, tamen et hi nigrarum nimirum iconum, qui duas partes ſeu tomos abſoluunt, pro quindecim imperialibus loco viginti et quatuor offeruntur, viuis autem coloribus pictarum faſciculis nihil poteſt detrahi. Debemus hanc relationem Cl. OEDERO, qui bibliopolas *Philippertum*, *Heineck* et *Faber*. Hafniae verſantes, quibuscum emtores agere poſſunt, nominauit.

Recens conſilium FRIDERICI HENRICI GUILIELMI MARTINI, Medicinae Doctoris Beroli-

* vid. Comment. noſtr. Vol. IX. p. 701.

rolinenſis, quod ſine dubio cepit, dum iuſſu muſeum erat Ei in ordinem redigendum Berolinenſe, eodem modo ab eo ordinatum, quo opus, quod iam indicaturi ſumus, conſcribere apud ſe conſtituit, *nouum conchyliorum ſyſtema edendi*, hoc eſt: Conſtabit totum opus *ſex* partibus, quarum prima *teſtacea vniualuia non turbinata* et librum primum *turbinatorum*, ſecunda librum ſecundum *turbinatorum* ſeu *buccina* et *ſtrombos;* tertia librum tertium ſeu *trochos*, *cochleas lunares* et *ſemilunares*; quarta *biualuia*, quinta *pluriualuia*; ſexta *conchylia terreſtria et fluuiatilia tam indigena, quam exotica*, comprehendet. Prodibit Norimbergae per partes apud *Gabrielem Nicolaum Raſpe*, qui, ſi ſunt, qui nomina ſua profiteantur, edita prima parte, et Gallicam verſionem curabit eorumque nomina adiiciet, et per *Andream Fridericum Happe*, Academiae ſcientiarum regiae Berolinenſis pictorem, ad viuum pictis coloribus ornabitur.

XXVI.

Supplementum alterum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1763. prodierunt.

Sammlung vermiſchter Schriften aus der Naturwiſſenſchaft, Chymie und Arzneygelahrheit. Leipz. 8.

Blut-Medicina. Görlitz 8.

HENRIC. BASSII tractatus de morbis venereis. Erford. 8.

De medicamentis pro noſocomiorum leuamine moderandis et iuſculis, per bouina oſſa in Papiniano vaſe parandis, Commentarius epiſtolaris Mediolani conſcriptus a IOANNE CALVO; altera poſt Brixianam editio. Piſis, 4.

IO. FRID. CLOSSII carmen de Peruuiano remedio variolarum prophylactico valde limitando. Lugdun. 4.

LEONH. EULERS *Gedancken von dem Raume, dem Ort, der Dauer und der Zeit. Quedlinb.* 8.

HIERON. DAV. GRUB de regimine mentis, quod medicorum eſt. Lugdun. 4.

CAROL. FRID. KALTSCHMIED diſſ. inaug. de natura ſulphuris antimonii aurati et hinc dependente virtute emetica eiusdem. Auctor. et Reſp. *Weſſel Lümmen.* Ien. 4.

IOH. GERH. KRÜGERS *Unterricht, wie ein Soldat ohne Arzneyen ſeine Geſundheit erhalten könne. Halle* 8.

RICHARD. MEAD mechanica expoſitio venenorum. Francof. 8.

A Treatiſe on Ruptures by PERCIVALL POTT the ſecond. edit. altered, corrected and improved. Lond. 8.

10. GEORG. ROEDERER de morbo mucoſo liber ſingularis. Götting. 4. c. fig.

AUGUST SCHAARSCHMIDTS *Abhandlung von Wunden. Berlin* 8.

WILHELM SMELLIE *Bemerkungen in der Hebammenkunſt. 2ter Band, Altenb.* 8.

WILSONS *und* HAADLEY *Betrachtungen über eine Reihe elektriſche Verſuche. Leipz.* 8.

XXVII.

Supplementum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1764. prodierunt.

Bergwerks-Ordnung in den Kayſerl. Königl. Oeſterreichiſchen Landen. Nürnb. fol.

Memoires ſur les Manufactures de Draps et autres Etoffes de Laine. Yuerd. 8. II. Part.

Flora Anglica ou flore Angloiſe; contenant les Plantes, qui croiſſent naturellement, dans le Royaume d'Angleterre, diſtribuées ſuivant le ſyſteme ſexuel avec les differences des eſpeces, les ſynonimes des Auteurs, les noms vulgaires, le ſol des lieux, le temps de leur floraiſon et les preparations pharmaceutiques dans lesquelles elles entrent. à Londres, 8.

Nachricht von den Stücken aus dem Pflanzenreiche, welche in denen Apothecken aufbehalten werden. Dreßden, 8.

Unterricht von Verbeſſerung der Schaafzucht. ib. 8.

Die beſte und bewährteſte Erfindung wieder das Koppen der Pferde. Anſpach 8.

Pro-

Programma, quo Academiae Fridericianae Erlangenſis nouus Proreſtor denuntiatur: de cultus vineatici in Franconia primordiis. Erlang. fol.

Methode aiſée et ſûre de guerir les Polypes du Nez. à Vienne, 8.

Aphoriſmes pour la connoiſſance et la cure de quelques maladies, adaptés aux principes de l'Economie animale par M. BATTIE, Doſteur en Medecine. à Londres 4.

I. M. BERNHOLDI formulare medicum. Vffenhemiae, 8.

Traité des Opérations de Chirurgie par AMBROISE BERTRANDI, Chirurgien du Roy de Sardaigne, Profeſſeur de Chirurgie pratique en l'Univerſité de Turin et Aſſocié de l'Academie Royale de Chirurgie de Paris. 2 Voll. à Nice, 8.

Traité du Tetanos, ou du mal de la mâchoire, maladie de l'Amerique par M. BILFINGER. à Göttingue.

G. F. BRANDERS *Beſchreibung eines optiſchen Inſtruments, Geſichtswinkel zu meſſen. Augſpurg*, 8. *m. K.*

HENR. FRID. DELIUS Progr. quatenus plenus venter non ſtudeat libenter. Erlang. fol.

Recueil de differents Traités de Phyſique et d'Hiſtoire naturelle par Mr. DESLANDES. 3 Volum. à Paris, 12.

De l'Exportation et de l'importation des Grains. Memoire lu a la Societé Royale d' Agriculture de Soiſſons par M. DUPONT l'un des Aſſocies. à Soiſſons et à Paris. 8.

I. A. EICHHORNS *Beſchreibung des Durchganges der Venus durch die Sonnenſcheibe*, 1761. *Nürnberg* 4.

1\. F * * *Anmerkungen über die nöthige Achtſamkeit bey Erforſchung der Gewitter-Electricität. Hannover* 4. *m. K.*

Obſervations de Medecine, par M. DE FLECHY. à Londres 12.

Regles pour la conſervation de la Santé: contenant tout ce qui a été le plus conſeillé par le plus grands Medecins, avec des conſeils faciles pour les plus facheux accidens, qui arrivent aux hommes pendant la vie, par IEAN FOTHERGILL. à Londres 12.

Les figures des plantes et animaux d'uſage en Medecine, decrits dans la matiere medicale de Mr. DE GEOFFROY Medecin, deſſinés d'apres nature par Mr. DE GARFAULT, gravés par Mrs. DEFEHRT, PREVOST, DUFLOS MARTINET et NIQUET. Paris 8 mai.

10\. GOTTL. GLEDITSCH Conſideratio epicriſeos Siegesbeckianae in Linnaei ſyſtema plantarum ſexuale et methodum botanicam. Berolini. 8.

WILHELM FRIEDR. *Freyherrn von* GLEICHEN *genannt* RUSWORM, *etc. Geſchichte der gemeinen Stubenfliege, herausgegeben von Joh. Chriſt. Keller. Nürnb.* 4 mai. *m. illum. K.*

Hr. FR. VON GÖCHHAUSEN *Jagd - und Weidwerks - Anmerkungen. Weimar* 8.

Traité des Maladies Vénériennes par M. GOULARD. 2 Vol. à Paris 12.

Nouvelle Methode curative de Maladies veneriennes par M. L'ESCARDÉ DE GUESMEVILLE Chirurgien des Hopitaux d' Artois etc. à Londres 12.

Obſervations pratiques ſur les cancers et les accidens de Poitrine, ou l'on fait connoitre leurs differens

differens caractères et leurs evenemens avec une centaine de cas heureuſement traités ſans le fer; par RICHARD GUY, Chirurgien de Londres. à Londres 8.

IOH. HADLEY *Beſchreibung eines neuen Inſtruments, Winkel zu meſſen. Augſp.* 4. *m. K.*

Herr DU HAMEL DU MONCEAU, *von der Holzſaat und Pflanzung der Waldbäume, auch derſelben fernerer Wartung. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt.* I. *und* 2. *Theil, Nürnberg* 4. *m. K.*

IOH. CHRIST. HIRSCH *Sammlung verſchiedener Nachrichten, welche in das Policey - Cameral- und Landes- Oekonomie- Weſen einſchlagen. 2ter Theil, Anſpach* 8. *m. K.*

EIUSDEM *redlicher Schäfer oder umſtändliche Beſchreibung einer Schäferey.* ibid. 8.

IOH. GOTTL. KRÜGERS *Naturlehre. 2 Theile, Halle* 8. *m. K.*

Uſage utile de la ciguë dans les maladies Chirurgicales, par FERDINAND LEBER, Docteur en Medecine et Profeſſeur de Chirurgie etc. à Vienne 8.

Lettre de M. XAVIER MANETTI, Docteur en Medecine, ou Supplement a ſon traité de l'inoculation de la petite Verole, écrite a M. I. A. CASAGRANDE, Cremonois et Medecin en exercice de l'Hopital Royal de S. Maria-Nova. à Florence 4.

Oeuvres de Medecine de RICHARD MEAD, Docteur en Medecine. à Londres 8.

Eſſai ſur les cauſes et ſur la cure des maladies ordinaires, dans les voyages des Indes occidentales; enſemble auec les preſervatifs contre ces maladies, en reponſe aux queſtions propoſeés par la Societe de Sciences d'Hollande: *Quelles*

ſont

ſont les cauſes des maladies, qui attaquent ordinairement les Matelots, dans le voyages des Indes occidentales? Et quels ſont les moyens de les prevenir et de les guerir; par SAL. de MONCHY, Medicin; traduit de Memoires de la Societe de Harlem a Londres. 8.

WILHELM HERZOG VON NEUCASTEL, *neueröffnete Reitbahn, oder vollkommner Stallmeiſter. Fol. m. K.*

Diſſertation ſur les productions Marines, qu'on trouve dans les environs de Feltré, ville de la Marche Treviſone en Italie par M. ODOARDY. à Neaples.

IOH. PALFYN, *chirurgiſche Anatomie aus dem Franzöſiſchen überſetzt, 2ter Band. Nürnberg, 4. m. K.*

Deſcription d'un nouvel Inſtrument pour l'Operation de la Cataracte, par M. IOSEPH PALUCCI. à Vienne.

M. A. PLENCIZ, diſſ. ſeu noua ratio frumenta aliaque legumina quam plurimis annis integra ſaluaque conſeruandi. Vindobon. 8.

Obſeruations Phyſiques ſur la force Electrique auec des nouvelles experiences; par le Pere RIEGER, de la Compagnie de Jeſus. a Madrid. 12.

G. B. ROBINET, *von der Natur, 1ſter Band. Frankfurth. 8.*

IOH. FRIDR. RÜBELS, *mediciniſche und chirurgiſche Wahrnehmungen. Nürnberg. 8.*

C. S. I. SCHERFERI, *neue Verbeſſerung dioptriſcher Fernröhren, welche von den berühmten* DOLLAND *erfunden worden. Leipzig. 4.*

M. SEWEYNS, *kurze aus der Wirkung des Magnets hergeleitete Abhandlung von der innern Beſchaffenheit der Erdkugel. Nürnberg. 4. m. K.*

Supple-

Supplement neceſſaire aux derniers Eſſais ſur les vertus medicinales de la ciguë par ANTON STÖRK, premier Médecin de ſa Majeſté l'Imperatrice Reine d' Hongrie, avec quelques corollaires et remarques ſur la figure de la plante dont il fait uſage, tirée d'apres nature. Traduit du Latin à Londres. 8.

Chaque Homme eſt ſon propre Medecin, collection complete des Remedes efficaces et approuvés pour toutes les Maladies, qui attaquent le Corps humain, par. M. IEAN THEOBALD, Docteur en Medicine. à Londres. 8.

Elemens de Phyſique non mechanique ou Introduction à cette partie la plus importante de la Philoſophie naturelle, qui exige principalement la demonſtration et la diſtinction des forces intrinſeques et inherentes des Corps neceſſaires pour operer la majeure partie des Phenomenes de l'univers; le tout executé avec methode et aiſance pour tout le monde par M. THOMASSINI, Profeſſeur de Médecine, avec planches en Taille-douce. a Lucques. 4.

Eſſai ſur l'oeconomie, nouvelle edition par EDOWARD WARKINSON, Docteur en Médecine, et Recteur de Little-Chart, dans la Comté de Kent. a Londres. 8.

Relation particuliere de ce qui s'eſt paſſé touchant l'ecrit publié dans le cinquante unieme volume des Transactions Philoſophiques intitulé: *Rapport d'une operation remarquable, ſur une fracture du bras* etc. et dans laquelle les principaux faits ſont prouvés avec évidence; par M. CHRISTIAN WHITE, Chirurgien de l'Hopital de Mancheſter. a Londres 8.

Eſſais

Eſſais de Phyſiologie par ROBERT WHYTT, Docteur en Medecine, Membre de la Societé Royale et Medecin du Roi; ſeconde édition corrigée et augmentée. àLondres. 12.

De la experience en Médecine, par M. IEAN GEORGE ZIMMERMANN. à Zurich, 8.

Contenta

Contenta in hac parte:

I. Kongl. Vetenskaps Academiens Handlinger för År. 1765. Vol. XXVI. Pag. 3
II. MARTINI *Chirurgiſche Streitſchriften* 30
III. MARSILII fungi Carrarienſis hiſtoria 33
IV. CHESTON's Pathological inquiries and obſervations in ſurgery cet. 36
V. SCHAEFFERS *Electriſche Medicin* 46
VI. TUMAE Diſſ. inaug. med. de aqua Pyrawartenſi 48
VII. PANNONII hydrographia comitatus Trencſinenſis 50
VIII. CLERCK tal innehållande några Anmärkingar om Inſecterne etc. 53
IX. ZETZELL tal, om en Svensk Soldats föda i Fält; 55
X. Philoſophical Transactions Vol. LIV. for the Year 1765. 58
XI. BASTER opuſcula ſubſeciua Tom. II. lib. 2. & 3. 75
XII. SCHMIDEL icones plantarum et analyſes partium 81
XIII. WINKLER *Unterſuchungen der Natur und Kunſt* 86
XIV. CLERCK icones inſectorum rariorum cum nominibus eorum triuialibus cet. 89
XV. Ô REILLY tractatus de ortu ac indole, contentis viribus medicis ac debito vſu aquarum mineralium Stecknicenſium 91

XVI. WULFF

XVI. WULFF ichtyologia cum amphibiis regni Boruſſici Pag. 96
XVII. KLEIN oua auium plurimarum cet. 97
XVIII. *Fränkiſche Sammlungen, 7. und 8ter Band* 100
XIX. BISSET'S medical Eſſays and obſervations 109
XX. PLENCIZ opera phyſico-medica Tom. I-IV. 126
XXI. SCHAEFFER *Zweifel und Schwürigkeiten, welche in der Inſectenlehre vorwalten* 148
XXII. EIUSDEM elementa entomologica 150
XXIII. PALLAS elenchus zoophytorum 153
XXIV. MURRAY commentatio de arbuto vua vrſi 164
XXV. Noua phyſico-medica 169
XXVI. Supplementum alterum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1763. prodierunt 183
XXVII. Supplementum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1764. prodierunt 184

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XV. PARS II.

LIPSIAE MDCCLXIX.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH
Venduntur etiam
Amſtelodami apud I. Schreuder, et Petr. Mortier, Londini apud
Io. Nourſe, Pariſiis apud Briaſſon, Patauii apud I. Manfré,
Holmiae apud L. Saluium.

I.

Hiſtoire de la Société Royale des Sciences établie à Montpellier, avec les memoires de mathematique & de phyſique tirées des regiſtres de cette Société. Tome premier, à Lyon chez Benoit Duplain 1766. 4. 3 Alph. 18 ½ pl. tab. aen. 10.

i. e.

Hiſtoria Societatis Regiae Scientiarum Monspelienſis cum commentariis mathematicis et phyſicis, ex indicibus actorum huius ſocietatis extractis. Vol. I.

Habet Monſpelium ob climatis amoenitatem, aërisque puritatem ac ſerenitatem, porro ob plantarum elegantiſſimarum, in iſtius confiniis obuiarum, copiam, maris vicinitatem, litterarum denique vniuerſitatis, quae ibi floret, celeberrimae famam, atque exterorum pariter, ac ipſius Galliae doctiſſimorum hominum confluxum, quo praecipui permultum prae aliis Galliae oppidis, numero incolarum et amplitudine ipſam longe ſuperantibus, iure ſibi meritoque tri-

buendum poſtulet. Quae quidem vrbis bona, maxime opportunam quoque eandem ad commorandum reddunt iis, qui naturalium perſcrutandarum rerum ſtudio ducuntur, iſtique maxime ſtudii generi vacare cupiunt. Id ipſum igitur cum a pluribus in iſta vrbe factum eſſet, egregie de eadem meritus eſt, magnus ille litterarum protector atque promotor LUDOVICUS XIV, cum Societatis litterariae, cui ab hac vrbe nomen eſt, cuiusque acta lectoribus hic proponenda duximus, fundator exſtiterit. Ille enim quum comperiſſet, inde ab aliquot annis fuiſſe in hac vrbe, numerum quendam doctorum virorum, qui obſeruationibus aſtronomicis rerumque naturalium examini incumberent, anno huius ſaeculi ſexto, in commune ſcientiarum commodum, ex priuata ſocietate publicam fecit, quam non tantum Regiae Societatis titulo ornatam vellet, ipſumque eius ſe protectorem declararet; verum etiam quodammodo cum Academia Regia Pariſina coniunctam eſſe iuberet. Fuit ab iſto tempore ea huius Societatis ratio, vt peculiarem Regio iuſſu haberet ſecretarium, ſodalesque, praeter certum aliquem numerum eorum, qui honoris tantum cauſſa in eandem eſſent recepti, quindecim, in quinque claſſes diſtributos, additis totidem adiunctis. Primi a rege LUDOVICO, dicto anno ſodales conſtituti ſunt: in claſſe mathematica Cl. DE CLAPIÉS, PLANTADE, LACAN; in claſſe anatomica Cl. ASTRUC, LA PEYRONIE, GOUDANGE; in claſſe chemica Cl. RIVIERE, MATTE, GOUDERON; in claſſe botanica Cl. CHICOYNEAU, MAGNOLE et NISSOLE; atque in claſſe phyſices vniuerſalis: Cl. CHIRAC, RIDEUX et ICHER, quorum nomina huc tranſcripſimus, vt pateret lectoribus, quanti viri etiam iam tum in ea Societate fuerint. At enim vero ne miretur aliquis, primam hanc actorum huius

ius Societatis collectionem poſt ſexaginta annos, quibus iam floruit iſta, tam ſero prodire in publicum; cauſſas eius rei commemorarunt editores has: Primum, quod plura ſodalium ipſius ſcripta, paſſim inter ſcripta Academiae Regiae Scientiarum Pariſinae, cui amico aliquo, nexu Monſpelienſem Societatem iunctam eſſe commemorauimus, edita ſint. Deinde vero etiam fatentur accidiſſe, vt per plures annos languore aliquo ſuppreſſa iaceret Societas iſta, quem tamen feliciter nunc ſuperatum videat. Ceperunt enim nunc ſodales huius Societatis conſilium, edendi ex theſauro actorum ſuorum ea ſcripta, quae maxime eruditorum attentione digna viſa ſunt. Haec igitur, quam nunc indicamus, prima pars, continet primum hiſtoriam Societatis ab anno 1706 vſque ad annum 1717, enarratam eodem modo, quo Pariſinae Academiae hiſtoria conſcripta eſt, vt ſcilicet epitome quoque commentariorum Societati hac periodo communicatorum, illi inſerta ſit, addita narratione de fundatione huius Societatis eiusque inſtitutis, interpoſitisque mandatis Regiis, ad eam rem emiſſis. Excipit vero illam commentariorum ipſorum collectio, qua ii, qui ab anno 1706 ad annum vſque 1730 traditi fuerunt, comprehenduntur. Omiſſi tamen ſunt ii omnes, qui res nunc multo melius explicatas, nec amplius nouitate ſua commentabiles continent.

Ex ipſa vero hiſtoria huius Academiae, cuius Auctor Cl. DE RATTE, Secretarius Societatis perpetuus, eſt, ſequentia potiſſimum attentionem noſtram merentur.

Obſeruatio de corallio, qua ſumma eorum, quae p. 65. de modo creſcendi et origine coralliorum Ill. Comes MARSIGLI in hiſtoria maris publicauit, traditur. Monet tamen quoque hac occaſione hiſtoriae huius

Auctor, medicum quendam Rupellenſem, cui nomen VENETTE erat, in Commentario aliquo *de petrefactorum origine* iam ante MARSIGLIVM corallii flores, florumque horum tubulos depinxiſſe, et Cl. BON iam hoc ipſo tempore, quo MARSIGLIUS obſeruationes de floribus his inſtituerat, ſuſpicatum eſſe, non flores eſſe, ſed animalcula: nulla tamen ratione ſibi perſuaderi potuiſſe, animalcula haec fabricatores coralliorum eſſe, ſed potius illa tanquam extranea et paraſitica conſideraſſe.

p. 91. Cum nonnulli adhuc dubitarent, vtrum omnis vrina per renes ſecerneretur, et ex iis ad veſicam tranſiret, an aliqua huius liquoris pars, ex ventriculo ſtatim ad veſicam perueniret; Cl. ASTRUC pluribus experimentis, in canibus inſtitutis, demonſtrauit, nullum ductum ex ventriculo ad veſicam patere, ſed vrinam omnem ex ſanguine ad renes delato praeparari, ſimulque variis argumentis oſtendit, citiſſimum aquarum mineralium ad veſicam tranſitum, veritatem huius aſſerti minime dubiam reddere poſſe.

p. 99. Cl. MARCOT vulgarem opinionem, qua imaginatio matris, vt monſtrorum et naeuorum cauſſa,

p. 101. conſideratur, reiicit. Cl. GODANGE gallinam cultro anatomico ſubiecit, quae ouum ſine vitello pepererat, cum vitellus ipſe, aliquot horas ante oui partum omni inuolucro deſtitutus, excluſus fuiſſet. Nullam tamen praeternaturalem in ea conformationem inuenit, qualem, ſimilis phaenomeni cauſſam fuiſſe, Cl. PEYRONIE in alia gallina obſeruauerat*), ita vt omnino Cl. Auctor perſuaſum ſibi habeat, ab incognita cauſſa vitellum ex albumine oui, nondum teſta ſua muniti, expreſſum, in hac gallina fuiſſe.

Monſtrum

*) Vid. infra commentarios ipſos p. 393.

Monſtrum aliquod Cl. POUJOUL deſcribit, quod cerebro, corde, pulmonibus, diaphragmate, hepate et ventriculo plane deſtitutum erat, et tamen magnitudinem foetus perfecti habebat, ſimulque iuſto grauiditatis termino, cum alio foetu viuo beneque conformato, in lucem prodierat. Aderat ren dexter, ſolito maior, et vena caua, nullum tamen aortae veſtigium reperiebatur. Alias monſtrorum hiſtorias, variasque obſeruationes, v. c. de verme cum lotio expulſo, et calculo veſicae per abſceſſum, in perinaeo natum, excreto, omittimus. p. 103.

Cl. RIVIERE mirandum aliquem fontem, qui *Boulidou de Perols* dicitur, deſcribit. Non proprie fons, ſed minor aliquis aquae fluuialis collectio (*baſſin*) eſt, quae frigida quidem eſt, ſed perpetuo motu aliquo, bullientis aquae motui ſimili, agitatur. Cauſſam huius phaenomeni Cl. Auctor ponit in ventis ſubterraneis, docetque, externe hanc aquam balnei loco cum fructu a multis adhiberi. Aquam tamen hanc non puram eſſe, ſed varias particulas efficacioris indolis continere, ex chemico eius examine patet, quod idem Cl. RIVIERE ſuſcepit, qui etiam alias aquas minerales *Languedociae*, quae ad *S. Méjan*, *Gabian* et *Rouian* reperiuntur, examinauit. p. 124. p. 129.

Noxii effectus *cicutae minoris*, *petroſelini folio* ſ. *aethuſae cynapii* LINNAEI obſeruatione confirmantur. Aduerſus podagram decoctum ex *polypodio quercino*, *hermodactylis* et radicibus *chinae* et *ſarſaparillae*, multum laudatur. Narratur quoque, radicem *calcitrapae* in nephritide vtilem fuiſſe, et *globulariam alypum* purgantem ſennae virtutem habere, et quidem adhuc maiorem, ita, vt dimidia globulariae doſis ſufficiat. p. 170. p. 175.

Omiſſis elogiis, quibus quatuor ſocietatis ſodales, hac periodo demortui, Cl. ſcilicet RICOME, ICHER, MAGNOL et LACAN condecorati ſunt, iam ad p. 281.

p. 1. ad ipſos commentarios huius Societatis accedimus, inter quos primum locum obtinet, *obſer-*
p. 16. *uatio eclipſeos ſolis, Monſpelii* d. 12 Maii 1706 a Cl. PLANTADE et DE CLAPIÉS *facta*, quam excipit *obſeruatio eclipſeos lunae*, d. 28 Aprilis 1706 *Monſpelii* a Cl. PLANTADE inſtituta.

p. 20. Sequitur *analyſis chemica lithophyti*, Auctore Cl. MATTE *). MARSIGLIUS et TOURNEFORTIUS ex odore lithophyti, carbonibus iniecti, ſimili cornu combuſti, coniecturam fecerunt, ſal volatile alcalinum lithophytis ineſſe, quare plura Cl. MATTE experimenta circa hanc rem inſtituit, atque ex vnciis duodecim lithophyti, obtinuit ſalis volatilis, drachmas 5 ½, olei drachmas 11, et ſpiritus, 13, cum ſimilis quantitas cornu cerui, drachmas tantum 4 et grana 24 ſalis volatilis, contineret. Odor ſalis, ex lithophytis praeparati, valde vrinoſus et penetrans eſt, ſed ſimul quoque ſulphureus quaſi et empyreumaticus, eique ſimilis, quem in omnibus corporibus marinis deprehendimus, (*odeur de marée*).

p. 23. *Problema opticum, in quo examinatur, vtrum viſio fiat ſuper retina, an vero ſuper choroidea, conſequentiis inde ad ſenſationes in vniuerſum deductis.* Auctore Cl. GAUTERON**). Retinam principale eſſe viſionis organum, vnanimi philoſophorum conſenſu receptum erat, donec Cl. MARIOTTE tunicae choroideae eas partes vindicare conatus eſt, veterem opinionem experientiae ac ipſi retinae ſtructurae contrariam eſſe, autumans. Clauſo enim altero oculo, alteri res exiguas et ad nouem vel decem pedes diſſitas, ſi ad illas dirigitur, ita euaneſcere deprehendebat, vt aliae, ad easdem partes ſitae, et a quibus

*) Lecta d. 2 Sept. 1706.
**) Lecta d. 23 Dec. 1706.

bus radii obliquius in illum incidunt, fierent conſpicuae. Quae experientia, multoties eodem euentu inſtituta, eum docuit, obiecta ab oculo non videri, ſi ab iis radii ea lege incidant, vt in extremitatibus nerui optici coëant, quae, cum choroidea tunica non ſint veſtitae, inde aeque ac ex pelluciditate retinae, per quam radii ſine vlla, in eam actione, tranſeunt, Cl. MARIOTTE concludebat: organum viſus immediatum, neque neruum opticum, neque retinam eſſe poſſe, ſed potius viſionem effici per choroideam tunicam, quae, exceptis iis locis, vbi neruus opticus bulbo oculi inſeritur, per totum oculi fundum expanſa eſt. Recentem hanc ſententiam PECQUETUS et PERRAULT viri Cl. impugnarunt, veteremque defenderunt. Cl. vero DE LA HIRE cum ſatis perſpectum haberet, a neruis deriuandam eſſe omnem ſenſationem, ac ratio explicandi indubitatas MARIOTTE experientias, alia ipſi non pateret, quam vocata in ſubſidium tunica choroidea; vtramque ſententiam coniungendam eſſe arbitrabatur, docens, viſionem fieri in retina, choroideam vero modificari ac reflectere radios, qui in retinam incidunt. Controuerſia haec eo tempore, quo Cl. Auctor illam examinandam ſumpſit, non plane noua erat, ſed diu iam, magnis animorum motibus, inter phyſicos agitata: attamen operae pretium duxit, eam diligentius ac omni partium ſtudio conſiderare. Eo conſilio primum, ingenioſa methodo repetitis Cl. MARIOTTE experientiis, perſpiciens, eas plane in dubium vocari non poſſe, certo ex iis intelligebat, extremitates nerui optici ita eſſe comparatas, vt in iis viſio perfici nequeat. Choroideam vero conſiderans cognoſcebat, eam compactiorem eſſe, quam vt tenerrimi lucis radii, inprimis ii, qui poſt tot reflexiones in crepuſculis oculum ingrediuntur, in ea vibrationes ad ſenſatio-

N 5 nem

nem neceſſarias excitare poſſent: choroideamque praeterea eſſe piae matris continuationem, quae ad recipiendas, rerum externarum impreſſiones, plane non eſt deſtinata, ac proinde nullam tunicam in oculo praeter retinam relinqui, per quam viſio perficiatur. Refutatis deinde iis, quae PECQUET et PERRAULT viri Cl. contra MARIOTTE protulerunt, argumentis, rationibus ſupra memoratis, ſequentes addit. Primo, retinam oriri ex expanſione nerui optici, omnem vero ſenſationem a neruis deriuandam eſſe. Secundo, negari quidem non poſſe, retinam pellucidam eſſe, ſed pellucida corpora, quamuis tranſire patiantur bene multos radios, bene multos tamen etiam reflectere. Reflexos vero radios neceſſario in retinam agere et eam commouere. Et quis, attentiore mente pelluciditatem eius et reticulatam fabricam conſiderans, non admiretur ſapientiam ſummam auctoris naturae, qui eam talem condidit, vt oculus blande afficeretur. Atque hoc tertio luculentius cuiuis patet, qui conſiderat, ipſas ſenſationum corporum viuentium conditiones ac fines, quae requirunt organa, quae et a tenerioribus corporibus commoueri poſſint, nec a fortioribus moleſte concutiantur, ac laedantur, quemadmodum id in guſtu, auditu ac odoratu, luce clarius eſt. Eiusmodi ſola in oculo retina conditionibus eſt praedita. Cum ſit tenuiſſima ac reticulata, ex expanſione medullae nerui optici orta, membrana, tenuiſſimi eam commouent radii. Ex fortioribus vero ac denſioribus, tantum eorum ab ea reflectitur, quantum ad lenem, blandum motum excitandum, atque producendam non moleſtam ſenſationem, opus eſt. Cum vero extremitates nerui optici iis conditionibus careant, ecquis mirabitur, oculum eorum ope cernere non poſſe. Ratio itaque ex his petenda eſt phaenomeni, a Cl. MARIOTTE obſeruati, vt

ad

ad illud explicandum, neque hypotheſi Cl. DE LA HIRE, ac multo minus Pecquetiana et Perraultiana opus ſit.

Obſeruatio eclipſeos lunae, Monſpelii d. 21. Octobr. 1706 *facta*, a Cl. DE PLANTADE. p. 36.

Occultatio ſtellae informis, a BEYERO *littera* γ *notatae, obſeruata Monſpelii* d. 15 Septembr. 1706 a Cl. DE ROCHEMORE. p. 41.

Obſeruatio de excreſcentia vteri, auctore Cl. DE LA PEYRONIE *). Deſcribit polypum, qui baſi ſua, dextro lateri, ſuperficiei vteri internae, adhaerens, et extra orificium illius prominens, partus difficilioris cauſſa fuerat. Hunc die decimo quinto a partu ita exſtirpauit, vt eum, quantum quidem fieri poterat, protraheret, et deinde forficibus ſepararet, magno primum vulneri, ipſius vteri ſubſtantiae inflicto, quo melius baſin polypi attingere poſſet. Haemorrhagiam cauterio actuali compeſcere tentauit, ſed, cum minus bene ſanguinis effluxus ferramentis ignitis ſiſteretur, peſſum ex adſtringentibus adhibuit, demumque plenariam cicatriſationem, die viceſimo poſt operationem, obtinuit. Cuius quidem operationis vlteriorem ſucceſſum vt notaſſet Auctor Cl., vehementer optaremus. p. 42.

Obſeruatio de vltima phalange pollicis et tendine flexoris parteque huius muſculi auulſis, auctore EODEM **). Cultrario cuidam rota molae acuminariae pollicis phalangem primam ita auulſit, vt ſimul tendo flexoris pollicis et pars muſculi ipſius ex vagina ſua protraherentur et diſrumperentur. Cl. DE LA PEYRO- p. 45.

*) Lecta d. 4 Maii 1707.
**) Lecta d. 28 Iulii 1707.

PEYRONIE in auxilium aegri vocatus, ſanguinem ex vagina expreſſit, atque breui tempore praeterlapſo, vulnus perfecte ſanauit, in qua curatione potiſſimum cognouit, magnam olei terebinthinae virtutem eſſe in carnis geneſi, iis in locis, vbi oſſa denudata ſunt, promouenda.

p. 48. *Commentarius de petrefactis Boutonnetenſibus* auctore Cl. ASTRUC *). Corpora marina petrefacta, quae *Boutonneti* prope *Monſpelium* inueniuntur, et potiſſimum ad nucleos ſic dictos conchyolithorum pertinent, quorumque archetypos omnes mare vicinum continet, Cl. ASTRUC occaſionem dederunt, in vniuerſum originem illorum petrefactorum inquirendi. Docet vero hoc commentario, magnam Languedociae partem, et inprimis territorium Monſpelienſe mari olim tectum fuiſſe, idque non ſolum variis auctorum veterum teſtimoniis, ſed et obſeruationibus probat, ex quibus patet, mare in littore Languedociae continuo decreſcere.

p. 75. *Commentarius de dentibus petrefactis variorum piſcium, quo ſimul ii cum dentibus recentibus eiusdem generis comparantur* **) auctore Cl. RIVIERE. Gloſſopetras vulgo ſic dictas, non ſolum chemice examinauit, ſed et in dentium, qui huius petrefacti archetypos ſiſtunt, naturam partesque conſtitutiuas eodem modo inquiſiuit, atque cognouit, gloſſopetras ſal aliquod volatile alcalinum continere, ei ſimile, quod ex dentibus piſcium recentibus obtinetur. Longe vero minore copia gloſſopetris, quam recentibus dentibus ineſt. Continetur enim ſolum in externo gloſſopetrarum cortice, qui animalem

*) Lectus d. 17. Dec. 1707.
**) Lectus d. 17. Nov. 1708.

malem adhuc naturam retinet, cum interior ſubſtantia petrificata hoc ſale plane deſtituatur.

Obſeruationes thermometricae et barometricae Monſpelii ab anno 1705 *ad annum* 1709 a Cl. BON *factae.* Societas Monſpelienſis exemplum academiae regiae Pariſinae, cuius ſocius Cl. DE LA HIRE meteorologicas obſeruationes ab anno 1688 ad 1705 vſque inſtituerat, imitatura, et in ea vir Cl. BON ex thermometro Amontoniano ac barometro recuruo 30 pollices et 8 lineas longo, locis congruis locatis, quauis die horisque ad hoc negotium conuenientiſſimis, eiusmodi obſeruationes excerpens, tabulas pro ſingulis annis exhibuit, gradusque ſummi caloris Monſpelienſis cum iisdem gradibus caloris Pariſini contulit. Maxime memorabilis eſt index frigoris funeſtae hyemis anni 1709. Anno 1705 d. 30 Iulii hora tertia pomeridiana thermometrum Amontonianum indicauit, aërem, calorem aquae bullientis habere, cum liquor, in eo contentus, ad 73 pollices adſcenderet. p. 85.

Obſeruatio eclipſeos ſolis, Monſpelii d. 11 Martii 1709 *facta*, a Cl DE PLANTADE et DE CLAPIÉS. p. 98.

Commentarii de variis apparitionibus lunae, eclipſi obſcuratae, auctore Cl. DE CLAPIÉS. p. 102.

Diſſertatio de vſu ſerici aranearum, auctore Cl. BON *). Duplicis generis ſericum araneae largiuntur, primum illud, quo telas ſuas ad capienda alia inſecta nectunt, et deinde illud, ex quo inuolucra, quibus oua ſua includunt, conſtat. Poſteriorem inprimis ſpeciem, quae griſeum colorem in initio habet, ſed poſt aliquod tempus nigreſcit, Cl. BON atten- p. 123.

*) Lecta d. 5 Dec. 1705.

attentione ſua dignam iudicauit. Collectis hinc
p. 132. tredecim huius ſerici vnciis, methodo fuſius hic deſcripta, quatuor vncias ſerici puri ex iis obtinuit, atque ex his tibialia et chirothecas fieri curauit, ita vt omnino perſuaſum ſibi habeat, ſericum aranearum, loco ſerici, quod bombyces parant, adhiberi poſſe, imo ei praeferendum eſſe, cum longe leuius ſit ſerico bombycino, et v. c. tibialia, ad quae 7 vel 8 vnciae ſerici vulgaris requiruntur, ex $2\frac{1}{4}$ vnciis ſerici aranearum parari poſſint. Ad obiectionem vero, quam contra hunc aranearum vſum proferre quis poſſet, ſcilicet, tantam copiam ouorum aranearum nunquam colligi poſſe, quanta ad vſum oeconomicum opus ſit, ita reſpondet, vt doceat, inſignem aranearum foecunditatem eſſe, et facillimo ſtudio, ſatis magnam eorundem ouorum copiam obtineri poſſe *).

p. 137. *Analyſis chemica ſerici aranearum, cum methodo praeparandi medicamentum ex eo,* Gouttes de Montpellier *dictum, vſuque huius remedii in variis morbis,* auctore Cl. BON. Idem Cl. BON, qui primum de ſerico aranearum, ad vſum oeconomicum adhibendo, cogitauit, quo magis adhuc praeſtantiam illius ſerici extolleret, conterraneosque ſuos ad eius culturam exhortaret, docuit magnam copiam ſalis volatilis ex eo

*) Quam parum tribuendum ſit iſti nouo inuento docuit Clariſſimus ille naturae inſectorum ſcrutator, REAUMURIUS. Demonſtrauit enim araneas, iunctim anguſtiori receptaculo incluſas, ſe inuicem deuorare, et amplius ſpatium, quam bombyces requirere. Porro oſtendit, minorem quoque ſerici copiam ab araneis, quam bombycibus expectandam eſſe, cum ad vnam libram ſerici puri, quam 2408 bombyces largiuntur, 50000 araneis opus eſt (vid. *Hiſt. Societ.* p. 75). Reſpondit ad has obiectiones Cl. BON peculiari altera diſſertatione, quae vero nuſpiam impreſſa eſt.

eo obtineri, atque mediante hoc ſale remedium, quod proxime ad decantatum tunc temporis remedium, *Gouttes d' Angleterre* accederet, praeparari poſſe. Quinque ſcilicet vnciae huius ſerici, quinque drachmas ſalis alcalini volatilis dederunt, ex quo tria potiſſimum remedia parauit, cum illud vel cum oleo cinnamomi et caryophyllorum, vel cum eſſentia iuniperi et caſtorei aut rutae, vel cum eſſentia caſtorei et laudano miſcuiſſet. Primam praeparationem *guttas alexiterias*, ſecundam *guttas hyſtericas* tertiamque *anodynas* vocat, horumque remediorum praeſtantiam in pluribus morbis multum extollit. Addita eſt epiſtola aliqua Cl. FAGON, primi medici regis Galliae LUDOVICI XIV, qua Cl. BON ob hanc inuentionem multis laudibus ornatur, medicamentumque ipſum probatur.

Commentarius de cauſſis digeſtionis, auctore Cl. ASTRVC. *) Diſſertatio haec potiſſimum contra PITCARNIVM, et, qui illum hac in re ſecutus eſt, HERQVETVM directa eſt, qui veterem, ab ERASISTRATO iam propoſitam ſententiam, cibum in ventriculo atteri, illaque trituratione digeſtionem perfici, nouis argumentis corroborare tentarunt. Ita enim PITCARNIVS vim preſſionis ventriculi in cibos 12951 librarum pondus aequare aſſeruit, vimque muſculorum abdominalium et diaphragmatis 248235 libras aeſtimauit. Docet itaque hoc commentario Cl. ASTRVC, PITCARNII calculos minus iuſtos eſſe, vimque preſſionis ventriculi trium tantum vnciarum pondus, muſculorum vero abdominalium et ſepti transuerſi quatuor tantum libras aequare. Argumenta ipſa omittimus, cum diſſertatio haec ſeorſim impreſſa ſit**), neminemque eruditorum p. 145.

*) Lectus anno 1711.

**) *Memoire ſur la cauſe de la digeſtion des alimens.* Montpel.

ditorum fugiat, per aliquot annos hanc controuerſiam adhuc intra PITCARNIVM et alios, maxima cum animorum contentione agitatam fuiſſe.

p. 167. *Commentarius de viridi aeris*, auctore Cl. SERANE*). Cum inſignis copia viridis aeris quotannis Monſpelii paretur, et ex hac vrbe in omnem fere Europam deportetur, Cl. SERANE methodum fuſius hic deſcribit, qua illud ex acido vinoſo et cupro parari ſolet. Magna copia acidi huius viridi aeris adhaeret, cum ex libra vna eiusdem Cl. Auctor, deſtillatione et reductione facta, tantum tres vncias et aliquot grana cupri obtinuerit.

p. 177. *Commentarius de coagulo quodam chemico*, auctore Cl. MATTE**). Deſcribitur hic ab inuentore coagulum illud ſeu congelatio, quae, ſi anaticae partes olei, calcis et olei tartari per deliquium, inter ſe miſcentur, ex inſtanti ita oritur, vt ſolidum aliquod corpus naſcatur, quod tamen affuſo ſpiritu nitri iterum liqueſcit, docetque, illud ab *offa* ſic dicta HELMONTII differre, quae ad praecipitationes magis referri meretur.

p. 182. *Obſeruatio* Cl. DE LA PEYRONIE *de magna aliqua operatione chirurgica* ***). Morbus aegri cuiuſdam nobili gente nati, et difficillima operatio, quae in eo inſtituta a Cl. PEYRONIE fuit, fuſius hic deſcribitur. Ex ſcrophuloſa et venerea diſpoſitione anterior caluariae pars, a quindecim inde annis ita exeſa erat in hoc aegro, vt totum os frontis, pars anterior

Montpel. 1711. 4. *Traité de la cauſe de la digeſtion* etc. Toulouſe 1714. 8.

*) Lectus anno 1711.

**) Lectus an. 1711.

***) Lecta d. 20 Ian. 1711.

rior oſſium bregmatis, oſſaque ad radicem naſi, orbitaeque ipſius pars, ſinuoſis vlceribus corrupta, duraeque matris magna portio, denudata eſſent. Cum vero tandem aeger Cl. DE LA PEYRONIE auxilium expeteret, ille, humorum maſſa per apta remedia, quantum fieri poterat, prius purgata, in fronte duplicem inciſionem, a fontanella ad orbitam vſque, fecit, relicta inter has duas inciſiones cutis parte ſex pollices longa, vnumque lata, ne cicatriſatio magni vulneris, omni cute reſecta, plane impoſſibilis redderetur. Deinde cutem corruptam omnem abſtulit, variisque operationibus per duos menſes continuatis, totum quoque os frontis oſſiumque vicinorum partem exemit, cute intermedia inter duas inciſiones ſemper illaeſa manente. Cuius quidem laboris difficultas magis adhuc aucta fuit craſſitie et duritie oſſium corruptorum, ex morbo ipſo orta. Morboſis vero oſſibus exemtis, cicatriſationem tam ampli vulneris omni ſtudio promouere tentauit, cumque videret, pus acre, e vulnere emanans, ſanationem eius retardare, ne mora illud acrius adhuc redderetur, ter de die, a vulgaribus chirurgorum praeceptis recedens, illud deligauit. Tandem ſtillicidium aquarum Balarucenſium cutis incrementum ita adiuuit, vt, licet tenuiſſima illa eſſet, duram tamen matrem, oſſeo ſuo inuolucro denudatam, vbique perfecte tegeret. Quo vero illa cicatrix non laederetur, aeger poſtea lamina ex argento confecta, tandemque operculo, ex linteo carnis colore picto, cicatricem muniuit. Ipſe vero Cl. huius commentarii Auctor hac occaſione docet, in multis caſibus frequentiorem vulnerum deligationem, inprimis ſi pus malae indolis ex vulnere prodit, rariori omnino praeferendam eſſe, idque tum argumentis, tum obſeruationibus et teſtimonio PARAEI confirmare ſtudet.

p. 198. *Diſquiſitio de methodis librandi aquas ac metiendi aquas fontium, in ſpecie fontis* S. CLEMENTIS, *ac ratione, eius aquas Monſpelium ducendi*, auctore Cl. DE CLAPIES.

p. 220. *Commentarius de variis memorabilibus territorii Gabianenſis, et inprimis de fonte, petroleo diuite, ibidem reperiundo*)*, Auctore Cl. RIVIERE. Narratis variis memorabilibus ex regno minerali, in confiniis vici, *Gabian* dicti, qui non longe a Monſpelio diſtat, reperiundis, vt lithanthracibus, pumicibus, lapidibus bitumine impraegnatis etc. ad fontem, ex quo petroleum obtinetur, Auctor Cl. progreditur, qui vnicus huius generis in toto Galliae regno eſt. Petrolei ſcilicet, aquae fontis huius ſupernatantis, ſatis magna copia quotannis colligitur atque purificatur, quae licet multo minor recentioribus eſt temporibus illa, quam antiquis temporibus fons ille praebuit. Ipſum vero petroleum opacum eſt, et colorem obſcure brunum habet, et leuitate ſpecifica non aquam ſolum, ſed et ſpiritum vini, oleumque oliuarum multum ſuperat. Incenſum aqua frigida non extinguitur. Chemica tentamina, a Cl. Auctore cum hoc oleo inſtituta, eiuſdemque cum oleo ſuccini comparatio, eum docuerunt, parum diſcriminis inter haec duo olea eſſe, ita, vt petroleum omnino vel illud corpus ſit, ex quo, accedente aliqua cauſſa, coagulum eius efficiente, ſuccinum generetur, vel tanquam ſuccinum reſolutum conſiderari mereatur. Virtus quoque medica petrolei in aduſtis, pernionibus, vulneribus et iſchiadico malo hic confirmatur.

p. 232. Idem quoque Cl. Auctor aquam fontis huius, cui petroleum ſupernatat, chemice examinauit, inuenitque, eam acidam, et alcali volatile bituminisque ſatis

*) Lecta d. 2 April. 1716.

ſatis magnam copiam continere, vt omnino illam pariter ac terram, quae in fundo huius fontis colligitur, medico vſui ſummo cum fructu adhiberi poſſe, conſtet. p. 237.

Reſponſio Cl. DE SENES *ad obiectionem* Cl. BOUILLET *contra demonſtrationem* Cl. ASTRUC *de vi preſſionis ventriculi, cum nonnullis adnotationibus ſuper hac preſſione* *). Contra commentarium Cl. ASTRUC, de quo ſuperius retulimus, Cl. BOUILLET plura monuit, cuius tamen Viri Cl. obiectiones non ſemper rei naturam tangere, Cl. SENES mathematica demonſtratione hoc commentario oſtendit. Minime tamen in omnibus cum Cl. ASTRUC conſentit, ſed alia ratione vim preſſionis ventriculi aeſtimandam eſſe, probat. Plura omittimus, cum Cl. SENES in commentario, actis Academiae Pariſinae ad annum 1715 inſerto, totam rem multo vberius explicauerit. p. 241.

Commentarius de tumoribus, qui varicum et aneuryſmatis naturam ſimul habuerunt, Auctore Cl. LA MORIER **). Vir quidam ſeptuaginta annorum, ob pectoris morbum in noſocomium Monſpelienſe receptus, tumore laborabat, non ſolum totum brachium dextrum, ſed et pectoris ac ſcapularum confinia occupante. Nigreſcentem oſtendebat colorem, hinc inde in liuidum vergentem, nullusque pulſus in eo, tactu percipiebatur. Aberat quoque omnis dolor, motusque libere exerceri poterat. Cutis non mollis erat, ſed tactu quodammodo reſiſtebat. Quando acu brachium illud vbiuis pungebatur, tunc ſemper ſanguis ad duorum pedum altitudinem per aliquot horae minuta ex vulnuſculo proſiliebat. Eleuato p. 245.

*) Lecta anno 1716.
**) Lectus anno 1721.

uato brachio, tumor manus et anterioris brachii ſubſidebat, nouaque in ſummo brachio et pectoris confiniis naſcebatur intumeſcentia, contrariumque eueniebat, ſi brachium terram verſus demittebatur. Tumor hic non recenter ſubortus in hoc ſene erat, ſed iam a natiuitate aderat, atque praeter eum in ſummo capite tres quoque minores tumores eiuſdem generis reperiebantur. Tumorem hunc varicibus analogum eſſe, ſuadebat color cutis, pulſusque abſentia, cum contra aneuryſmatis quoque naturam impetus ſanguinis proſilientis declarabat. Hinc aegro hoc, ex pectoris morbo demortuo, accuratius
p. 248. in tumoris huius naturam Noſter inquiſiuit. Obſeruauit autem flatu, in muſculi cuiuſcunque ſubſtantiam immiſſo, totum brachium turgeſcere, et diſſectione cognouit, fibris muſculorum omnium interiectas eſſe veſiculas plurimas, valde dilatatas, poriſque ſatis manifeſtis inter ſe communicantes, ita vt muſculi ſubſtantiam lienis vitulini, flatu diſtenti, fere referrent. Oſſa brachii huius multo minora, quam in ſtatu naturali eſſe ſolent, irregulariſque figurae erant, ſuperficiesque inaequales ſpongioſamque ſubſtantiam habebant. Oſſa quoque cranii iis in locis, vbi tumores minores iis adhaerebant, valde attenuata reperiebantur. In explicanda origine ſingularis huius tumoris aſſumit Cl. Auctor, iam in prima foetus formatione partes haſce omnes laxiores, quam in ſtatu naturali eſſe ſolent, fabrefactas fuiſſe. Hinc ſanguis ex finibus arteriarum capillarium non in venas capillares tranſire poterat, ſed in iis ſtagnans, eas ſenſim ſenſimque dilatauit, ex qua hypotheſi Cl. Auctor plurimorum phaenomenorum, in aegro hoc obſeruatorum, rationem reddere ſtudet.

p. 252. *Obſeruatio tranſitus veneris per diſcum ſolis, Monſpelii* d. 9 Nou. 1723 a Cl. DE PLANTADE inſtituta.

Commen-

Commentarius de cauſſis motus vaſorum corporum animatorum, Auctore Cl. FIZES *) Auctor Cl. in diſquiſitione cauſſarum motus vaſorum occupatus, potiſſimum actionem parietum arteriae in fluida, quae per illam mouentur, examinat, in quo vaſorum genere motus horum parietum euidentiſſimus eſt. Cum autem duplex ſit ille motus, contractionis et dilatationis, duplicis quoque huius motus cauſſas ita exponit, vt doceat, contractionem arteriarum produci a fibris, in tunicis, quae parietes canalis efficiunt, poſitis, dilatari vero arteriam a ſolo impulſu fluidi, quod per illam mouetur. Reperiuntur vero in arteriis non ſolum orbiculares fibrae, ſed et longitudinales, quae tamen eodem modo ac circulares contractioni arteriae inſeruiunt, nec, vti multi autumant, tantum dilatationi. Cum enim punctum fixum habeant in vtraque ſua extremitate, nec aliter contrahi poſſint, quam parietibus, vaſis ita vel contractis vel dilatatis, vt longitudinales hae fibrae, quae rectae antea erant, nunc curuae fiant; ob rationes autem hic fuſius explicatas, non verſus axin canalis incuruari queant, ſed ſemper verſus exteriora; ſequitur, eorum motum omnino cum motu fibrarum circularium ſynchronum eſſe, neque antagoniſmum quendam inter duplex hoc fibrarum genus locum habere. In dilatatione vero explicanda vim cordis ſolam in auxilium vocat, quae profecto tanta eſt, vt fluidum, in arterias pulſum, reſiſtentiam fibrarum circularium et longitudinalium ſuperare valeat. p. 254.

Commentarius de hiſtoria naturali Languedociae, Auctore Cl. DE PLANTADE **). Cum Societas Regia Monſpelienſis id potiſſimum munus ſibi impoſuiſſet, vt patriae prouinciae ſitum productionesque p. 266.

 naturales

*) Lectus d. 6. April. 1724.
**) Lectus a. 1726.

naturales deſcriberet, Cl. DE PLANTADE hoc commentario in publico aliquo conuentu dictae ſocietatis praelecto, oſtendit, quae hac in re vel iam praeſtita, vel a ſocietate adhuc exſpectanda ſint.

p. 282. *Obſeruatio eclipſeos ſolis*, d. 25 ſeptembr. 1726 *Monſpelii* a Cl. DE PLANTADE inſtituta.

p. 286. *Deſcriptio ſalinarum*, ſalines de Pecais *dictarum*, Auctore Cl. MATTE *). Methodum deſcribit Auctor Cl. qua, in lacubus quibuſdam mari vicinis, ope caloris ſolis et ventorum, ex aqua marina, aut ex ea et ſale marino, fundo horum lacuum adhaerente, (obſcura enim nobis quodammodo ea ſunt, quae hac de re Cl. Auctor habet) ſal, culinari vſui aptum, inſpiſſatur. Sal hoc recenter paratum violaceum odorem ſpargit, inſignemque amaritiem habet, quam poſt aliquot annos amittit, quo tempore demum elapſo, ad vſum vulgarem adhiberi poteſt.

p. 293. *Anatome ſepiae inprimisque illarum partium, quibus liquorem nigrum, quem continet, de ſe ſpargit.* Auctore Cl. LA MORIER **). Atramenti quandam ſpeciem, quo litterae olim pictae fuerunt, ſepiam continere, illudque, quo ſe occultet, emittere, omnibus notum eſt. Continetur illud in veſica quadam, duos circiter pollices longa, quae in medio abdomine ſita eſt, ex qua ductus aliquis ad inteſtinum pertinet, quod non orificio aliquo extra corpus patet, ſed ſingulari profecto exemplo in medio abdomine finitur. Haec vero abdominis cauitas duo iterum orificia habet, extrorſum patentia. Superius, quod intra caput et abdomen ſitum eſt, *infundibuli* nomine ab Auctore Cl. inſignitur, cum interius latius ſit, et

*) Lecta a. 1726.
**) Lecta d. 21 Maii 1727.

et verſus exteriora magis anguſtetur. Hac apertura atramentum excernitur, ne vero aqua marina per illam corpus ingrediatur, valuula aliqua in media huius ductus parte ſita, cautum eſt. Altera apertura ſub priore ſita eſt, liberumque ingreſſum aquae marinae in ipſius abdominis ſepiae cauitatem, ex qua atramentum faecesque eluit, permittit, atque per eam minores quoque piſces nonnunquam in corpus ſepiae penetrant. Poteſt tamen et haec eminentiis quibusdam, quas *articulares* Noſter dicit, claudi. Iam, ſi ſepia atramentum ſuum emittere vult, orificium poſterioris ſ. minoris aperturae, mechaniſmo fuſius hic deſcripto, claudit, et abdomine contracto, veſicaque, quae atramentum continet, verſus os, quod dorſum tegit, preſſa, atramentum in abdominis cauitatem, per commune veſicae et inteſtini orificium exprimit. Atramentum vero, quod valde ſpiſſum eſt, ibidem per aquam marinam, quae in abdominis cauitate continetur, diluitur, tandemque per infundibulum eiaculatur. Omittimus alia, quae Cl. Auctor de ſepiae partibus profert, tantumque monemus, cotyledones, quibus tentacula ſepiae inſtructa ſunt, ita fabrefactas eſſe, vt, digito iis vel poſt aliquot a morte ſepiae horas, admoto, ſugendo quaſi eidem tam arcte, quamquam ſine omni dolore, adhaereant, vt, ſi eleuetur rurſus, ſepia quoque tota ſimul in altum trahatur. Hinc probabile eſt, ſepiam non modo, quando mare procellis agitatur, ſe earum ope rupibus affigere, ſed iis etiam vti in piſcibus capiendis.

Obſeruatio de fiſtula inteſtini ilei, Auctore EODEM *). Vir quidam ſexaginta quinque annorum, leuiore ictu in ſcrotum accepto, ſtatim vehementi colica afflictus, viginti circiter horis poſt ictum mortuus eſt. Cadauere iuſſu magiſtratus, ad laeſionis naturam p. 301.

O 4

*) Lecta d. 2 Dec. 1728.

naturam cognoſcendam, examinato, leuis tantum contuſio in ea ſcroti parte, cui ictus inflictus erat, adparuit. Abdomine tamen ipſo aperto, ſatis magna copia liquoris ſpiſſioris odorisque vrinoſi effluxit, qui pro pure haberi potuiſſet, niſi breue, quod inter laeſionem et mortem effluxerat, tempus tantae copiae puris generationem plane impoſſibilem reddidiſſet. Accuratius itaque in originem huius materiae ſecantes inquiſiuerunt, tandemque in inteſtino ileo foramen aliquod detegerunt, cuius calloſi margines fiſtuloſam eius naturam ſatis declarabant. Aderat praeterea in peritonei eiuſdem lateris ſuperficie interna, veſtigium adhaeſionis huius partis inteſtini ad peritonaeum, qua illa apertura antea clauſa fuerat, et qua per ictus vim ſoluta, nunc chymus, ex inteſtino in abdominis cauum effluens, materiae, in abdomine repertae, originem praebuerat. Foramen vero illud fiſtuloſum ortum eſſe ex abſceſſu olim nato, in ipſius inteſtini tunicis, Auctor probat, quae inflammatae, peritoneo vicino adhaerentes, pure in abſceſſu illo generato, exitum tandem ad inteſtini cauum conceſſerant. Cum vero inteſtinum in eo loco quodammodo anguſtatum eſſet, difficilior alimentorum per hanc morboſe affectam partem tranſitus, frequentiorum dolorum colicorum cauſſa exſtitit, quibus ſaepius aeger vexatus eſt. Ictus tandem ſcroto inflictus, nexum hunc inteſtini cum peritoneo ob tenſionem vaginae funiculi ſpermatici et concuſſionem violentam ſoluit, vt itaque omnino haec laeſio non abſolute lethalis iudicari deberet.

p. 306. *Obſeruatio eclipſeos lunae* d. 8 Aug. 1729, *Monſpelii* a Cl. DE PLANTADE *facta*.

p. 309. *Commentarius de lolio*, (l'ivraie) Auctore Cl. RIVIERE *). Saepenumero obſeruatum eſt, eſum lolii,

*) Lecta d. 22 Dec. 1729.

lii, frumento admixti, funeſtos effectus, cephalalgiam, morbos ſoporoſos febresque acutas produxiſſe, idque magis in ſenibus et facile irritabilibus corporibus, quam in infantibus et phlegmaticis. Cl. igitur commentarii huius Auctor, quo cauſſam venenatae indolis lolii cognoſceret, illud chemico examini ſubiecit, cognouitque, plurimas ei ineſſe reſinoſas ſalinasque partes. Ex octo enim vnciis eiuſdem vnciam vnam reſinae, duasque extracti ſalini obtinuit, ex quibus reſinoſis et ſalinis partibus vtpote acrioribus, conuulſiuas irritationes deducit, quae plurimorum morborum, quibus ii, qui panem, lolio adulteratum, comederunt, affliguntur, cauſſa ſunt. Diluentia itaque taliaque, quae acrimoniam nociuarum partium obtundunt, nec non acida, tanquam omnium vegetabilium antidota, in morbis hiſce maxime proficua fore, concludit.

Obſeruatio eclipſeos lunae, Monſpelii facta d. 3 Febr. 1730. Auctore Cl. DE PLANTADE. p. 318.

Diſquiſitio de reſtitutione ponderum menſurarumque Aloiſienſium ex comparatione earum cum ponderibus et menſuris Monſpelienſibus, Auctore Cl. DE CLAPIES. p. 322.

Deſcriptio Aurorae borealis Cuerii d. 15 Febr. 1730 a Cl. DE SENES *obſeruatae*. Nihil ſingulare haec obſeruatio continet. p. 329.

Deſcriptio phaenomeni, Marſiliae d. 15 Febr. a Cl. CAUMETTE *obſeruati*. Conſpiciendum ſe illud circa horam veſpertinam ſeptimam praebuit, cum admodum lucidae ſtriae, ex plaga boreali verſus ortum in horizonte ſe extendentes, viſae ſunt, per pleiades ſenſim ſenſimque acutiores progredi et tandem coniungerentur cum ſtriis eadem lege in coelo p. 332.

 orientali

orientali exortis, quae verſus eaſdem ſtellas vergebant.

p. 334. *Obſeruatio morbi cerebri*, Auctore Cl. MARCOT *). Homo conſtitutionis ſanguineae, poſt varios diaetae errores vertigine corripiebatur, et deinde hemiplegia, quam viſus demum obſcuratio, tandemque paraplegia et apoplexia excipiebant. In diſſecto cadauere concretio dura polypoſa in ſinu longitudinali reperiebatur. Poſterior quoque cerebri pars ſcirrhoſa et fere cartilaginoſa erat, eodemque vitio thalami neruorum opticorum corpora ſtriata et medulla oblongata laborabant. Cerebellum autem vix mutatum erat.

p. 338. *Obſeruatio hydrophobiae*, Auctore Cl. HAGUENOT **). Hiſtoria eſt vulgaris hydrophobiae ex morſu canis rabidi ortae, qua occaſione Cl. Auctor varios errores circa hydrophobiam vulgares refellit, docetque, aquae metum nec ex ſolo delirio, nec ex morboſa aliqua pharyngis et oeſophagi affectione, ſed ex vtroque ſimul oriri.

Finem huius voluminis quatuor diſſertationes faciunt, a ſodalibus ſocietatis Monſpelienſis, hac periodo exaratae, et Academiae Regiae Pariſinae transmiſſae, quae eas etiam actis ſuis inſeruit, et quas nominaſſe tantum ſufficiat. Prima eſt: *proportiones pro determinandis angulis horariis in horologiis ſolaribus horizontalibus, verticalibus declinatis ac inclinatis per trigonometriam planam demonſtratae* a Cl. DE CLAPIES, quae in actis Pariſinis a. 1707 legitur. Secunda eſt Cl. ASTRUC *commentarius de eleuatione plantarum verſus horizontem inclinatarum*, quae ad annum 1708, vti

*) Lecta d. 24 Aug. 1730.

**) Lecta d. 7. Dec. an. 1730.

vti tertia Cl. GAUTERON *de euaporatione liquidorum in frigore vehementi*, ad annum 1709 pertinet. Vltima Cl. PEYRONIE *de ouis gallinaceis, vitello carentibus*, actis anni 1710 inſerta eſt.

II.

Synopſis vniuerſae praxeos medicae, in binas partes diuiſa, quarum prior contractum omnium morborum, tum internorum, tum externorum conſpectum exhibet; altera vero rem medicamentariam; vel promptuarium ſelectiſſimorum medicaminum, emporeticorum, officinalium et magiſtralium, perpetuis commentariis illuſtratum ſiſtit. Auctore IOSEPHO LIEUTAUD, primario ſtirpis regiae medico. Imperante dilectiſſimo Ludouico XV. Pars prima. Amſtelodami, ſumptibus fratrum de Tournes. 1765. 4. Alph. 3 pl. 18½ cum praefat. pl. 2. Pars ſecunda ibid. eod. anno, Alph. 2 pl. 6½ cum indicibus pl. 5.

Alio iam tempore, cum Cl. Auctoris compendium medicinae *) indicaremus, de propoſito fine operis illius diximus. Idem ergo liber, ordine parum mutatus, at multis iisque egregiis acceſſionibus auctus, iam denuo in publicum prodiit. Acceſſerunt enim non tantum varia doctrinae capita, in priori omiſſa, v. c. in morbis externis capitis, cephalalgia, inſolatio, *coup de ſoleil* cerebri commotio, parotis, bronchocele, deglutitio laeſa; in morbis infantum generalia quaedam de cura recens natorum,

*) Précis de la médécine pratique par Mr. LIEUTAUD, à Paris 1759. 8. Vid. Comment. noſtr. Dec. I. Suppl. II. pag. 303 ſqq.

natorum, coloſtratio, febris, variolae et morbilli, morbus coxaris: alia vero in commodiorem locum delata ſunt, vt lepra ex generalium internorum morborum claſſe ad cutaneos, cet. ſed integra etiam ſecunda pars, quae materiam medicam ſiſtit, recens eſt. Ratio tractationis cum ea, quae in ſuperiori gallico libro obtinet, conuenit. Placuerunt inprimis additae obſeruationes in examine anatomico corporum, morbo exſtinctorum, factae.

Partis prioris ordo ex ſuperiori recenſione iam eluceſcit: quare huic quaedam tantum addere iuuabit.
p. 19. In febre ardente venaeſectio rariſſime poſt primum inuaſionis diem locum habet, imo poſt hoc tempus vehementiora ſymptomata ipſasque conuulſiones excitat. Nec in genere ea, ſpontaneae vel
p. 23. criticae haemorrhagiae cuicunque, aequiparanda eſt. Malignae febres complectuntur purpuratas, petechiales et miliares, quippe quae efflorefcentiae ſymptomaticae tantum a certo caloris gradu, a quodam
p. 39. ſudoris prouentu, cet. pendere videntur. Ad eradicandas febres contumaciores, remedium ſibi par forte non habere, vrinam pueri vel adoleſcentis, mane ad cyathum ſingulis diebus propinatum, Cl. Au-
p. 49. ctor commemorat. Aeſtus morboſus, de quo ne verbum quidem mutiiſſe auctores, conqueritur Noſter, nobis quidem, ſatis commode ad plethoram ſan-
p. 52. guineam referri poſſe, videtur. In virium exſolutione, laudatus a TISSOTO martialium et peruuiani corticis vſus, vlterioribus obſeruationibus indiget.
p. 59. Inſultus catarrhales non a ſola ſuppreſſa perſpiratione, ſed ſimul a materiae cuiuſdam peregrinae, in aere latitantis, ingreſſu per cutis et pulmonis poros
p. 60. pendere videntur. Emetica in nonnullis conſtitutionibus epidemicis morbum in ipſis incunabulis
p. 61. ſuffocant. Cachexiam et chloroſin differre ex eo patet, quod hanc coniugium breui ſoluit, illam contra

tra exaſperat. Ab ictero itidem, ob breuiorem huius, longiorem illius curationem, diſcrepat. Nec ſcorbutus cachexiae ſpecies dici debet, quamuis ei ſaepe iunctus ſit. In ſcorbuto, dum vrgent dolores et vigent exanthemata, diaphoretica commendantur, praecipue diaphoreticum minerale, antihecticum POTERII, ſal volatilis ſuccini, ſpiritus ſalis ammoniaci cet. Ad arthritidem retropulſam conducunt ſaphenae ſectio, et praeter interna et externa alia, hirudines, vaſis haemorrhoidalibus admotae, et, ſi materia arthritica ſtomachum obſederit, commendatus a quibuſdam moſchus; nec deſpicienda hypnotica, niſi mentis obfuſcatio vel reſpirandi difficultas ea vetet. Aneuryſma cordis falſo dicitur thalamorum dilatatio, toto caelo a genuino aneuryſmate diſtans; quo tamen interdum, quamquam rariſſime, arteriae coronariae cordis afficiuntur. Apoplexia praeter ſanguineam et ſeroſam, tertiam quoque ſpeciem admittit, accidentalem nempe, a quauis alia, quam ſanguinis vel ſeri preſſione, in cerebrum oriunda. In phthiſi plurimis profuit cauterium occipiti vel ſcapulis admotum, quo materia morboſa ſenſim euacuetur. In hydrope pectoris praeſtantiſſimum remedium kermes minerale, refracta doſi exhibendum, cenſetur, quod iam catharſin, iam diureſin vel diaphoreſin mouet. Purgantia per aluum caute vſurpanda ſunt, ne maraſmus lethalis accedat. Ad aluum adſtrictam quidam commendant hauſtum ſecalinum, coffeae ad inſtar paratum. In hepatitidis tractatione Cl. Auctor exemplum viri refert, qui poſt repulſum herpetem, per biennium tumorem in hypochondrio dextro geſtabat, qui ſenſim dimidium abdomen occupando, reſpirationem difficilem reddebat; tandem, via per eroſum diaphragma in pectus patula, ſtupenda puris euacuatio ceu ex vomica euenit, quod adſtantium iudicio ſex vel octo libras pondere

p. 68.
p. 84.
p. 106.
p. 129.
p. 186.
p. 192.
p. 226.
p. 248.

dere aequauit, faecum vini colorem et craſſitiem referens et ſumme foetens: aeger autem viribus ex-
p. 253. hauſtus, quatriduo poſt periit. Ad delendas ex oculis icteri reliquias fumus aceti prodeſſe fertur. Cal-
p. 254. culum renum vtplurimum in ſiniſtro haerere, obſeruatio docuit. Mirandum ſane, in cadaueribus pluries inueniri vel lapides variae molis in renibus haerentes, vel renem alterutrum maxime corruptum, quum tamen in viuis neque vlla in vrina ſigna ſe monſtrauerint, neque nephritidis inſultus acceſſe-
p. 255. rit. Si in nephritide, vrina diutius ſuppreſſa, vitae periculum imminet, ad emeticum confugiendum, cuius tamen effectus ſemper anceps eſt. Pilulae STEPHENS etiam vigente inſultu, ſi morbus ab are-
p. 259. nulis vel calculo pendeat, optimi vſus ſunt. Vuae vrſi in calculo vis, a Cl. DE HAEN probata, in dubium vocatur, aeque ac aquae calcis efficacia. Pi-
p. 260. lulas e contrario iam dictas in viro, febre iam lenta laborante, mirum effectum praeſtitiſſe, Cl. Auctor narrat, qui poſt octo menſes plane immunis a mor-
p. 263. bo atrociſſimo euaſit. Femina, quae per duos annos mictu cruento laborans, variis incaſſum adhibitis, tandem naturae curationem commiſerat, ad refocil-
p. 264. landum ſtomachum ſaluiae vſu conualuit. In vlcere renum vel veſicae tanta interdum copia vrinae faeculentae in alterutro rene colligitur, vt ad duodecim libras accedat, imo in alterutro vretere ad libras duas.

Pergimus ad librum ſecundum, morbos externos ſpectantem, cuius ſectio prima de morbis generali-
p. 281. bus vel incertae ſedis exponit. Obeſitas corpori interdum tam magnam molem conciliat, vt eius pondus ad octingenti libras accedat, ambitusque abdominis octo pedes gallicos ſuperet. Corpus celluloſum, cuti ſubiectum, tanta adipis copia refertum

conſpi-

conſpicitur, vt altitudinem 12 vel 14 digitorum aequet. Inſtar omnium medicamentorum aduerſus obeſitatem eſt acetum ſcilliticum. Atrophia vel eſ- p. 283. ſentialis eſt, vel ſymptomatica. In phlegmone, vr- p. 289. gentibus etiam doloribus, caute hypnotica dari debent: ſuppurationi enim officere et gangraenam accerſere queunt. Bubonis venerei curatio venae ſe- p. 295. ctione auſpicanda, ipſique externa emollientia applicanda ſunt: ſi vero tumor indolens ad ſuppurationem non vergat, cucurbitulae ſiccae, veſicatoria vel cauſtica ipſa admoueri debent, quo facto, humoribus in motum actis, excitata ſuppuratio, per triginta vel quadraginta dies protrahenda eſt, tumorisque ambitus refracta doſi vnguenti neapolitani fricandus, et intus mercurialibus vtendum; neque cautus laxantium vſus, imminente praeſertim ptyaliſmo, intermittendus. Sin vlcus in fiſtulam mutetur, vel cancri indolem acquirat, ad hydrargyroſin confugiendum; qua tamen interdum non ſufficiente, ſola ſalus in exſtirpatione, ſi ſedes morbi eam permittat, remanet. Eadem curatio prodeſt in bubone peſti- p. 296. lentiali: imo expedit, integram glandulam exſcindere. Carbunculus ſcarificationes, cathaeretica, et p. 297. topica, maturantia et antiſeptica poſtulat. Furunculus epinyctidem et therminthum tamquam ſpe- p. 298. cies ſub ſe comprehendit, quae etiam iiſdem, vt ille, remediis indigent. Oedema, a cauſſa accidentali or- p. 301. tum, per ſe tollitur; ſed a paucis humoribus vel viſceris labe prognatum, ſtomachicorum et roborantium, hydragogorum, diureticorum, diaphoreticorum, et reſoluentium topicorumque externorum vſum efflagitat. Eadem externa etiam emphyſemati congruunt. Scirrho multa quidem interne opponi ſo- p. 303. lent: praeſtantiſſima tamen videntur lacticinia et aquae nonnullae medicatae. Inter externa praecellunt reſoluentia, emollientibus miſta. Remedia interna ad- p. 304. uerſus

uerſus cancrum nihil proficiunt, niſi ille ſimul exter-
p. 305. nis oppugnetur. Exſtirpatio omnium tutiſſimum
eſt: regreſſus optime, fonticulo applicato, praeca-
uetur. Vbi nullus exſtirpationi locus ſupereſt, ex-
terne demulcentia et anodyna adhiberi debent. De
cicutae effectibus in Gallia nondum ſatis conſtat.
p. 309. Tumores cyſtici complectuntur lupias, quae pro di-
uerſa, qua ſcatent, materia, meliceridem, atheroma,
ſteatoma, ſiſtunt, tumores adipoſos et lymphaticos,
ganglia cet. Interdum tumoris cyſtici moles ad
p. 310. quinquaginta libras accedit. Recentes, topicis ad-
motis, reſoluuntur: annoſi vel nullam curationem
admittunt, vel tantum exſtirpationem, cultro chirur-
gi aut cathaereticis perficiendam, nonnunquam etiam
ligaturam; prior tamen methodus, etſi difficilior, ta-
p. 312. men optima cenſetur. Sarcomatum, verrucarum et
cornuum exſtirpatio, cathaereticis vel cauterio actuali
tentata, non ſemper reſpondit exſpectationi: cauen-
dum ab ea, ſi hi tumores cancroſi quid prae ſe fe-
rant, aut metus ſit, ne membranae, tendines et liga-
p. 315. menta laedantur. Ad viperae morſum amputatio
partis laeſae tutiſſimum forte remedium eſt. In ta-
p. 318. rantiſmo non tantum inſtrumenta muſica, ſed etiam
colores viuidiores leuamen afferre videntur. Mor-
ſus canis rabidi periculoſiſſimus eſt in poſtremo ra-
biei caninae ſtadio, ſi is nempe, deficientibus viribus,
humi proſtratus, conuulſionibus corripitur. Solus
ſaliuae contactus, nullo inflicto vulnere, aeque no-
xius eſt. A ſectis hydrophobicorum cadaueribus
credere par eſt, a bilis in abdomine debacchantis in-
candeſcentia praecipua ſymptomata oriri. Immer-
ſio in aquam maris vel fluminis, pluries ſingulis die-
bus repetita, et mercurialium vſus, quibus camphora
non ſine iure ſociatur, praeſtantiſſima remedia ha-
p. 325. bentur. Variis de contuſione et vulnere propoſitis,
ad ambuſtionem progreditur Cl. Auctor, cuius tres
ſpecies

ſpecies conſtituit, ſi vel cutis ſola eiusque ſuperficies, vel contextus celluloſus, vel aliae ſubiectae partes, imo ipſa oſſa, tanguntur. Saeuiſſima ambuſtio oritur a fulminis ictu. Omnibus medentur repercutientia, demulcentia, reſoluentia et digeſtiua. Oculorum aduſtio praeter iteratam venae ſectionem topica demulcentia exigit. Faciei a puluere pyrio foedatio poſtulat, vt ſingula grana acus ope eximantur, ne ſtigmata remaneant non delenda, niſi veſicatorio recruentatum fuerit vulnus et abſoluta haec extractio. Gangraena, tam ab externis cauſſis orta, quam p. 327. ab humorum praua conſtitutione pendens, difficillime curatur. Omnibus aduerſus illam remediis palmam praeripit Peruuianus cortex, cuius tamen in variolis gangraenoſis vſus, vetatur a febre intenſiore vel quadam pectoris labe. Pluribus ſuper hac re conſulendum eſſe Cl. QUESNAI, Noſter monet.

Sectio ſecunda de morbis capitis agit. Cepha- p. 330. lalgiae vti diuerſiſſimae cauſſae ſunt, ſic maxime etiam curationis ratio diſcrepat. Inſolationis (*coup de* p. 333. *ſoleil*) extremum gradum truculentiſſima ſymptomata ſequuntur, quae, iterata pro rerum ſtatu venae ſectione, et refrigerantibus internis ac externis tolluntur. Cerebri commotio graue periculum portendit; auxilium poſitum eſt in venae ſectione, euacuantibus, diaphoreticis et vulnerariis, nec non remediis externis, ad apoplexiam et paralyſin proficuis. Parotidis tres p. 337. numerantur ſpecies: ea, quae inter ſymptomata febrium acutarum, malignarum inprimis et peſtis, recenſetur; ea, quae morbos chronicos reſpicit; et ea, quae laeuiorem et fugacem cauſſam admittit, ſpuria dicenda. Curatio iiſdem fere, quibus bubonis, abſoluitur. Bronchocele iiſdem remediis internis aggre- p. 338. dienda eſt, quae lupiae deſiderant: quibus ſi non cedit, tutius non tangitur. Gutta roſacea, plerumque a vini p. 339. abuſu, nonnumquam ab aliis humorum inquinamen-

tis oriens, medelam, cognitis cauſſis accommodatam,
p. 340. poſcit. Inter morbos oculorum breuibus recenſentur palpebrarum coalitus, lapſus palpebrae ſuperioris, palpebrarum inuerſio, tuberculorum variae ſpecies, ſarcomata, lippitudo, epiphora, fiſtula lacrymalis, ophthalmia, ſugillatio, maculae, nubeculae et albugines, ſuffuſio et amauroſis, in qua praedicatur internus euphraſiae et cephalicorum ac antiſpaſmo-
p. 351. dicorum vſus. Inter narium morbos pertractantur coryza et grauedo, ſternutatio, haemorrhagia, vlcus,
p. 356. polypus. Claſſem morborum aurium ſubeunt otalgia, a variis cauſſis orta, et ſurditas, cuius quum cauſſa plerumque obſcura ſit, varia medicamenta adhibenda, videndumque, num aliquid iis effici queat.
p. 359. Ad morbos oris ſpectant conuulſio et paralyſis labiorum, indeque pendens tortura oris et ſpaſmus cynicus ſeu riſus ſardonius; fiſſura labiorum, quo etiam labium leporinum pertinet; tumores varii generis, nimirum intumeſcentia gingiuarum inflammatoria, ranula ſeu tumor cyſticus, ad linguae fraenulum haerens et plerumque materiam viſcidam, albumini ouorum ſimilem, continens, tonſillarum infarctus, varii in ore tumores ſcirrhoſi cet. vlcera oris mali moris, ad quae tamen aphthae referendae non ſunt; ptyaliſmus; dentium morbi, nempe dolores, a quacumque cauſſa orti, ſpurcities, laxitas, ſtupor; oris foetor, plurimis cauſſis adſcribendus; ſitis intenſa; uvulae prolapſus. Potulentorum auerſationem in febribus malignis non ſemper adeo timendam eſſe, Cl. Auctor monet, qui ſimul, ab ademta columella nihil incom-
p. 366. modi proficiſci, tradit. Deglutitio innumeris cauſſis laeditur, cum externis, tum internis, v. c. oeſophago obſtructo a bolo maiore alioue impedimento; angina inflammatoria; conſtrictione conuulſiua; paralyſi; tumoribus pharyngis, oeſophago vicinioribusque partibus adnatis: a quarum cauſſarum cognitio-

ne

ne curatio repetenda eſt. In obſcura cauſſa, palliatiua curatione per enemata nutrientia vtendum eſt, qua per octo vel decem menſes feminam ſeruatam eſſe, Cl. Auctor narrat. Anginae diuerſae ſpecies p. 369.
notiſſimae pertractantur. In inflammatoria, ſi ab- p. 370.
ſceſſus in quacunque oris parte appareat, ſine mora incidendus, emiſſoque pure, gargariſmatibus detergentibus inſiſtendum eſt. Catarrhalis, periculo vacans, ſolis naturae viribus, regimine congruo, cedit. Gan- p. 371.
grenoſa contagioſa eſt et ſummum terrorem incutit. Venae ſectioni tantum ſub initium locus conceditur: blandiora laxantia, antiſeptica, inque numero eorum praeſertim camphora, ſcarifationes occipitis et magis adhuc veſicatoria, ceruicis lateribus admota, quam maxime conducunt. Cauendum tamen a ſcarifatione partium gangrenoſarum, quibus melius opitulantur gargariſmata demulcentia et refrigerantia, v. c. ſaccharum ſaturni, in aqua ribeſiorum vel roſarum rubrarum ſolutum. Conuulſiua plerumque ſym- p. 372.
ptomatica eſt, et curationem potiſſimum per antiſpaſmodica externa et interna, enemata ſtimulantia, et reuellentia externa poſtulat.

In ſectione tertia de morbis trunci et artuum exponitur, vbi, paucis de pleuritide notha prolatis, p. 374.
ad lumborum morbos tranſitus fit, et de lumbagine, dolore lumborum febrili, eoque, qui a vehementi muſculorum quorumdam commotione ac veluti diſtorſione oritur, tandemque de natta ſeu tumore adipoſo, in dorſo protuberante, diſſeritur. Vberior p. 376.
paullum eſt tractatio de variis herniarum, tam verarum, quam ſpuriarum ſpeciebus, quibus ſubiungitur p. 379.
hiſtoria morbi, quem hypogaſtrocelen C. Auctor appellat. Tarde ille incrementa cepit in femina quinquaginta annorum; in initio quippe ſenſim et abſque dolore abdomen eleuabatur, qui tamen tumor, indies moleſtior euadens, febrem lentam concitabat.

Quamquam autem omnia integumenta multum expanſa erant, in hypogaſtrico tamen vlterius protendebantur, et ad media crura duplicata propendebant. Reliquo interea corpore marceſcente, poſt tres quatuorue menſes aegra interiit. In cadauere corpus adipoſum craſſiſſimum inuentum eſt, adeo, vt circa ilia ſeptem pollices craſſitie ſuperaret; epiploon, extus minime protuberans, vmbilico accretum; viſcera
p. 380. abdominalia ſcirrhoſa et purulenta erant. In morbis genitalium occurrunt phimoſis et paraphimoſis, varii generis tubercula, porri nempe, criſtae, condylomata cet. exulcerationes, priapiſmus vel ſatyriaſis, impotentia venerea, gonorrhoea, cuius quatuor ſpecies, virulenta nimirum interna eaque familiarior, virulenta externa, ſimplex et ſpuria, quibus et pollutio nocturna adiungitur, recenſentur, haemorrhagia penis, inflammatio teſtium et ſcroti, hydrocele vera et
p. 385. ſpuria, pneumatocele, varicocele et ſarcocele. In gonorrhoea virulenta interna, ſi ea omnibus remediis obſurdeſcit, experiri remedium quoddam, a GARIDELLO commendatum Auctor ſuadet, quod ex hypociſtide, gummi guaiaco, coccionella et cantharidibus conficitur. Ad gonorrhoeam ſpuriam ea etiam refertur, quae ab hauſta cereuiſia recenti oritur, cui aeque ac dyſuriae, eadem de cauſſa ortae, tantillum aquae vitae
p. 389. medetur. Inter topica reſoluentia ad inflammationem teſtium et ſcroti, laudatur terra cultrariorum, de cote verſatili decidua, oleo et aceto roſaceo ſubacta et forma cataplaſmatis admota: omnibus tamen, ſi lues venerea ſubſiſtit, praeſtat inunctio mercurialis in ipſo ſcroto vel vicinis partibus, cuius etiam vices
p. 392. ſuffitus ex cinnabari ſupplet. Morbis ani annumerantur haemorrhoides tumidae et fluentes, fluxus eorum ſuppreſſus, haemorrhoides albae, tubercula ad anum, quibus varia ſunt nomina, fiſtula, procidentia
p. 399. denique. Morbos artuum pertractaturus Cl. Auctor,

varia

varia eorum incommoda, vel ante iam conſiderata, vel in aptiorem locum deferenda, omittit, et tantum de contracturis, atrophia vel aridura artuum, tumore crurum oedematoſo, tumore albo, genua praeſertim et cubitos obſidente, paronychia, pernionibus, puſtulis inflammatoriis ſeu roſeolis ſaltantibus, vti AVRELIVS SEVERINVS eas dixit, clauis pedum, morbo iſchiadico, ſpaſtico ſtupore crurum, quem barbaro nomine crampum vocant, de infortuniis, quae in venaeſectione accidere poſſunt, de diſtorſione pedum, ac de ſudore eorum exponit. In tractatione p. 410.
de morbis oſſium breui de luxationibus et fracturis agitur, et ankyloſis in veram, vbi oſſium coalitus mo- p. 411.
tum omnem tollit, et ſpuriam, vbi ligamenta arida vel rigida motum quemdam, quamquam obſcuriorem, relinquunt, diuiditur. Poſtremam emollientia variae formae tollere valent; priorem iam adultam nihil, incipientem vero inunctionibus mercurialibus aliisque reſoluentibus tentare conuenit. Ad exo- p. 412.
ſtoſes gummata et nodi referenda ſunt; minime vero huc ſpectant tophi arthritici, prominentiae calli, et oſſificationes tendinum in ſenibus. Cariei duae ſpecies ſunt, ſicca et humida; vtraque vel a cauſſis externis vel internis proficiſcitur. Spina ventoſa a p. 414.
quibuſdam pro genuino oſſis cancro habetur.

Sectio quarta morbos cutis pertractat. Sudo- p. 416.
ris vitia eundem ſubito ſuppreſſum chronicum, periodice recurrentem concernunt. Phthiriaſis pedi- p. 418.
culos varii generis complectitur, quibus potiſſimum mercurialia opponuntur. Inter cutis maculas ephe- p. 419.
lides, lentigines, maculae hepaticae, naeui materni, et fuſcus faciei ab inſolatione color; exanthemata variae indolis, ecchymoſis praeſertim a contuſione oriunda, purpurae diuerſae ſpecies et aliae eruptiones anonymae referuntur. Herpes in fugacem, farinoſum, miliarem et ſerpiginoſum diuiditur: prior p. 421.

ſponte euaneſcit; ſecunda aegre domatur; duae au-
p. 422. tem poſtremae ſpecies pertinaciſſimae ſunt. Raro
ſub grauioribus, et diuturnis cutis morbis, hepar il-
laeſum reperiri, Cl. Auctor tradit, ideoque magnum
huius viſceris cum cute conſenſum eſſe colligit.
p. 423. Pruritus ſimplex ad herpeten proxime accedit. Hi
morbi remediis topicis oppugnandi non ſunt, niſi
p. 424. praemiſſa curatione interna. Scabies nulli corporis
parti, excepta facie, parcit, in quo differentia ab her-
petis ſpeciebus ponitur. Praeter contagium et im-
munditiem etiam aedes humidae eamdem produ-
cunt, virus item venereum et ſcorbuticum, febris
quartana, hepatis labes cet. accerſunt et fouent.
p. 425. Impetigo gradu tantum a ſcabie recedit, et ratione
ferocioris indolis leprae propior eſt, qui rariſſimus
p. 426. hodie morbus primo intuitu ex ſcorbuto, lue vene-
rea et ſcrophulis, quorum forte particeps eſt, con-
ſtare videtur. Deſcribitur a Cl. Auctore, cui eum
videre bis contigit, vt extremus ſcabiei cruſtaceae
et ſquamoſae gradus, vitiis his cutaneis demum can-
cri vniuerſi faciem prae ſe ferentibus. Ab elephan-
tiaſi Aegyptiis endemia eo differt, quod haec parti-
bus internis parcat, et plerumque ſola crurum inte-
gumenta occupet. Lepra, praemiſſis diluentibus,
demulcentibus, refrigerantibus, temperantibus et
depurantibus, incidentia et ſudorifera poſtulat, qui-
bus iungenda ſunt balnea, et interponenda leniora
cathartica: tandem mercurialibus aliisque reſoluen-
tibus vtendum. Topicis ad ſcabiem et herpetem
proficuis, ſuus etiam hic locus relinquitur. Elephan-
tiaſis iiſdem, habita gradus morbi ratione, remediis
p. 429. impugnatur. Eryſipelas vel legitimum eſt, quorſum
zoſter pertinet, vel puſtuloſum, vel id, quod roſalia
apud auctores audit. Proxime ad hunc morbum
ſcarlatinus accedit. Morbilli raro mali ominis ſunt,
niſi diaetae erroribus vel peruerſa medendi ratione
peiores

peiores reddantur. Variolas diſcretas et confluen- p. 435.
tes diſtinguere vix opus eſſe videtur, quum non niſi
gradu differant. De valore inſitionis ambigere ali-
quantum Cl. Auctor videtur. Topica exſiccantia
adhibere non ſemper conuenit. Danda eſt opera,
ne palpebrae agglutinentur et ſtagnans pus vlcera
in bulbo vel facie interna palpebrae efficiat: quibus
praeſentibus lapide diuino vtendum.

Liber demum tertius morbos ſequioris ſexus et
infantum complectitur, cuius ſectio prima de mor-
bis virginum et mulierum exponit. Praemiſſa proli- p. 441.
xa de hyſteride tractatione, pauca de pica et malacia,
nec non de chloroſi vel febre alba virginum, expo-
nuntur. Inter morbos a catameniis referuntur men-
ſium ſuppreſſio, iidem deuii, eorum difficultas, fluxus
inordinatus, tandemque haemorrhagia vteri. Ste- p. 454.
rilitas ſaepe, cauſſis cognitis et ſublatis, tollitur: dif-
ficilior eſt curatio, ſi vitium in partibus organicis ex-
terioribus haeret; ſin illud in partibus interioribus
poſitum fuerit, prorſus nulla. In pertractandis p. 455.
praegnantium morbis, primo de impraegnationis
ſignis exponitur, poſtea diaeta grauidarum praeſcri-
bitur, ac tandem de deprauato earum appetitu, ſu-
doribus, fiſſuris abdominalibus, integumentis vltra
modum expanſis, haemorrhagiis vteri, iuſto partus
termino, partu naturali et praeternaturali, cum viuo,
tum mortuo fetu, agitur. Puerperarum morbis an- p. 460.
numerantur haemorrhagia vteri, alui fluxus, tormi-
na, ſecundinarum eiectio vel extractio, lochiorum
profluuium, lactis acceſſus, lac ſanguini remixtum,
lait epanché, febris miliaris, et affectus hyſtericus
puerperarum. Mammarum morbi inuoluunt ea-
rum inflammationem, ſcirrhum, cancrum denique.
Morbi genitalium reſpiciunt fluorem album, furo- p. 470.
rem vterinum, vteri inflammationem, ſcirrhum eiuſ-

que ſequelas, vaginae prolapſum et polypos vteri et
p. 478. vaginae. Grauiditas notha molam carneam, veſicularem, ventoſam, menſes in vtero retentos, hydropem vteri et ouariorum, aliosque horum aeque ac tubarum fallopianarum morbos complectitur.

p. 483. Sectio ſecunda morbos infantum conſiderat, vbi generatim quaedam de conditionibus boni lactis, de iis, quae in infante recens nato peragenda ſunt, de
p. 486. morbis connatis et infantili aetati propriis, praemittuntur, et de coloſtratione ſiue lacte, noua nutricis impraegnatione inquinato, multorum infantis morborum cauſſa, paucis agitur. Simili ratione febris, variolae et morbilli, atrophia, hydrops et icterus, lues venerea, ſcorbutus, ſcrophulae, tuſſis, vomitus, tormina, alui fluxus, ventris ſegnities, vermes, tumor et inflammatio abdominis, herniae et vmbilici procidentia, calculus et iſchuria, ani prolapſus et haemorrhoides, epilepſia et conuulſio, aphthae, den-
p. 510. titio, hydrocephalus, rhachitis et morbus coxaris conſiderantur, quo ſub nomine multiplex ille coxendicis affectus intelligitur, qui prae reliquis aetatibus infantili infeſtus eſt, et claudicationem vel cruris impotentiam pediſſequam habet, imo plures ſenſim conficit. Cauſſae eius pariter externae ac internae ſunt. Saepe crus a ſitu, quem aegri ob dolorem eligunt, breuius redditur, quamquam ſaepe etiam profunde latens abſceſſus cauſſa huius mutationis eſt. Spes curationis tantum in principio morbi affulget: tunc autem naturae ſoli ea committenda: topica enim reſoluentia humorum affluxui ad partem affectam magis fauere, quam eundem arcere videntur. Si morbus diuturnitate grauior redditus fuerit, curatio difficillima: nonnumquam tamen profuit diaeta lactea et corticis Peruuiani vſus, a quo tamen abſtinendum eſt tuſſientibus, quaecumque eius doſis
p. 512. eligatur. Tandem morbi cutis libri finem faciunt,

nempe

nempe tinea, puris vel ſaniei per meatum auditorium ſtillicidium, eſſera infantum ſeu quaedam porriginis ſpecies, plerumque poſt ablactationem ſe prodens, et vix non ſemper ſalutaris cenſenda; partes lotio madidae vel fecibus aluinis conſpurcatae, intertrigo ſeu cuticulae attritio, rimae et fiſſurae, et morbus quidam exoticus a peculiaribus vermibus, infantum cutim laceſſentibus, prouenicus, quem alii dracunculum, alii crinones vocant, et quem nullum alium, quam qui comedones apud nos dicitur, eſſe putamus. Opinioni Cl. Auctoris, hunc morbum vere verminoſum eſſe, ideo veniam largiendam arbitramur, quoniam, vt ipſe confitetur, ille climati ipſius plane ignotus eſt.

Altera pars operis noſtri, rem medicamentariam complexa, in duos libros diſpeſcitur, quorum alter remediis internis, alter externis dicatus eſt. Vtraque iterum in generalia et ſpecialia diuiduntur. Praemittuntur libro vtrique varia, quae remediorum diuerſam formam praeparandi et exhibendi modum cet. concernunt. Sequitur recenſio medicamentorum emporeticorum, officinalium et magiſtralium, additis vbique, vbi opus fuerit, commentariis. Remediorum formulae ſimplicitate inprimis ſua ſe commendant. Breuibus iam, quae prae reliquis attentione digna viſa fuerint, indicabimus. Lac ne p. 529.
acescat in ventriculo, exhibenda ſunt abſorbentia, aut duo vel tria aquae calcis cochlearia vel nonnullae guttae olei tartari per deliquium admiſcenda, aut rheo, cortice Peruuiano aliisque amaris, aut demum diluentibus vtendum. Frigidum prodeſt in aluo ſicciore, aut prius ampliſſimus aquae cyathus hauriendus propinetur. Aluo laxa ferrum candens vel laterculus ignitus in lacte exſtinguendus eſt, vel cortex granatorum eidem incoquendus. Lac equinum p. 530.

 aſinino

aſinino aequipollet. Caprini virtus ob diuerſum animalium victum ſaepius dubia eſt: nunc enim ad-
p. 531. ſtringit, nunc laxat aluum. Oleum amygdalarum dulcium minima doſi cum manna coniunctum laxans praeſtantiſſimum in ventris imi doloribus, ſi vel ipſi
p. 532. adſit inflammatio, praebet. In PRINGLII experimentis dubium eſt, num ea antiſeptica, quae ſubſtantiarum quieſcentium et exſtinctarum corruptionem arcent, idem ſint praeſtitura in humoribus viui corporis, et numne a mutatione eorum in digeſtionis organis
p. 545. vires eorum integrae maneant. Borraginis ſummus vſus eſt in morbis acutis pectoris, cuius vices
p. 562. echium vulgare ſupplet. Bardanae radix a puerperis ſaepius, nec infelici ſucceſſu, ad lochiorum flu-
p. 566. xum promouendum exhibetur. Ptiſana *Callac* pro ſummo remedio aduerſus luem veneream habita eſt, et ex radice ſaſſaparillae et mercurio dulci in aqua fontana bullientibus, additis ſub finem foliis ſennae, ſeminibus coriandri et alumine, conſtat. Alia, ab inuentore *Vinache* circulatore, nomen adepta, quantum compoſitionem ſpectat, adhuc incognita latet, neque tamen minus ad dolores venereos, rheumaticos, pertinacioresque cutis morbos fauſte adhibetur.
p. 571. Cochlearia numquam contundenda eſt in mortario aeneo, ne liquor vim emeticam contrahat. Vinum antiſcorbuticum empirici cuiuſdam *Mouret*, cui vinum generoſum baſin praebet, et quod plantae variae antiſcorbuticae et incidentes ingrediuntur, addito in fine ſale ammoniaco, multos eosque egregios effectus praeſtitit, caute tamen macilentis et bilioſis exhibendum, niſi adiungantur diluentia et humectan-
p. 577. tia. Ob vim radicum chinae et ſaſſaparillae in dubium vocatam CARTHEUSERUS taxatur. Ptyaliſ-
p. 609. mus a cinnabari et aethiope minerali excitatus, docet, haec remedia omnino ad ſanguinem transferri. Arcanum *Rotrou* ex remediis antimonialibus, quorum

vſui

vſui purgantia fortiora interponuntur, conſiſtit: recte tamen Cl. Auctor monet, hoc remedium plus aequo compoſitum ſimplicius excogitari poſſe, exulando, quicquid artis circulatoriae a veteribus chemicis inuentor depromſerit. Arcanum corallinum, ſeu p. 610.
mercurius praecipitatus ruber, ſpiritu vini edulcatus, maximi vſus remedium incidens, depurans, antiuenereum dicitur, quamquam hodie paucis notum, ſan- p. 628.
talum citrinum quamuis odore et ſapore gaudeat, de eius tamen viribus dubitandum eſſe, Cl. Auctor putat, album vero ac rubrum prorſus e re medicamentaria eiicienda exiſtimat. Gallae pro febrifugo eximio habentur, vbi febris cachexiae ſociatur. Hel- p. 639.
lebori nigri radici ſubſtituitur chriſtophorianae radix, quae tamen etiam emeticis et catharticis viribus gaudet. Lilium PARACELSI, tinctura chymica, p. 752.
ex regulo metallorum cum nitro et tartaro in crucibulo praeparata et cum ſpiritu vini digeſta, primatum quaſi ducere inter cardiaca, cephalicum audire praeſtantiſſimum, diaphoreſin ac diureſin mouere, ideoque multum commendari in variolis, morbillis, febribus malignis aliisque mali moris, Cl. Auctor tradit, ſimul vero caute eo vtendum eſſe monet, ne os, oeſophagus vel ipſe ventriculus eo laedantur. Opium omnes praeter diaphoreſin ſecretiones co- p. 753.
hibere falſo aſſeritur, cum Auctor contrarium ſaepe effectum in ſputis, menſibus et lochiis viderit. In tractatione de cardiacis, anodynis et hypnoticis pauca quaedam de efficacitate muſicae afferuntur, et p. 754.
non tantum PLATONIS locus et nonnulla ex veteri aeque ac recentiori hiſtoria exempla indicantur, ſed Auctor etiam ſe ipſum per triduum, cum grauiſſimo morbo decumberet, egregias modulorum muſicorum vires, mirantibus adſtantibus, expertum eſſe, fatetur. Incaute capita papaueris ad internum ex- p. 758.
ternumue vſum ſecundum numerum praeſcribuntur,

tur, quum alia eorum vix ad dimidiam drachmam accedant, alia duas pondere ſuperent. Gallii lutei ſummitates contra infantum epilepſiam ſumme prae-
p. 768. dicantur. Gallii albi flores idem valere, experientia
p. 770. nondum confirmauit. Puluis de gutteta, ex variis ſic dictis antepilepticis conficitur, infantibus praeſertim dicatus. Pilulae benedictae FULLERI e croco, myrrha, galbano, aſſa foetida, ſale martis, oleo ſuccini et ſyrupo de arthemiſia componuntur, inter exquiſitiora antihyſterica et emmenagoga referendae,
p. 777. neque vi aluum laxandi, deſtitutae. Diuturnum ambrae vſum mentis functiones impedire experientia
p. 778. docet. Guttarum aurearum LAMOTHE, quas pro arcano venditauit inuentor, compoſitio, Cl. POTT ſtudio detecta eſt. Diſſolutio auri in aqua regia miſcetur cum oleo aethereo FROBENII; aqua regia ſubſidente, oleum cum inhaerentibus auri ſoluti particulis ſeparatur, et cum ſpiritu vini in balneo arenae per menſem digeritur. Dubium tamen eſt, numne efficacitas huius liquoris potius oleo aethereo, quam auro, adſcribi debeat.

Excerpamus adhuc pauca quaedam ex libro ſe-
p. 801. cundo, medicamenta externa complectente. Salis ſaturni vſus internus non probatur, niſi in furore ma-
p. 820. niaco, vbi tamen camphoram addi iubetur. Globulus martis, haud multis demum abhinc annis celebratus, paratur ex limatura martis et tartaro albo tritis, quibus in cucurbita vitrea ſuperfunditur aqua vitae, cum qua puluis iſte ad ſiccitatem vſque leniter digeritur; id quod pluries repetitur, donec materies ſuperſtes viſcida, globulis conficiendis apta ſit, in quouis liquido diſſoluendis. Puluis ad aliquot grana praeſcribitur, vel integer globulus in aqua agitatur, donec ea colorem ſubrufum acquirat. Vulnerarium et adſtringens remedium eſt, praecipue in haemoptyſi aliisque haemorrhagiis. In vſum externum

ternum tinctura ex eo cum aqua vitae vel vulneraria efficitur, vbi praeter iam dictas vires etiam reſoluit; ideoque topicum praeſtantiſſimum dici meretur. Nuces cupreſſi crebrius ad fugandam febrem p. 823. exhibentur: parum vero huic remedio fidendum eſt. Agaricus an conſtringendo haemorrhagiam ſiſtat, dubitatur: obturamenti potius vices gerere videtur. Errant, qui cum CARTHEUSERO ſangui p. 824. nem draconis non diſſolui in ventriculo, ſibi perſuadent: quamquam enim is menſtrua aquoſa reſpuit, bilis tamen, ſaliuae ac ſucci pancreatici aliam, quam merae aquae, indolem eſſe, nemo neſcit. Cantha- p. 840. rides opportune et debita cautione exhibitae, iſchuriis pertinacioribus egregie medentur. Aqua mercurialis ſeu benedicta eſcharotica, ſeu ſolutio mercurii in ſpiritu nitri, octuplo aquae communis temperata, ad dimidiam vel integram drachmam in ptiſanae libris duabus intus et tuto quidem ſeruatis ſeruandis, vt videtur, exhibetur. Num miſtura Swieteniana citra periculum publici iuris facienda ſit? dubitatur. Lana ſuccida ex interioribus ouium coxis egre p. 881. gium emolliens et reſoluens in angina ſpuria et defluxu humorum, quo ceruicis et capitis muſculi tenentur, praebet. In depuratione mercurii Cl. Au p. 923. ctor haud opus eſſe arbitratur deſtillatione, dummodo is in aceto acerrimo, ſale marino ſaturato, ac poſtea in aqua limpida bis vel ter eluatur, ac demum ſiccatus per corium vel alutam traiiciatur. Tutius extus admouetur, quam intus ſumitur: ne autem ſaliuationem vel alui fluxum, quippe quibus plus officitur curationi luis venereae, quam ſuccurritur, moueat, impediunt camphorae grana viginti cuique mercurii vnciae addenda, vt ex nuperrimis experimentis conſtitit.

III.

P. S. PALLAS, Med. Doct. Miſcellanea zoologica, quibus nouae inprimis atque obſcurae animalium ſpecies deſcribuntur et obſeruationibus iconibusque illuſtrantur. Hagae Comitum apud P. van Cleff, 1766. 4. 1 alph. 6½ pl. tab. aen. 14.

Cuius nuper elenchum zoophytorum cum laude indicauimus, Clariſſimus PALLAS, nunc iuſſu auguſtiſſimae Ruſſorum Imperatricis in itinere per meridionales Ruſſiae regni prouincias occupatus, antequam Petropolim adiret, per triennium et vltra in Belgio commoratus, optimam habuit occaſionem, non ſolum corporum naturalium theſauros, in his terris a variis collectos, ſed et animalia in viuario ſereniſſimi Principis Auraſiaci et corpora in ditiſſimo Eiuſdem Muſeo aſſeruata, ſedulo examinandi. Sub quo accuratiore examine cum plura ei occurrerent, quorum vel nulla plane vel imperfecta tantum veſtigia apud Auctores inuenirentur, illorum praecipua in ſcientiae naturalis emolumentum deſcribere, deſcriptionesque illas, figuris illuſtratas, publicare decreuit. Praeſens, quem nunc indicamus, liber, primum faſciculum eorum continet, quem tamen ſecundus nondum excepit. Magnam enim eorum, quae in hiſce miſcellaneis continentur, partem *Spicilegiis* ſuis Berolini editis, de quibus alio loco dicemus, plurimis mutationibus factis inſeruit.

p. 1. Initium operis deſcriptio *Antilopes Grimmiae* facit, qua occaſione de Antiloparum genere in vniuerſum Auctor Cl. diſſerit. Genus hoc recentiores Zoologi cum caprino coniunxerunt, a quo tamen magis, quam ouinum remotum eſt, quod tamen nemo ad caprinum retulit. Medium quaſi hoc genus eſt inter

inter ceruinum et caprinum genus. Differt tamen a priore cornuum perſiſtentium natura, vngularum poſticarum paruitate, cyſtidis biliariae in hepate praeſentia, quae in ceruis deeſt, et defectu oſſiculorum in corde. A capris vero diſtinguntur habitu et pilo ceruino, cornuum directione et maxime figura tereti nec complanata, quam caprarum cornua oſtendunt, ſinus ſebacei ſeu lacrimalis ante oculos praeſentia et dentium inciſorum lateralium paruitate et figura. Hinc omnino ſingulare genus ex iis conſtituendum eſſe, Auctor Cl. monet, eique nomen *Antilopes*, quod iam variis ſpeciebus vulgo datum eſt, imponit. Omnes vero ſpecies, quibus hoc genus componitur, elegantia corporis, membrorum agilitate et alacritate inſignes, in calidiore tantum antiqui orbis parte reperiuntur, cum nullae earum in America occurrant. In vniuerſum autem *Anti-* p. 4.
loparum genus Cl. Auctor in *curuicornes, lyricornes, recticornes, contorticornes, et ſpiricornes* diuidit, omniumque ſpecierum, quas vel ipſe vidit, vel ex auctoribus fide dignis cognouit, catalogum hic inſerit, quem tamen hic omittimus, cum auctior ille iterum prodierit in *Spicilegiis* Auctoris, quae proxime indicabimus. Hinc monemus tantum, Auctorem Cl. demonſtrare ad hoc *antiloparum* genus neque *moſchi* LINNAEI ſpecies *moſchiferam* et *pygmaeam*, neque *camelopardalim* pertinere, cuius animalis rariſſimi characteres, nondum ſatis determinatos, ex ſufferta pelle, in muſeo Leydenſi exſtante, deſcribit. Habet illud dentes octo ſpathulatos, extimo externe profunde bilobo: labium ſuperius integrum: pedum vngulas binas retrorſum productas, cornua pelle tecta et faſciculo pilorum nigro terminata, iubamque ceruicis etc. vt itaque illud hiſce characteribus et forma corporis tota a ceruis, camelis, capris et antiloparum genere diſcrepet, ſuique generis ſit animal. Iam

Cl.

p. 12. Cl. Auctor ad ipſum Antilopes ſpeciem, cuius deſcriptionem dare vult, accedit, monetque, foeminam eius excornem olim a GRIMMIO, in Ephemeridibus Academiae Naturae Curioſorum deſcriptam fuiſſe. Marem vero cornutum Noſter in viuario Principis Arauſionenſis obſeruauit, cuius deſcriptionem hic communicat, ex qua ſequentia notamus. Magnitudinem circiter pulli damae bimeſtris habet, et inter congeneres ſpecies elegantiores elegantiſſima habitu, greſſusque leuitate eſt. Córnua rectiſſima ſubulata apiceque ſubcompreſſa ſunt, inter quae flammula, e pilis atris compoſita, aſſurgit. Ante oculos ſinus eſt, e quo materia quaedam ichoroſa, in nigras ſordes dureſcens, ſudat, quam GRIMMIUS, qui illam ad vſum medicum adhiberi poſſe putauit, odore inter moſchum et caſtoreum medio
Praef. pollere dixit, quem Noſter peramoenum cum vino-
p. 11. ſitate quadam hircinum vocat. Caput et collum colorem gryſeum, gula vero ſuperiorque colli pars album habent. Ipſius corporis color antice gryſeus verſus clunes ſenſim in cano-fuſceſcentem tranſit, verſus abdomen caneſcit, ſubtusque tandem albeſcit.

p. 16. Alterum animalium deſcriptorum *aper* eſt *aethiopicus*, de qua ſingularis formae ſpecie fere omnes Auctores tacent. Aduectus eſt hic ſus e promontorio bonae ſpei, ducentis fere leucis a promontorio, in interioribus Africae captus et vel in iis terris rariſſimus, in viuarium Principis Auraſiaci, in quo laetus adhuc viuit. Agilior multo et viuidior eſt apro noſtrate, quem magnitudine cedit, audituque et odoratu, cuius ope potiſſimum pabulum quaerit, pollet. Caput monſtroſum habet magnitudine et figura ſingulare. Roſtrum enim maximum, latum et depreſſum eſt, ſub quo exiguum os rictu breui latet: Labium ſuperius ad dentes craſſiuſculum lobo pone dentes ſemiouali pendulo angulos oris vtrinque obtegit.

tegit. Dentibus primoribus plane deſtituitur, quo charactere ab omnibus reliquis ſpeciebus huius generis differt. Dentes laniarii ſuperioris maxillae validiſſimi, maximi et recuruati ſunt, cum inferiores longe minores deprehendantur. Oculi in ſummo capite paruulique ſunt, atque ſub iis vtrinque *lobus*, qui *zygomaticus* a Noſtro vocatur, durus, depreſſus, fere horizontalis, parumque mobilis eminet. Setae per faſciculos diſpoſitae ſunt, quorum ſinguli ex quinque circiter ſetis componuntur.

Tertia hanc excipit *Cauiae capenſis* deſcriptio. p. 30.
Primus *cauiae* genus KLEINIUS diſtinxit, BRISSONIUS vero ad *cuniculos* retulit ſpecies, ad illud pertinentes, quas contra LINNAEUS *murino* partim, partimque *leporino* generi inſeruit. *Cauiae* mole et forma trunci ad lepores accedunt, crura vero poſteriora iis breuiora ſunt, hinc inceſſus quoque eorum reptabundus quaſi eſt. Capitis et auricularum figura magis hyſtricibus affines ſunt, quod et de dentibus oreque valet. Pedes antici tetradactyli, poſtici tridactyli, rarius pentadactyli ſunt. Referuntur ad hoc genus a Cl. Auctore, praeter *Cauiam*, hic deſcriptam, *Mus porcellus* LINN. *Mus aguti* LINN. *Cuniculus braſileenſis* BRILL. (an *lepus braſileenſis* LINN.) *Mus paca* LINN. et *Sus hydrochaeris* LINN. ſiue *Capybara* MARCGR. Species, de qua hoc loco potiſſimum agitur, ex capite bonae ſpei allata eſt, cum reliquae omnes americanae ſint, a quibus tamen variis in rebus differt. Cuniculos ſub terra fodiunt, copioſeque ad promontorium bonae ſpei reperiuntur. Dentes primores ſuperiores binos diſtantes, inferiores quatuor contiguos habet, qua in re ab omnibus reliquis gliribus recedit. Color corporis gryſeus et caneſcens eſt.
Addita eſt anatome huius animalis, quod in internis p. 38.
ſuis partibus ab congenerum ſtructura valde recedit. Inprimis vero notari meretur craſſorum inteſtino-

rum fabrica, quae hinc inde in ampliſſimos ſaccos dilatata ſunt, coecum quoque vaſtiſſimum eſt. Dorſi vertebras 22 coſtasque totidem aut plures habet, atque praeterea clauiculis caret, quae in omnibus reliquis gli-
p. 46. rium generibus adſunt. *Taeniam* quoque *vulgarem* in huius animalis inteſtinis, ſpeciemque *pediculi, cauiae* propriam, Cl. Auctor inuenit, atque hoc loco deſcribit.

p. 48. Ad *veſpertilionis* deinde, *ſoricini* ab eo dicti, hiſtoriam Cl. PALLAS accedens, primo de veſpertilionum genere monet, pedum primorum dilatationem in alas membranaceas, pollice vnguiculato antice hamatas et poſticis pedibus membrana adnexas, huius generis ſolum characterem conſtituere, illumque, qui ex dentibus deſumitur, incertiſſimum eſſe. Adeo enim vagus eſt dentium primorum numerus, vt, ſi ille tamquam genericus adſumeretur, in quatuor vel quinque genera veſpertilionum genus diſcederet, quod pluribus exemplis hic probatur. Species hic deſcripta, *murino* minor, roſtrum productum, maxillam inferiorem paullo longiorem, naſum foliolo cordato auctum, dentes primores vtrinque quaternos, caudamque nullam habet.

p. 55. Quartum animal eſt *ſciurus*, quem *petauriſtam* Auctor Cl. vocat, quae ſpecies eodem modo, quo *volans*, hypochondriis prolixis volitat, hunc tamen et omnes congeneres magnitudine ſuperat. Rariſſimum eſt animal, in remotiſſimis tantum Indiae orientalis regionibus reperiundum, quod primum, ſi aliqua eius veſtigia, quae apud itineratores occurrunt, exceperis, a Cl. ALLAMAND in epitome BRISSONII, ſub nomine *ſciuri maximi volantis* ſ. *felis volantis*, deſcribitur. Mole circiter cuniculi minoris eſt; caput forma ſciurino globoſius, auriculae paruae; pedes antici tetradactyli, poſtici pentadactyli; cauda corpore longior, villoſiſſima, teres. Membrana inter

pedes extenſa antice ad carpum vſque pertinet, ibique lacinam quamdam emittit, quae oſſiculo, a tarſo orto, tenditur; verſus hypochondria anguſtatur et poſticorum pedum femora tantum adnectit. Color variat, cum caſtaneo ferrugineus et nigricans in variis ſpeciminibus deprehendantur.

Sexta diſſertatione Auctor Cl. probat, contra p. 57.
BUFFONIUM *) *myrmecophagae* et *didelphidis* genera, non eſſe nouo orbi peculiaria, ſed et in oriente nonnullas eorum ſpecies reperiri. Ita enim *didelphidis* ſpecies, a BUFFONIO ſub nomine *Phalanger* deſcripta, quae caudam prehenſilem habet, orientalis eſt, nec non *didelphidis Opoſſum* LINN. varietas aliqua in oriente reperitur. Quod vero *myrmecophagae* genus attinet, noua aliqua ſpecies hic deſcribitur, ex Capite bonae ſpei allata, quae maxima inter congeneres eſt, cum foetus eius mole porcelli, recens nati, ſit. Caput habet elongatum, auriculas maiores pendulas, pedes anticos tetradactylos, caudamque corpore breuiorem, adtenuatam.

Sequitur *gruis crepitantis* deſcriptio, quam LIN- p. 66.
NAEUS *pſophiam crepitantem* vocauit. In vniuerſum *ardeae* genus, a LINNAEO conſtitutum, a Noſtro in tria, ab antiquioribus iam adoptata, *ardearum, ciconiarum* et *gruum* genera diuiditur, ſingulorumque generum character hic deſcribitur, auemque hic deſcriptam, ad *grues* pertinere demonſtratur. Cicur admodum eſt, ac greſſu, habitu, moribusque gruem aemulatur. Inprimis vero hae aues ſonitu aliquo maxime notabiles ſunt, a quo etiam triuiale nomen, quod LINNAEUS iis impoſuit, deductum eſt. Prae- p. 68.
miſſo enim per os ſono rauco et interrupto, bis vel ter repetito, in abdominis cauo reſpondent ſonitu quodam, pluries iterato, columbi prurientis aemulo; non emiſſo per anum, vti vulgo putant, ſed

 ab

*) Vid. *Hiſtoire naturelle* vol. X. p. 144. 279. Comm. noſtr. vol. XII. p. 398. 409.

ab intus concluſo aere, efformato. Origo huius ſonitus, in laryngis ſingulari conformatione latere videtur. Hic enim extra thoracem calami cygnei craſſitiem habet, ad ingreſſum thoracis multo tenuior fit, largiorque, proceduntque ex eo canales duo ſemicylindrici, membrana perfecti, extenſiles. Ex his ſaccus aereus dexter vſque in peluim deſcendit, et in thorace ſeptis membranaceis tranſuerſis in tres vel quatuor cauitates diuiditur. Siniſter vero multo anguſtior eſt et iam in hypochondrio terminatur.

p. 72. Excipit hanc deſcriptionem *aphroditarum* generis hiſtoria, cuius ſub initio varia egregia de molluſcorum ordine in vniuerſum, Auctor Cl. monet. Docet enim pluribus, licet in vniuerſum molluſcorum hiſtoria longiſſime a perfectione ſua diſtet, cum maxima eorum pars nondum detecta ſit, atque in iis, quae cognoſcimus, ſumma varietas obſeruetur; tamen quaedam iam methodi naturalis veſtigia obſeruari. Porro teſtaceorum et molluſcorum ordines omnino inter ſe coniungendos eſſe, cum teſta priorum calcarea acceſſoria tantum nota ſit, qua variae vnius eiuſdemque generis ſpecies a ſe diſtinguntur, variaeque vnius generis molluſcorum ſpecies vel teſtam habeant, vel ea careant. Cum vero ex molluſcis tria illa *aphroditarum*, *nereidum* et *ſerpularum* genera ſummam inter ſe affinitatem habeant, licet LINNAEUS ſerpulas ad teſtacea retulerit, Cl. PALLAS ea hic coniunctim proponit, vt characteres ſingulorum generum eorumque inter ſe affinitas magis eluceſcant. Primo itaque *Aphroditae* genus deſcribit. In vniuerſum illarum corpus ſubquadrangulum et in vtraque extremitate obtuſum eſt, totumque velut inſectorum in ſegmenta diuiditur. Penicillis tegitur, ex pilis ſetaceis compoſitis, et praeterea branchias habet, prope penicillos dorſales poſitas. Interna fabrica etiam, vt externa figura aliquam cum

erucis

erucis ſimilitudinem oſtendit. Aphroditae omnes per mare liberae vagantur, duplicique ſexu diſtinctae ſunt, cum in nereidibus et ſerpulis, vti in reliquis molluſcis hermaphroditica natura obſeruetur. Prima a Cl. PALLAS deſcripta ſpecies *aculeata* LINN. eſt, cuius vti reliquarum forte omnium, ſyſtema vaſculoſum ſimpliciſſimum eſt. Ex inteſtinis enim colligitur in truncum principalem ſanguiferum, ex quo rami progrediuntur, per reliquas partes diſtribuendi, ita vt motus humorum in iis, cum motu humorum in plantis maxime conueniat. Sequuntur deſcriptiones *aphroditae ſquamatae* LINN. *lepidotae* deinde, *cirrhoſae* et *flauae*, quae nouae ſunt: *carunculatae* porro, quae *nereis gigantea* a LINNAEO dicitur: *roſtratae*que tandem nondum deſcriptae et *complanatae*, quam BROWNIUS delineauit, cuius figura a LINNAEO *nereidi coeruleae* applicatur, ad quam tamen ex Noſtri mente minime pertinet. p. 89.

Alterum *molluſcorum* genus, a Noſtro hic expoſitum, *nereides* conſtituunt, quas in *vagas*, libere errantes et *tubulicolas* diſtinguit. Pertinent ad hoc genus quoque *ſerpula penicillus* LINN. quae viua hic delineatur: *tubipora arenoſa* LINN. et *teredo lapidaria* EIUSD. Vaſorum ſyſtema in *nereidibus* eamdem, quam in *aphroditis* fabricam habet. Inprimis vero *nereis cylindraria* eiusque duae varietates, capenſis et belgica, *nereisque conchilega* (ita ob teſtam, ex concharum fragmentis compoſitam, dicta,) deſcribuntur. p. 113.

A *Serpulae*, tamquam tertio molluſcorum hic deſcriptorum genere, Cl. Auctor *lumbricalem* LINN. et *anguinam* LINN. remouet, et ad limaces refert. *Serpula arenaria* vero nullo modo a *teredine nauali* differt, niſi in eo, quod non in ligno, ſed in maris arenoſo fundo habitet. *Teredinibus* quoque *ſerpulam*, quae *penis veneris* dicitur, vt *brachionis ſerpulam ringentem* adnumerat. Inprimis vero ſub hac hiſtoriam nouae cuiuſdam ſpeciei, quam *giganteam* vocat, fuſius tradit. p. 139.

p. 146. Vndecima ſectione *lumbricus* aliquis deſcribitur, quem in littore belgico copioſius inuenit, et quem ob duplicem coronam ſpinarum, quibus cauda horret, *echiurum* dicit. Delineatur vero etiam alia ſpecies ex Anglico littore, quam *oxyurum* Noſter vocat.

p. 152. Tranſit deinde ad *actinias*, genusque illud in binas phalanges diſtribuit, *fixas* ſcilicet mollesque et *ambulantes*, corio craſſo et ſubcartilagineo veſtitas, quae ſummam cum *echinis* et *aſteriis* affinitatem habent, ad quas *hydram* BOHADSCHII variaque alia animalia, a variis Auctoribus deſcripta, tandemque nouam aliquam ſpeciem refert, ex Promontorio bonae ſpei allatam, quam Cl. Auctor *doliolum* dicit.

p. 157. Sectione decima tertia animal mirabilis naturae deſcribitur, quod Noſter *taeniam hydatulam*, LINNAEUS vero *hydram hydatulam* dicit. Hydatidum harum viuarum inuentor omnino EDUARDUS TYSON celebrandus eſt, qui eas in *Actis Anglicis*, *No.* 193. deſcripſit, licet varii ante eum auctores, REDI ſcilicet TH. BARTHOLINUS, HARDERUS et PEYERUS eas viderint, qui tamen omnes eas pro vero animali non agnouerunt. Vidit vero TYSONUS in ouis hydropicis et gazellis hydatides, ouum columbinum aequantes, omento adhaerentes, et peritonaei propriis folliculis incluſas, adpendice, vermiculi habitum referente, inſtructas, vitamque euidenti motu prodentes, quas *lumbricos hydropicos* vocauit. Similes fere obſeruationes propoſuit HARTMANNUS, medicus Boruſſus, hydatidesque has vera eſſe animalia minime dubitauit, poſt quem varii quidem Auctores eaſdem obſeruarunt et delinearunt, minime tamen pro animalibus habuerunt. Ipſe vero Cl. PALLAS in diſſ. *de infeſtis viuentibus intra viuentia*, alio loco a nobis indicata *), earum mentionem facit, et nunc vberiorem deſcriptionem, iconibus illuſtratam, nobiscum

*) Vid. Comment. noſtror. Decad. I. Supplement. IV. p. 695.

nobiſcum communicat. Inuenit autem has taenias potiſſimum in ſuum et ouium peritonaeo, cum in ſolo animalium abdomine reperiantur, et lanionibus probe notae ſint, qui, eas inprimis aeſtiuis menſibus abundare, perhibent. In ſaniſſimis aeque ac hydropicis animalibus occurrunt, ſemperque folliculis membranaceis, inter peritonaei duplicaturas poſitis, vel e pedunculo vaſculoſo pendulis, incluſae ſunt, in quibus ab omni nexu liberae, paruo humore circumfuſae natant, flaccidae et vix vltra dimidium cauitatis, lympha repletae. Singulae plerumque ſingulis folliculis continentur. Corpuſculi magnitudo in plerisque conſtans eſt, bulla vero, quae ab eo ſuſpenſa eſt, inſigniter variat, cum aliquando nuce iuglande minor, aliquando vero magnitudine ita aucta ſit, vt volam manus ſuperet. Nec minus bullarum figura variat, ſphaeroideae enim, pyriformes, lanceolatae et tranſuerſim ouales reperiuntur. Bulla vero ipſa fit membrana ſubpellucida, fibris circularibus annulata et veſicam ſuillam, in aqua maceratam, quaſi refert. Continetur in ea lympha limpidiſſima et inſipida, quae tamen gelatinoſi quid continet. Corpuſculum in omnibus paruum eſt, annulatum et retractile, atque ab eo ſtria gelatinoſa, quam chalazam Noſter dicit, in bullae cauum procedit. Caput in eo corpore diſtinguitur, quod roſtellum, ſpinulis coronatum, habet, circa quod papillae quaedam ſunt. Viuere vero has hydatides, ſi in recenter mactatis animalibus diſquiruntur, luculenter apparet, ſiue inter folliculos, ex pellucente peritonaeo confectos, adhuc lateant, ſiue ex iis exemtae ſint, quo tempore bulla manifeſto periſtaltico aliquo motu agitatur, qui, ſi acu irritatur, rurſus excitari poteſt. Conuelluntur etiam, ſi in ſpiritum vini immittuntur. Addita eſt deſcriptio alius *taeniae hydatigenae*, quae in murium potiſſimum hepate inuenitur, corpusque, inprimis ſi in aqua tepida maceratur, in p. 168.

 inſignem

inſignem longitudinem porrectum oſtendit. Qua
ratione autem ſeminium huius taeniae, in intimos et
vaſculis ſolis exhalantibus adeundos receſſus, telae
celluloſae perueniat, Auctor Cl. definire non audet.
Minime enim ei illorum ſententia arridet, qui ver-
mium ſemina ex aqua in corpus transferri autumant,
vti ex diſſertatione eius, de qua alio loco ad Le-
ctores retulimus, patet.

p. 175. Sequitur *pennatularum* biga. Prima ex iis eſt *pen-
natula cynomorium* ab ELLISIO in *Actis Anglic. Vol.*
LIII. deſcripta, aliaque *phalloides*, quae plane noua
p. 182. eſt. Has deſcriptio *anomiae rubrae* et *diſculi*, vario-
rumque tandem *inſectorum* excipit. Primum eorum
p. 186. eſt *cicada*, cuius caput longiſſimum ſpinam exſerit,
ſupra dorſum recumbentem et quatuor pedunculos,
quibus globuli ſinguli ſphaerici, hirſuti inſiſtunt.
Hinc *globuliferam* eam Noſter dicit. Alterum inſe-
ctorum eſt *Acarus marinus* ſ. *polygonopus* (*phalan-
gium balaenarum* LINN. *pycnogonum* BRUNNICHII.)
Deinde varios *oniſcos cancriformes* Noſter deſcribit,
quorſum inſecta a LINNAEO cancris adnumerata,
cancrum pulicem et *locuſtam* refert, quibus *gammarel-
lum* et aliud inſectum, quod LINNAEUS *oniſcum bi-*
p. 194. *caudatum* dixit, addidit. Adnexa quoque huic ſectio-
ni eſt duorum aliorum oniſcorum (an *oniſcus phyſo-*
p. 196. *des* et *aſilus* LINN. ?) hiſtoria. Vltima tandem ſectione
Fucum quemdam proponit, qui forte peculiare ge-
nus conſtituere poſſet, quem *anomalum* vocat.

IV.

IOANNIS GEORGII ROEDERERI, Med. et Anat. quondam in vniu. Gotting. Profeſſ. celeb. elementa artis obſtetriciae. In vſum auditorum denuo edidit, nec non praefatione et adnotationibus inſtruxit HENRIC. AUGUSTUS WRISBERG. D. Med. Anat. atque Art. Obſt. Prof. P. Goettingae apud viduam A. Vandenhoek 1766. 8. 1 Alph.

Nouam et tertiam quidem elementorum artis obſtetriciae Cel. quondam ROEDERERI nunc indicamus editionem, libri, de quo olim iam ad Lectores retulimus *), cuius praeſtantia omnibus ſatis cognita eſt. Curam vero nouae huius editionis geſſit Cl. WRISBERG, dignus ROEDERERI ſucceſſor, illamque non praefatione ſolum, ſed et notis quibuſdam auxit, atque praeterea indicem addidit locupletiſſimum. Et in praefatione quidem inprimis B. ROEDERERUM defendit contra iniuſtam accuſationem, in diario eruditorum (*Journ. des Sçav.*) eo loco, quo verſio gallica horum elementorum **) indicatur, prolatam: ROEDERERUM *ſcilicet omnia, quae de arte obſtetricia dixerit, tradiderit et publici iuris fecerit, a medicis et chirurgis Gallis accepiſſe, ſibi adſcripſiſſe,*

 prae-

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. II. Part. IV. p. 644.

) Prodiit ea ſub titulo: *Elemens de l'art des accouchemens, augmentés des obſervations ſur les accouchemens laborieux: à l'uſage des Etudians en Médecine & en Chirurgie par feu* I. G. ROEDERER etc. *traduits ſur la derniere edition par* M.* *à Paris chez P. Fr. Didot,* 8. 1765. 1 alph. 12 pl. tab. aen. 14. Continet hic liber elementa et obſeruationum de partu laborioſo Dec. I et II. Tabulae aeneae additae, ex SMELLIE tabulis deſumtae ſunt.

praeceptoresque ſuos ſiluiſſe *). Hoc quam abſonum et a veritate remotum ſit, omnes ſatis perſpicient, qui ROEDERERUM eiusque merita, aliqua tantum ratione cognoſcunt, et perpendunt, eum non ſolum Auctores, quorum inuentis vſus eſt, ſemper iuſtis ornaſſe laudibus, et inter hos maxime FRIEDIUM, quem praeceptorem habuit; ſed et neminem ROEDERERUM, ab anno huius ſeculi quinquageſimo ſecundo, quo prima Elementorum editio in lucem prodiit, plagii accuſaſſe; vt taceamus inſignem inuentorum numerum, quo ab hoc ipſo viro ars obſtetricia magis illuſtrata fuit, quae certe Gallicis non debuit Auctoribus. Ex adnotationibus vero, a WRISBERGIO Cl. additis, plurimae ad partus theoriam et ſimilia capita pertinent, pauciores ad operationes ipſumque artis exercitium. Ex vtroque genere multae omni attentione dignae ſunt, variaque Elementorum loca egregie illuſtrant. Huc pertinent ea, quae Cl. WRISBERG de diductione oſſium pubis in partu, de ſitu vteri in embryonibus, de mutatione anguli, quem vterus et vagina, durante grauiditate, faciunt, de cauſſis catameniorum, de diagnoſi febris lacteae a febre continua puerperarum etc. profert.
p. 69. In grauidarum exploratione genas quoque nudo abdomini applicare iubet, cum hac ratione et motus foetus facilius obſeruetur, et ex diuerſo caloris gradu, percepto ope genarum, hydropicus tumor a gra-
p. 77. uido vtero diſtingui poſſit. ROEDERERUM Cl. mucoſos folliculos, circa orificia vteri et in vagina poſitos, icone declaraſſe legimus, cuius tabulae edi-
p. 88. tionem WRISBERGIUS pollicetur. Oua ſic dicta NABOTHI nunquam in recenti vtero adſunt, ſed oriuntur

*) In ipſa dedicatoria ad LEURETUM epiſtola, gallicae elementorum editioni praefixa, laudatur ROEDERERUS tanquam multorum in arte obſtetricia inventorum Auctor.

oriuntur tantum, ſi ille per aliquot dies in aqua maceratur, tela tunc celluloſa in hydatides intumeſcente. Vernix, quo embryonis corpus obducitur, non p. 89. ex liquoris amni ſedimento oritur. Totum enim corpus obducit, et circa fontanellam magis, quam in aliis locis reperitur, atque ſenſim conſumitur, vt itaque hanc materiam ex ſuperficie vbique excerni, probabile ſit. Occaſione litis inter beat. ROEDERERUM et CRANZIUM Cel. excitatae, monet, perforatoriorum vſum omnem minime repudiandum eſſe, p. 185. in noſtris inprimis terris, vbi chirurgus obſtetricans haud raro, aliquot iam diebus praeterlapſis, aduocatur, quo tempore iam perfecta paragomphoſis capitis adeſt, forcepsque nullo modo adplicari poteſt, quod duplici quoque obſeruatione potiſſimum Cl. Auctor confirmat.

V.

De melancholia, et morbis melancholicis. Tomus alter, tentamina ad horum curationem complectens. Lutetiae Pariſiorum, apud P. Guilielm. Cavelier, 1765. 8. Auctore A. CAROLO LORRY, D. M. P. Alphab. I. plag. 4½.

Eundem, quem in priore tomo* obſeruauerat, tractandi ordinem ſequuturus Cl. Auctor, imminentis melancholiae et morborum melancholicorum cauſſas auertere, corporis praediſponentem conditionem efficaci arte tollere, ipſumque morbum in ipſo exortu ſuffocare, tandemque etiam ſymptomatibus proſpicere, omni opera annititur. Hinc in parte prima, quae *curationem melancholiae nerueae* tradit p. 6. capite primo, *de curatione conſtitutionis, quae reddit pronos ad nerueam melancholiam*, agit; atque in articulo 1, dum

*) Vid. hor. Commentar. Vol. XIV. P. IV. pag. 644. ſeqq.

dum traditur *debilitatis et tenſionis natiuae curatio*, oſtendit Cl. Auctor, natiuam debilitatem arte omnino emendari, atque ſic nerueae quoque melancholiae radicem praecidi poſſe. Fibrarum vero robur augeri, ſi quis ſenſim ab vno ad aliud extremorum caute deducatur, vt a vehementiſſimo frigore ad aeſtum maximum, a tepida lauatione ad glaciem; ſi ferculorum atque ciborum ipſa diuerſitas doceat, nunc famem pati, nunc vires reparare, eduliis etiam, minus ad ſalubritatis ſtateram comparatis, id quod veterum ars gymnaſtica, quam breuiter deſcribit atque commendat, praecipue praeſtitit. Hinc diaetam, gracilibus debilibusque obſeruandam, vberius proponit, illamque in cibando ponit regulam, ne quis ab alimentorum vſu ſentiatur ſiue caloris, ſiue frigoris ſenſus. Graciles delicatosque prorſus a venere arcendos ſuadet, affectuum animi quoque vires in roborando corpore expendit. Alimenta, fibras proprie roborantia, nulla dari perhibet, et ſic quoque vina auſtera et ſpirituoſa minus laudat, cum aliquatenus quidem, ſi fibrae debili iungantur, roborare poſſint; ſed cum nutritioni obſtent, obſtent etiam actiuitati. Hinc adſtringentia a roborandi methodo prorſus ablegat, quod etiam ſtatuit de cardiacis, analepticisque. Alteram vero per externa medicamenta roborandi methodum, ex veteribus deſcribit atque commendat. Britannorum balnea gelida frigidaque ex parte tantum commendanda eſſe cenſet, omniaque in vnum contrahens, parentum male ſedulorum curam taxat, qui ventis, aëri, gelu exponere pueros timent, et qui vni alimentorum generi ita miſellos aſſuefaciunt, vt ab inſolito vellicatu nullum nanciſcatur robur ventriculus, nullum ſentiat ſtimulum natura.

p. 46. *Acquiſitam* vero *debilitatem nerueam*, quae a vitiato partium, ſenſui atque motui dicatarum, tono, pendet,

pendet, in articulo 2. per mutationes oppoſitas, ſed per gradus ſibi ſuccedaneos, non ſubito tollere ſuadet. Hinc ſoli mutationem tantum praeſtare, et niſi radicibus altis inſederit, raro alia opus eſſe methodo, id quod Anglorum, Pariſios petentium, iuniorumque Alpium incolarum, noſtalgia laborantium, exemplo illuſtrat. Alimentorum, quorum varietatem maxime commendat, reliquarumque ſex rerum non naturalium vitia oppoſitis ſenſim emendanda, maximamque curationis partem inde repetendam eſſe cenſet, monetque, vt leges, quibus aſſueſcere poſſint, et quaſi manſueſcere affectus animi, ſtudioſe perpendamus. Cauſa vero debilitatis acquiſitae deuicta atque ceſ- p. 58.
ſante, fibris, aut nimis tenſis aut atonia laborantibus, robur vel medicamentis vel diſtractione atque diuerſione addendum eſſe, oſtendit. Diſtractio vel diuerſio ita appellatur, quia pars ſentiens diuertitur quaſi atque auocatur ab importuno mali ſenſu. Hinc itinera, ſanitatis ratione ſuſcepta, eorumque commoda, et viatorum tam curru, aut naui, vel equo vehentium, ſeruanda praecepta vberius exponit. Medicamenta ſtimulantia praecipua, vina varia eſſe perhibet. Adſtringentia terrea, e regno vegetabili petita, hic vtiliter adhiberi poſſe oſtendit, mineralia vero, excepto marte, omnia cum antimonio reiicit, licet illum gracilitati fibrarum minus conducere, phthiſicisque nocere, concedat. Contra *debilitatem* p. 79.
nerueam, in variis partibus deliteſcentem, in appendice oſtenſis primum remediis, ex veterum arte gymnaſtica petitis, recentiorum ſaltationem, artem gladiatoriam, deambulationem, geſtationem, equitationem commendat, paruumque in debilitate partium medicamentis locum eſſe concludit.

In capitis ſecundi articulo 1 *de curatione cauſſarum* p. 90.
melancholiae nerueae, aeris ariditatem tam vitare, quam emendare, effectibusque illius, ſcilicet rarefactioni et

exſiccationi,

exſiccationi, victu humido, acido, denſante, ſtyptico, mederi ſuadet. Si a liquido, intus retento, orta ſit, illud euacuantibus per hirudines, fonticulos, ſetacea, veſicantia educendum; venena vero inuiſcantibus, laxantibus mitificantibusque compeſcenda eſſe. Hinc ſi a lue venerea nerui patiantur, mercurius, neruis certe irritandis alias aptiſſimus, in medicamentum
p. 97. vertatur. Contra impetum vero cauſſarum cum patentium, tum latentium, pectus obduretur, quod diuerſione ſenſuum et mentis optime eſt peragendum, ſenſum vero narcoticis vel inebriantibus retundere velle, non perinde vtile eſt. Omnibus caeteris animi affectibus, praecipue vero enthuſiaſmo, atque illi conuulſionum generi, quod ex aliorum imitatione contrahitur, medetur terror. In concitandis vero illis animi motibus ingenti artis prudentia opus eſſe, ne fibrae illico, et omiſſo medio in oppoſita abreptae trahantur. Metuentibus metum, maiore metu incuſſo, diſcutere velle, periculoſum, feliciorem vero methodum eſſe iudicat, qua ab ideis cruciantibus diuertatur, id quod ſcientiarum ſtudio, corporisque ad veterem morem exercitio, et muſica arte optime perficiatur. Hinc in appendice, *de muſices ad ſanandam melancholiam effectibus*, praemiſſa eius hiſtoria, oſtendit, ſonum, licet aurem videatur ſolam afficere, ab eo tamen in aliis partibus etiam vibrationem emicare poſſe; triplicem igitur ſtatuit muſices effectum, 1) quo animi effectus concitare, 2) motus animi impotentis ſedare atque compeſcere, et 3) regularem in fibris atque ſenſibus concuſſum et fibrationem concitare poſſimus, id quod α) ex furore bellico, equis etiam ab inſtrumentis militaribus afflato, β) ex ſaltatione, in melancholiae curatione duplici titulo commendabili, et γ) ex Dauide, Saulum per cytharae cantum compeſcente, pluribusque aliis exemplis illuſtrat.

Prima.

Primariorum melancholiae nerueae effectuum curationem ni articulo 2, et quidem 1) tenſionis *melancholicae* tradens, hanc in priore et ſimpliciore morbo ſemper laxantia, pro morbi gradu varia, et in rupturae metu, ante alia omnia venaeſectionem exigere arbitratur. Poſteriorem vero morbi ſpeciem, vix extra paroxyſmum, in ſumma autem acceſſus vehementia, ſaepe venaeſectionem, moderatam tamen, ferre et poſtulare; extra furorem erethiſmi autem ſaepe roborantibus debellari, imo et inſtaurantibus atque cardiacis cum victu, tum pharmacis prorſus fugari. Per laxantia vero intelligit ſolam aquam leni mixtam mucagine, v.g. decocta foliorum graminis, lactucae, betae etc. Hinc melancholia neruea laborantibus victum imbecillimum ſuadet, ieiunia vero diſſuadet. Paucum vinum oligophorum aquae mixtum concedit, coffeam vero, chocolatam cane et angue peius habendam, nec Sinenſium theae fidendum eſſe arbitratur. Melancholiam in corpore minus praediſpoſito, a cauſa vehementi, vt eſt animi affectus vehemens, natam, ſolis diluentibus tolli poſſe, illam vero, quae a natiua conſtitutione pendet, vix auxiliis his auſcultare. 2) *ſenſuum ſymptomata*, ſcilicet 1) intenſam tantum ſenſuum acutiem, 2) ad delirium vſque imminens auctam, 3) peruerſam ſimul vel a leuibus initiis ad ferociſſima deliria vſque perductam, curaturus, primam, ſi ſubito acceſſit, ſenſuum erectione et a terriculamento auocatione et auerſione, vel etiam in primo inſultu ſtimulantibus aromaticis, reuinctam vero ſanguinis circulationem, venaeſectione mature inſtituta tolli poſſe arbitratur. Quodſi vero cauſa ſubito inuadens longam ſui notam inuſſerit, diuerſionem per ſopientia, auocantia, diſtrahentia, occupantia imo et antiſpaſmodica ſibi repoſcere, quo et muſices effectus et ſpectaculorum varietas pertineant. Anodyna et ſoporifera laxantibus et diluentibus

p. 119. p. 126.

luentibus iunƈta, tam ſanatiuae, quam palliatiuae curationi ſatisfacere. Opium enim, ſi gradus mali immodicus, aegerque in interuallis ſanus ſit, et ſenſu licet immodico, funƈtiones tamen parum a natiuo tono deſciſcant, ſi denique patentes atque liberae ſint viae, per quas vacuatio altera alteri ſuppleat, tuto vſurpari poſſe, foetidaque gummi v. g. aſſam foetidam, caſtoreum, myrrham, verum eſſe conuulſificae opii proprietatis antidotum; moerori vero, moeſtitiae lentisque animi affeƈtibus cardiaca illa mederi, ſiue ſola, ſiue opio iunƈta. Ad motus animi melancholicos compeſcendos, vinum quidem primas obtinere, illo autem nequaquam abutendum eſſe; omnibus enim melancholiae nerueae cauſſis, atonia ſola excepta, nocere; hinc tonici potius, quam narcotici titulo vſurpandum eſſe. In vehementiſſimo vero melancholiae nerueae gradu, caute cum venaeſeƈtione agendum, prodeſſe potius laxantia, praeſertim balnea, et fortaſſis etiam gelida illa, quae non tantum diluant, ſed et
p. 140. roborent fibras, 3) *Motus ſymptomata ſublaturus* differentiam inter ſenſus conſopientia et antiſpaſmodica oſtendit, eaque corpora eſſe dicit, quae etſi cauſam occaſionalem non attingant, ſpaſmum tamen tollant. Animale vero regnum tollendis illico ſpaſmis proprie dicatum eſſe perhibet. Alteram vero antiſpaſmodicorum claſſem, quae plus roborando, quam ſpaſmo compeſcendo proſit, ex vegetabilibus, volatilitate ſua aliquatenus naturam animalem aemulantibus, conſtituit, in ſubito inſultu tamen vix aliquid praeſtare, morboque potius mederi, quam paroxyſmo. Radicem valerianae ſylueſtris fibris tenſis atque gracilibus nocere, et prodeſſe tantum in ſpaſmis, quae fibras debilitando, nouam erethiſmo occaſionem praebeant, nullumque eſſe remedium, quod in omnibus aeque caſibus vſurpari poſſit, praeter oleum animale DIPPELII, quod omnem paginam adimple-

adimpleret, niſi gracili atque tenſae noceret fibrae, phlogoſinque inducendo, ſaepe haemorrhagiam accerſeret. 4) *Contra atoniam melancholicam*, praemiſſis quibuſdam cautelis, liquorem aethereum, ex vitriolico acido paratum, commendat. Vehementiſſima vero antiſpaſmodica, roborantia, ex vegetantibus gummi foetidis, herbisque aromaticis petita, euidenti atoniae competere, praecipue vero martem, vina chalybeata, aquasque minerales, inter quas Spadanae principatum obtineant.

In articulo 3 *conſenſum et repugnantiam melancholiae nerueae cum remediis vacuantibus expendens*, 1) *venaeſectionem* in paroxyſmis ſaepe adhibendam, quin imo, vrgente neceſſitate, iterandam eſſe, non dubitat. Quodſi vero mulieres ante paroxyſmi tempus iam debiles et exhauſtae fuerunt, eandem nullatenus iuuiſſe, et nocuiſſe aliquando, ſi ab atonia motus ſpaſmodicus pependerit. Extra paroxyſmum autem non adeo prodeſſe, niſi ſingulares circumſtantiae illam exigere videantur. 2) *Vomitum* e contrario *et catharſin in melancholia neruea* ſemper nocere perhibet, et cum illis proprium ſit, vt irritando agant, hoc ſolo titulo a cura melancholiae nerueae exulare debere. Quodſi vero primarum viarum ſaburra haec exigat, cathartica aromaticis et antiſpaſmodicis, etiam fortiſſimis, mixta, feliciſſimo cum ſucceſſu exhiberi poſſe. p. 153.

In articulo 4 *de efficacia remediorum quorumdam, in melancholia neruea ſpecificorum*, agens, 1) *Kinam Kinae* toties exulare debere arbitratur, quoties tenſio, aut ad tenſionem diſpoſitio adſit. In atonia vero et morbis ſpaſmodicis, periodice recurrentibus, expenſis pro et contra rationibus, cortici huic omnino fauere videtur Auctor. 2) *Balneorum ſimplicium* frigidorum *vſum* in atonia, tepidiorum vero in toni augmento conuenire poſſe. Cum vero haec in ato- p. 164.

niae metu, illa ſpaſmis praeſentibus noceant, raro admodum locum reperire poſſe iudicat, ſi tamen in tepida immerſione peccandum ſit, frigidulam adhi-
p. 173. beri mauult, quam calidiorem. 3) *Diaetae* tandem *lacteae vſum*, in vera fibrarum debilitate, a gracilitate atque tenſione pendente, non ſolum nutrire, ſed et roborare poſſe. Quotiescunque vero atonia fibrae peccent, vel ſymptomatum cauſſa in peruerſione toni poſita ſit, nocere, hinc diagnoſi ſeuera opus eſſe, vt caſus illi dignoſcantur, in quibus lac vel opem ferre, vel nocere poſſit. Quae omnia, huc vſque generatim dicta, in *corollario, methodum therapeuticam in variis melancholiae nerueae ſpeciebus exhibente*, ad caſus ſpecialiores adplicat, exemplisque illuſtrat.

p. 183. *Affectionem hyſtericam et hypochondriacam* in capite 3. §. 1. duce SYDENHAMO, antiſpaſmodicis, cortice Peruuiano, limatura martis, equitatione, et gymnaſtica rite inſtituta, additis quibuſdam cautelis, ſubleuare et abigere tentat. 2) *In maniae verae nerueae curatione*, ſemper attendendum, vtrum a tono aucto atque intenſo fibrarum ſolum dependeat, an etiam atoni quid lateat? Vehementiſſima illa, quae volatili fragrantia neruos ſedare videntur, hic raro locum inuenire, ſed moderatioribus ſemper vtendum eſſe. Quodſi vero ab immodica et ſubita debilitate pendeat, per cardiaca roborantia fugari, venaeſectione, purgantibus et ſudoriferis immedicabilem reddi. Intermittenti vero maniae, itinera, equitationes et animi diſtractionem magis conducere, et in caſibus quibuſdam efficaciam corticis Peruuiani ſentiri ſalutarem. 3) *In conuulſiuo morbo ſanando* ſi paroxyſmus vehemens ſit, poſt venaeſectionem vehementiſſima, ex animalibus petita, antiſpaſmodica, commendat. Extra paroxyſmum vero vel laxantia vel antiſpaſmodica, balnea frigidiuſcula et praeparata martialia ſuadet. Tremores vero, ſubſultus ten-

dinum,

dinum, ſi a debilitate pendeant, roborantibus abigere tentat.

Morbos vero, *a melancholia degenere pendentes*, et quidem 1) *febrem lentam nerueam* ſecundum tripli- p. 192.
cem originem et cauſam, 2) *tabem* vero *nerueam*, modo ſuppuratio abſit, nutrientibus, diluentibus, laxantibusque, atque diaeta lactea, equitatione et frictione, pro re nata curari, antiſpaſmodicis autem hic nullum pretium eſſe, oſtendit. 3) *Paralyſeos* autem et *hydropis curationem*, ex notis atoniae et colluuiei ſeroſae indicationibus inſtituendam eſſe, ſi miſceatur cum illis non parcus, ſed fortis antiſpaſmodicorum, validius cardiacorum vſus.

In partis ſecundae capite 1, *de melancholiae humo*- p. 205.
ralis, et quidem *illorum curatione*, *qui ad melancholiam humoralem praediſpoſiti ſunt*, Cl. Auctor ſpiſſitudinem ſanguinis inflammatoriam, pro remotiſſima melancholiae cauſa declarans, omnia remouenda ſuadet, quae, dum tenuiores fluidorum particulas auferunt, ſanguinem denſant in ſolidiorem maſſam, eumque exſiccant, omnesque, ſola ſanguineae ipſius rubrae partis excepta, vacuationes damnat. E contrario aerem purum, leuiter humidum, campeſtrem, victum ſimplicem humectantem, ex cerealibus bene fermentatis et tenuioribus carnibus, ſummam et corporis, et animi quietem commendat. Vetat caput ſoli exponere, vt et vigilias, veneremque. Commendat cum BOERHAAVIO ſapones, vegetabiles v. g. acetoſam, lactucam iuniorem cet. fructus horaeos, et praecipue mel (atque huic affine ſaccharum), quod cum aqua multa dilutum et ſero lactis admixtum, maximopere laudat. Ad ſolidorum vero erethiſmum et atoniam abigendam, poſt humectantem diaetam tonica aut antiſpaſmodica conueniunt. Acidulas quoque plurimum commendat, interdum tamen,

 vbi

vbi v. g. melancholia neruea abiit in humoralem, antiſpaſmodicis poſtponendas aut iungendas. Litem de balneorum vſu ad praecauendam melancholiam, p. 233. ſic dirimit, vt ſubfrigida conducere, tepidiora vero atoniae nocere iudicet, optetque, illa ad veterum morem iterum introduci. Cathartica contra, tanquam noxia damnat. Vino, melancholiae, ex animi affectibus imminenti, medelam quaerere damnat, niſi leuius ſit, et plurimae adhuc aquae permiſceatur. In lacte, lacteaque diaeta commendanda, omnia ſummopere penſitanda ſuadet, cum pauciſſimi illud ferant, et cum lactis inſipida dulcedo, atoniam praeter modum augeat.

p. 239. In capite 2 *de curatione cauſſarum variarum, quibus melancholia intra corpus introducitur.* A lymphae, quaſi ſpontanea alteratione aceſcentis, corruptela pendentem melancholiae ſpeciem, iunioribus imbellibus feminis, praecipue puerperis, longo tamen a puerperio tempore, frequentem, leuiora requirere remedia, magisque ſaponacea, imo morbum ſibi ipſum criſin et exitum facere, per vlcuſcula, in fundo nigra, immenſam vim liquidi depluentia, a quo ipſa terrea appoſita emplaſtra, ſalino inſtar imbuta tabo *friabilia* euadant. Hinc lymphae vitio ſudorifera lenia conducere, fomentis externis ad cutis organa determinanda, ſaepe enim cutim ſub eorum actione papulis et tuberculis magis magisque deturpari, quae criſis optima ſit, poſtea vero alcalium leuium parcam doſin, et aquas minerales curam complere. Nec martem ipſum non profuiſſe, ſuſpenſa doſi et attenta manu exhibitum. Acidum intra lympham, a lue venerea admiſſum, per mercurialia ſanari. Si a lymphae acris vitio, v. g. ab herpete, ſcabie retropulſa, orta ſit, remedia his vſitata, vel ſcabiei inſertionem iuuare. Triſtibus vero moerentibusque ſemper ſpem et fiduciam addendas, choreas, ſaltationes

nes aut ſaltem deambulationes ſuadendas, aluum liberam ſeruandam, omnesque excretiones ſine vi augendas eſſe. Lenta et ſoluentia eccoprotica v. g. oleum ricini, mannam, caſſiam, tamarindos, inprimis vero epithymum laudat et maximopere commendat. Quod ſi vero melancholia vitiis hepatis atque lienis adſcribenda ſit, tardato per venam portarum circuitui, ſaepe, miraculi inſtar, mederi venaeſectionem; reuocatas haemorrhoides, aut ab hirudinibus per artem prouocatas, morbi cauſam penitus ſuſtuliſſe, balnea, ſemicupia curam perfeciſſe. Morbi tandem materia penitus exacta, roborandis viſceribus illis, aquarum martialium vſum concedit. Purgantia autem, ex aquis mineralibus ſoluentibus petita, palmam omnibus, ab antiquitate commendatis, praeripere. Et cum veteres, ſpleni laborantibus poſt longa remediorum taedia, lactis aſinini vſum conſecrarent, Cl. Auctor e contra lac, ob vappidam bilem, fatiſcentesque digeſtiuas vires, valde metuendum credit.

In capite 3 *de curatione melancholiae humoralis,* p. 259. *ſeu ipſius morbi* articulo 1: *qualem veteres deſcripſere.* Medendi methodos, ab HIPPOCRATE, ARETAEO, GALENO, ALEXANDRO TRALLIANO, ORIBASIO, CAELIO AURELIANO, AVICENNA, PARACELSO, SENNERTO, propoſitas, recenſet, comparat, mirumque dein inter omnis aeui, omnis ſectae medicos, ad curandam melancholiam, conſenſum, STAHLIO, FRID. HOFFMANNO, BOERHAAVIO et SWIETENIO, nequaquam omiſſis, oſtendit, et in appendice *de veterum helleboriſmo* agit. Hellebori p. 288. antiquiſſimam famam, deſcriptiones, diuiſiones, ſolum natale optimum, praeparationis efficaciam, diſſenſum auctorum, circa helleborum nigrum eiusque notas, virium diuerſitatem vtriuſque hellebori, fata, vſum, GALENI tempore iam reformidatum et euileſcentem, poſteaque prorſus abolitum, a GESNERO ve-

ro et MAYERNE quodammodo reſtitutum, exhibendi methodum et doſin, in variis formis variam, cautelas, quibus exhiberi poſſit vel non, recenſet, et
p. 313. refert, ſe ipſum ex malo, cui drachma vna imo et altera veratri albi inditae erant, ante focum coсto, ſaccharoque, poſt veratri exemtionem, condito, mira quidem ſymptomata, aſt magnum etiam leuamen
p. 317. obſeruaſſe. Atque ex his omnibus concludit, ineſſe helleboro vtrique vim ſpecificam, qua morbos melancholicos, praeſertim, ſi cerebri arcem obſederint, profligant, atque aut vacuando, aut corpus immutando prorſus ſanent. Tandemque STOERCKIUM prouocat, vt hellebori vſum noua arte per experientiam iterum introducat.

p. 321. In articuli 2 §. 1. *de melancholiae humoralis vniuerſalis curatione*, ob acorem in vniuerſali hac melancholia non adeo manifeſtum, craſſitiei vero humoris melancholici ſummos aliquando effectus, cum veteribus initium faciendum eſſe ſtatuit a venaeſectione, quam in vehementiſſimo, apud nos vero raro, gradu iterandam ſuadet, cum frictionibus, diluentibus, tepidis leniterque tonicis plantarum infuſis. Progreditur dein ad rectam ſex rerum non naturalium adminiſtrationem. Medicamenta vero aduerſus melancholiam, ipſo veratro non excepto, ſoluentia eſſe, ſi tamen et ſeſe rebellem et vix ſoluendam demonſtrauerit, tunc corpora ad purgationem praeparanda eſſe, balneis ſimplicibus tepidis cet. quorum ſic feliciter reſtitutorum varios caſus ſubiunxit. Si vero in inueterata, iam ſolidorum tonus collabatur, tunc potentiſſima ſoluentia v g. helleborum album atque nigrum adhibenda eſſe, vtpote antimonialibus, mercurialibus et antiſcorbuticis longe praeſtantiora. Imo ſi renuat morbus, modo propoſitis cedere, mutandum eſſe prorſus habitum corporis. Lactis aſinini et foeminei vſum iis, quibus

bus primae viae liberae ſint, vtilem eſſe poſſe, vaccini non perinde. 2) *In melancholia humorali hypochondriaca curanda*, hirudines venaeſectioni praeferendas eſſe cenſet, optimo vero cum ſucceſſu adplicari, poſt praegreſſam e brachio venaeſectionem. His ſuccedant diluentia, ſoluentia, interpoſitis manna cet. vel etiam aquis mineralibus, helleborus niger, variis ſoluentibus mixtus, et tandem morbus bilisque meraco helleboro expellatur. Aromatica purgantibus draſticis addita, non ſolum tormina et nauſeoſam purgantium indolem praecauere, ſed et illorum virtutem purgantem adaugere atque extollere. Aperientia amara, ſalina, aquasque minerales frigidas, praeſertim Spadanas, reliquum curationis abſoluere, reditumque morbi praecauere. 3) *In melancholiae, caput occupantis, curatione*, per venaeſectionem ex inferioribus partibus. ſanguinem ſubito, magna quantitate ſimul educendum ſuadet, vt faciei pallor, depleri etiam interiora vaſorum cerebralium, arguat. Vomitoria potentiora, ipſo veratro non excepto, pluries repetita, et fortiora cathartica conducere, ſomnum protractiorem, opiataque omnia nocere, caute balnea adhibenda eſſe, embrocationes frigidas, quae ex alto in caput ipſum fiant, caeteris antecellere. Cautela tamen, ingentique arte opus eſſe, ne mors inopina inſequatur, vt Cl. Auctor bis vidit. Balnea frigida enim fere nunquam profuiſſe obſeruauit, niſi inſania a mera ſanguinis rarefactione et humorum orgaſmo pendere viſa ſit. 4) *De curatione humoris melancholici in varias partes decumbentis*. Si per aluum exitum moliatur, vias lubricantibus mucaginibus demulcendas; in anthrace et cancro, ſphacelum et ſiderationem intentante, omnia molienda, vt a partibus nobilioribus in ignobiliores transferatur criſis, cauteriorum et veſicantium applicatione, cortice Peruuiano et poſt eius vſum caeteris antiſe-

p. 350.
p. 362.
p. 370.

 pticis

pticis quibuscunque. Si humor melancholicus cutem infeſtat, curam inſigni ſucceſſu peregiſſe, Auctor vidit ſemel, frictionibus mercurialibus lente atque ſenſim exhibitis, fruſtra tamen in aliis caſibus tentatam.

p. 378. In capite 4 articulo I. §. 1. *contra affectionem hyſtericam humoralem*, laxationem vaſorum et humoris mitificationem, nec non cathartica ſuadet, ſin vero morbus per nigrorum excretionem non ſoluatur, in
p. 381. cancrum vteri abire. Sic quoque 2) *contra maniam melancholicam humoralem*, laxationem vaſorum, frictiones, ſerum lactis commendat, de catharticis ambigit, balnea frigida valde ſuſpecta reddit, et tartarum ſtibiatum, niſi in helleboro ſpecifica vis lateat, caeteris omnibus anteponit. Nec videt Cl. Auctor
p. 396. articulo II. §. 1. *In hydropis, melancholiae humorali ſuperuenientis, curatione*, quid arti ſuperſit peragendum, ſi helleborum, forſanque et ſcammonium excipiamus, ſuccos tamen plantarum diureticarum et ſalia
p. 400. neutra commendat. 2) *In curatione phthiſeos, quae melancholiam humoralem excipit*, ſomni efficaciam maximam eſſe cenſet, opium igitur adhiberi non vetat. Satius vero arbitratur ſomnum conciliare lenibus anodynis et refrigerantibus, potentiſſime vero vſu lactis tenuiſſimi, aſinini ſcilicet aut feminei. 3)
p. 403. *de melancholiae motae curatione*, totam ſpem in ſphacelo repoſitam eſſe, cenſet, cui cortice Peruuiano obicem ponere, ſi fieri poteſt, ſtudendum eſt.

VI. AN-

VI.

ANDREAE LEOPOLDI HAAN, Ordinum Styriae Phyſici Graecenſis, Inclitae Facultatis medicae Vienn. et ſociet. Styr. ad promouendam agriculturam membri, libellus, in quo demonſtratur, quod non ſolum vegetabilia, animalia, et mineralia, menſtruo ſimplici paucis horis poſſint ſolui, verum etiam extracta puriſſima et ſalia eſſentialia educi. Vindobonae, typis Ioan. Thomae de Trattnern. 1766. 8. Pl. 4.

Cum ex methodo Ill. Comitis DE GARAYE, qui in machina ſua trituratoria, ex trium regnorum ſimplicibus, aqua ſimplici ſalia educere docet, haec in virtute non mutata, ſed ſapore ſemper, ſaepe etiam colore et odore ſimplicis praedita, animaduerteret Cl. Auctor, varias autem in iſta methodo, alias laudanda, difficultates cognoſceret, aliam methodum, ſolutiones corporum inſtituendi et ex iis extracta puriſſima et ſalia eſſentialia parandi, excogitauit, qua obſeruata idem, quod in methodo Garayana poſt vnum alterumue diem praeſtabatur, non ſolum paucis horis obtinuit, ſed etiam multa, quae alias fieri non poſſunt, fieri poſſe, deprehendit. Hanc itaque methodum communicat Noſter, primoque machinam et reliquam ſupellectilem, ad hunc laborem neceſſariam, deſcribit, poſthac autem experimenta, quaecum corporibus trium regnorum inſtituit, breuiter recenſet.

Machina, in qua experimenta inſtituit Noſter, ex orichalco facta et eadem eſt, quam PAPINUS olim inuenit, putatque Cl. Auctor, tantam fieri a calore, aqua et aere in ſubiectam materiem actionem, vt eius pori minimi penetrentur, partes componentes disiungantur, et menſtruum ſibi ſalia et olea ſociare p. 9.

poſſit, terram vero relinquat. Oſtendit quoque, hac methodo ſolutionem cito perfici, nihil quidquam amburi, nihil perdi de aromate, et totam tamen e corporibus elici ſubſtantiam; quod variis experimentis probare annititur.

p. 17. Primo experimenta, cum quibuſdam corporibus regni vegetabilis inſtituta, communicat; ex rhabarbari nimirum vncia ſecundum methodum deſcriptam extractum, colore, odore, ſapore rhabarbari praeditum, pondere drachmarum 3 et granorum 23, ex drachma autem et granis 42 extracti, drachmam vnam et grana quatuor ſalis eſſentialis obtinuit, quod aquam ex aere attrahit, in cella in oleum deliqueſcit, in aqua ſoluitur, in pollinem tritum, colorem rhabarbari refert, colore flauo, ſapore vero amaro ſubdulci, et odore magis grato, quam in extracto, praeditum eſt. Reſiduum ab aqua non ſolutum et exſiccatum, paruam portionem reſinoſae ſubſtantiae dedit. Pari ratione corticem Peruuianum, lignum guaiacum, abſynthium, cicutam, flores chamomillae romanae et myrrham, experimentis ſubiecit, et extracta, virtutibus ſimplicium praedita, obtinuit. Sub finem horum experimentorum corollaria quaedam ſubnexuit, quibus oſtendit, 1) decoctionem in machina, ex aurichalco fuſa, pro vſu medico ſuſpectam non eſſe, ſique plantae, guſtu acidae aut alcaleſcentes coquendae ſint, ferream eligendam, ſique haec ſuſpecta ſit, Garayanam inſeruire poſſe; 2) virtutem vegetabilium non mutari in virtute ſimplici propria; 3) medicamenta ſic parata facilius effectum ſuum praeſtare; 4) terram, ab operatione reſiduam, non pertinere ad virtutem ſimplici propriam; 5) hancque terram, corpori ingeſtam, ſaepe noxiam eſſe poſſe; 6) decocta et extracta, hac encheireſi parata, praeferri debere decoctis et extractis pharmacopoeorum, quod nihil de virtute perdatur; 7) tin-

cturas, eſſentias, balſama artificialia liquida, ſyrupos, ſi alia in vſum vocentur menſtrua, hac methodo quoque fieri commode poſſe.

Pari ratione in machina ſua cum partibus qui- p. 36. buſdam animalium, cum carne nimirum bubula, cum cranio humano, capillis humanis, cornu cerui et lapidibus cancrorum experimenta inſtituit Noſter, et ex carne bubula aquam, ſucco animali valde impraegnatam, ſaporis leuiter adſtringentis, ex cranio humano ſolutionem rubellam, ſapore ſalino praeditam, hacque euaporata, ſal coloris ſubrubentis, ex capillis humanis itidem ſal et aquam foetidam, ex raſura cornu cerui ſolutionem, ſaporis leuiter adſtringentis, qua ad ſiccitatem euaporata, fruſta pellucida, in aere libero diu relicta, aquam attrahentia, linguamque leui quadam acrimonia pungentia, ex lapidibus cancrorum vero nihil fere obtinuit. Ex his itaque Noſter colligit, ſalia animalia aggredi aes, neque tamen videri noxiam corpori humano paucam hanc quantitatem ſoluti aeris; digna porro videri ſalia haec, inprimis ſal cranii humani et capillorum ſimplex et aquam capillorum foetidam, atque cum odorem empyreumaticum deprehenderit Noſter, interdum quoque corpus, cum aqua in machina coctum, amburi poſſe, colligit; lapidibus autem cancrorum ob id, quod nihil dederint, nullam virtutem diaphoreticam, temperantem aut refrigerantem ineſſe, monet.

Tandem quoque cum quibuſdam corporibus re- p. 48. gni mineralis, cum auro nimirum, cum marte, cum antimonio et coralliis rubris, experimenta inſtituit Cl. Auctor, aurumque cum aqua, in machina ſua coctum, aquam dediſſe, qua euaporata, ſoluti auri quidquam relictum fuiſſe, notat. Cum vino generoſo coctum aurum ſolutionem coloris aurei dedit, aurum vero, ab operatione reſiduum, de colore ſuo aureo multum

tum amiſiſſe, colorisue fere cuprei, cum flaccis nigris intermiſtis, fuiſſe, perhibet. Ferrum, cum aqua coctum, ſolutionem dedit, quae euaporata, ſal flauum, ſapore amaro et odore ſulphureo dedit, cum vino autem coctum ferrum, tincturam ex albo flaueſcentem, odoris gratiſſimi, liquori anodyno non abſimilis, et ſaporis ſubdulcis, adſtringentis, exhibuit. Antimonium in machina aurichalcea coctum, ſal dedit nauſeoſum, quod a Cl. Auctore deguſtatum, ei conatus vomendi excitauit, in ferrea autem machina coctum, itidem ſal exhibuit, quod pro vſu medico non obeſſe, Noſter putat. Tandem corallia rubra, quae cum aqua cocta nihil dederunt, vinum, calore flauo leuiter tinctum, praebuerunt, corallia autem minus rubra fuerunt. Itaque virtutem, quae in metallo quaeratur, in his tincturis contineri, martisque tincturam deſcriptam effectus, qui marti adſcribantur, feliciter edere, corallia autem non eſſe puluerem mere abſorbentem, Noſter colligit.

VII.

Neruorum primi paris hiſtoriam, grauiſſimi medicorum ordinis indultu pro licentia, doctoris gradum petendi d. 6 Aug. 1766 ſolenniter defendet IOHANN. DANIEL METZGER, Argentinenſis. Argentinae apud Chriſtmann et Levrault. 4. pl. 5.

Cum Cl. LOBSTEINIUS auditoribus, mixtam nerui olfactorii e cortice et medulla cerebri ſubſtantiam demonſtraſſet, Auctor huius diſſertationis Cl. vlterius in hanc rem inquiſiuit, hiſtoriamque eorum, quae de hoc neruo, varii omnis aeui auctores, tradiderunt, collegit. Enarrantur itaque primum
p. 3. chronologico ordine variae opiniones, quae a GA-

LENO

LENO ad noſtra fere tempora a variis circa horum neruorum naturam et vſum prolatae fuerunt, cum alii hos neruos verum olfactus organon eſſe aſſumerent, alii eos muci potius excretioni vel aliis vſibus inſeruire putarent; quae cum omnibus fere nota ſint, ſicco pede tranſimus. Deinde ortum horum neruorum vlterioremque ad nares progreſſum accuratius deſcribit, oſtendens, oriri eos duplici principio medullari, longiore ſcilicet et breuiore. Et longius quidem ex angulo fiſſurae SYLVII, lato initio vel nonnunquam acuminato oritur, atque incuruato ductu verſus anteriora procedit, et appropinquat fiſſurae, quae cerebri anteriores lobos diuidit. In hoc inceſſu per cineream ſubſtantiam corporis ſtriati inferioris et anterioris progreditur, argenteo ſuo colore facile diſtinguendum, tandemque ſe alteri principio medullari iungit. Hoc, quod breuius eſt, oritur ex diſtincto limite, qui inter corpus ſtriatum anterius et poſterius eſt, rectaque via antrorſum procedit. Duo vero haec principia, quae vbi coniunguntur, nerui formam induunt, non ſola medulla conſtant, ſed *arripiunt ſecum a duobus ſui lateribus loborum anteriorum cerebri ſubſtantiam corticalem*, *in filamentorum quoque naturam degenerantem*, *quae in itinere cum medullaribus iuxta ſe inuicem incedunt*, *ita*, *vt eorum ordines alternare diceres*, *atque perducuntur diſtincte ad neruorum horum fines*. Tertium quoque principium aliquoties obſeruauit Noſter, ex interſtitiis anteriorum loborum cerebri, prope principium crurum cerebri, quod ex fundo ventriculorum anteriorum videbatur exire, tegebaturque papilla, quae ſubſtantiam corticalem loborum cerebri anteriorum, vbi continui ſunt, terminat. In vniuerſum hi nerui in origine ſua lati ſunt, et in ſulcis, baſi loborum cerebri anteriorum inſcriptis, triangularibus, in media parte profundioribus, quam verſus extrema, latent. p. 28.

Diameter

Diameter eorum primum ſenſim minor fit, deinde vero vbi ad foramina oſſis cribroſi accedunt, iterum in latitudinem expanduntur, et quaſi intumeſcunt. Arachnoidea et pia matre veſtiuntur, atque praecipue in oſſe turbinato ſuperiore vltimis
p. 31. finibus ſuis diſtribuuntur. Quod vero ad ſingularem horum neruorum ſtructuram attinet, cum non, vti HALLERUS *) aſſeruit aliquando, ſed obſeruante LOBSTEINIO, perpetuo, ex medullari et corticali ſubſtantia cerebri compoſiti deprehendantur, tenendum eſt, Cl. Auctorem pluribus hic demonſtrare, *corticem neruis his non ideo intermixtum eſſe, vt medullaribus fiſtulis in ſuo decurſu fluidum infundat adiiciatque per medullares neruorum origines aduenienti, quae haud ſatis ſuo cortici vicinae ſint.* Hunc enim finem naturae non fuiſſe, patere arbitratur, *ex perpetua nec omnibus locis aequali vtriusque ſubſtantiae diſtributione in filamenta, quae mechanico modo ſeſe in medio accommodant baſi cranii, ipſiusque nerui ſulco.* Neque ideo corticalis ſubſtantia adeſt, vt medulla, nimis a cortice remota, fluidum ex ea acciperet, cum ſatis vicinus cortex ſit, ſuperetque copiam corticis, qui in vicinia originis aliorum maiorum neruorum poſitus eſt. Corticem ſpirituum circulationi inſeruire, eosque reuehere, vel medullam hunc vſum praeſtare, impoſſibile eſt ob repercuſſionis leges, quibus efficeretur, vt motus, in fluido excitatus, deſtrueretur, aut infringeretur, dum recens ſecretum obuiam fieret retrogredienti. Medullam ipſam ſenſibilem eſſe, nihilque fiſtuloſi ei ineſſe, refutatur experimentis Cl. Auctoris, qui cognouit, non ſolum corticem nullum ſenſum habere, ſed et animalia, medulla in anteriore parte cerebri ad baſin cranii vſque perforata, non doluiſſe: contra vero medulla oblongata laeſa, illa horrendis cruciatibus vexari, vitam tamen illorum

*) *Element. Phyſ. corporis humani* T. IV.

rum adhuc per aliquod tempus ſupereſſe. Num vero cortex et medulla in ſuperiore parte aeque inſenſiles, vbi ad baſin caluae accedunt, ſenſibilitate creſcant, nulloque inter has duas poſito diſcrimine, medulla in his neruis cortice pro fulcro ſit, aut vti Cl. BATTIE iam ſtatuit, cortex in omnibus neruis adſit, Cl. Auctor definire non audet.

VIII.

Hiſtoire de l'Academie royale des Sciences et Belles Lettres. Année 1759. à Berlin, chez Haude et Spener 1766. 4. Alph. 2. pl. 19. Tabb. aen. 11.

h. e.

Hiſtoria Academiae regiae Scientiarum et elegantiorum Litterarum. An. 1759. Berolini etc.

In claſſe philoſophiae experimentalis ſequentes commentationes occurrunt.

1) *Experimenta, quibus demonſtratur, lapidem ſerpentinum Saxoniae, neque ad terrarum argillacearum, neque ad lapidum argillaceorum claſſem referendum eſſe.* Auctore Cl. MARGGRAF. Cum partes argillae crudae et nondum calcinatae, ſi in aquam ea iniicitur, ſenſim a ſe inuicem diſcedant, hoc autem phaenomenon in lapide ſerpentino eiusque ſpeciebus non obſeruetur, in dicto lapide, quem vel ob ſolum hoc phaenomenon ad argillaceorum claſſem non referri poſſe, Noſter putabat, aliam proinde, ac in argilla terram ſolubilem indolis prorſus diuerſae contineri, coniecit. Inſtituit itaque Cl. Auctor experimenta, dictumque lapidem ſolutioni viae humidae ſubiecit. Lapidem nimirum, in tenuiſſimum puluerem p. 3.

rem comminutum, in retortam terream indidit, eique oleum vitrioli, triplo aquae dilutum affudit, poſthac autem omne humidum per deſtillationem ex balneo arenae euocauit. Maſſae ſiccae, in retorta relictae, aquam calidam affudit, eamque per aliquot tempus digeſtioni calidae commiſit, poſthac leni decantatione ſeparauit, denuoque aquam calidam affudit, idque toties repetiit, donec maſſa relicta inſipida deprehenderetur. Lixiuia ſalina commixta percolauit, maſſaeque, in filtro relictae, edulcoratae et exſiccatae, denuo oleum vitrioli affudit. Hac autem ratione vltra dimidiam partem terrae ſolubilis in lapide ſerpentino contineri, Noſter deprehendit. Lixiuia euaporata et ad cryſtalliſationem repoſita, cryſtallos oblongas, ſaporis amari, dederunt, quae diſquiſita, neque alumen, neque ſeleniten, ſed ſingulare ſal terreſtre praebuerunt. Itaque terram illam ſolubilem, in lapide ſerpentino contentam, neque terram calcaream, neque argillaceam, ſed terram alcalinam ſingularis indolis eſſe, Noſter colligit. Praeterea quoque terram iſtam ſolubilem non ſolum ope acidi vitriolici, ſed etiam acidi nitroſi, acidi ſalis communis, aceti deſtillati ope, obtineri, Noſter perhibet. Quod autem ad terram iſtam attinet, quae poſt ſolutionem, cum oleo vitrioli factam, relinquitur, ea ad naturam terrae arenoſae vel ſiliceae accedere et vitreſcibilis indolis eſſe dicitur. Cum alcali fixo enim commixta et igne violento fuſa, vitrum bonae indolis dedit. Itaque terram non ſolubilem lapidis ſerpentini eadem ratione, vt terram non ſolubilem argillae vitreſcibilis indolis eſſe, ideoque argillam tantum ob terram ſolubilem a ſerpentino lapide differre, Cl. Auctor aſſerit.

p. 12. 2) *Relatio effectuum acidi vitrioli ad lapides diuerſos ſeu terrae ſpecies.* Auctore EODEM. Cum Cl. Auctori

ctori feliciter contigerit, vt ex praecedenti commentatione apparet, ex lapide ſerpentino, acidi vitriolici ope, terram ſolubilem ſeparare, alios itidem lapides, dicti acidi ope, diſquiſiuit et deprehendit, ſimilem terram in lapide nephritico, ſteatite, amiantho ſeu aſbeſto, talco albicante lamellis ſubpellucidis, et terra Coſemizenſi, in Sileſia reperiunda, contineri, ſimileque ſal amarum ope dictae terrae et acidi vitriolici obtineri, ex terra vero miraculoſa Saxonica, rubrica fabrili et terra illa Suecica, *Speerſtein* dicta, mediante acido vitriolico alumen verum, nec ſalem amarum ſeſe obtinuiſſe, ideoque hoſce lapides nequaquam ad ſpecies lapidis ſerpentini, ſed ad lapides argillaceos referendos eſſe. Vitrum Ruthenicum autem, quod a WALLERIO mica membranacea, pellucidiſſima, flexilis, alba vocatur, cum acido vitrioli neque vllum ſalem dediſſe, neque etiam vllam mutationem ſubiiſſe, Cl. Auctor arbitratur.

3) *Experimenta chemica de lixiuio poſt cryſtalliſationem ſalis communis ſuperſtite, quod mater eiuſdem vocatur*, inprimis de terra, in eodem contenta. Auctore EODEM. Terram illam, in lixiuio ſalis communis contentam, et a FRIDERICO HOFFMANNO aliisque pro terra calcarea huc vſque habitam, pro terra quidem alcalina, nequaquam vero calcarea, ſed illi ſimili, quae in lapide ſerpentino reperitur, habendam eſſe, Noſter aſſerit. Terra enim ex lixiuio ſalis, ope alcali fixi, puriſſimi, praecipitata et exacte edulcorata et ſiccata, cum oleo vitrioli verum ſal medium, ſalibus amaris aquarum mineralium, ſali Sedlizenſi, Seydſchüzenſi et Ebshamenſi ſimile, cum acido nitri ſal, nitro vulgari ſimile, cum acido ſalis autem mixtum ſalinum, quod coagulationem multoque magis cryſtalliſationem reſpuit, cum aceto deſtillato demum maſſam fuſcam, gelatinae ſimilem dedit. p. 119.

Cum itaque eadem producta cum dictis menſtruis ex lapide ſerpentino obtineantur, terram ſolubilem in hoc lapide inque lixiuio ſalis contentam nequaquam differre, atque terra calcarea cum menſtruis memoratis alia prorſus producta praebeat, terram dictam pro calcarea non habendam eſſe, Noſter affirmat.

p. 28. 4) *Obſeruationes quaedam chymicae, notatu dignae.* Auctore EODEM. Prima obſeruatio vitriolum martis ſpectat: obſeruauit nimirum Cl. Auctor, vitriolum martis, in vaſe cupreo coctum, hoc etiam metallum ſibi vnire; lamina enim ferrea, quae in ſolutione vitrioli martis, neutiquam in vaſe cupreo detenta, non mutata manet, in ſolutionem vitrioli martis, cum aqua in vaſe cupreo cocti, indita, cupro obducta apparet. Idem etiam cum alumine in vaſe cupreo cocto euenit, cuprumque ſolutum alumen intrat. Itaque ferrum ex vitriolo martis per cuprum aeque bene, vt hoc ex vitriolo coeruleo per ferrum praecipitari, Noſter colligit.

p. 32. *Secunda obſeruatio ad reſinam quandam ſpectat, quae ex oleo ſuccini rectificato et ſpiritu nitri concentrato producta, odorem ſingularem moſchi habuit.* Si nimirum drachma vna olei ſuccini cum tribus drachmis et dimidia ſpiritus nitri commiſcetur, poſt 24 horas reſina flaua, liquori acido ſupernatans obtinetur, quae ope aquae, pauxillo ſalis alcalini additae, bene edulcorata et ſiccata odorem moſchi de ſe ſpargit, in ſpiritu vini ſoluitur, ex quo, ope aquae, vt reſina, deiicitur. Eadem reſina, deſtillationi ſubiecta, phlegma acidum, poſthac ſpumam pinguem dat, quae cuncta odorem moſchi habent; vltimo oleum craſſum tranſit, collo vaſis adhaerens, quod, vt oleum animale DIPPELII, odorem habet.

Tertia

Tertia obſeruatio ad *rectificationem camphorae* pertinet. Haec pro arcano Belgarum hucuſque habita, a Noſtro vix pro arcano habetur; ſiquidem camphorae crudae partes tres vel quatuor cum parte vna calcis viuae, in aere libero extinctae, mixtae et rite ſublimatae, camphoram optimae indolis praebent. p. 34.

5. *Obſeruationes morborum quorumdam rariorum* Auctore Cl. MECKEL. p. 35.

Obſ. 1. *De calculo inteſtinali, quo cauum inteſtini obturatum eſt.* Foemina ſpiritu frumenti immoderate vtens, et ſitim, inde oriundam, cereuiſiae crebriore potu extinguens, ſaepius de dolore in regione iliaca dextra prope vmbilicum conqueſta eſt, poſt caſum autem ab alto dolorem in regione vmbilicali viuidiorem ſenſit, vomituque multam bilem reiecit, variis autem ſymptomatibus accedentibus, tertio die mortua eſt. Abdomine cadaueris aperto, ventriculus vehementer expanſus et eius tunica cellulоſa aere diſtenta inueniebatur. Duodenum cum lobo hepatis dextro et veſicula fellea, in vnum et calloſum corpus coaluerat, quod cartilagini nonae et decimae coſtae adhaerebat. A latere dextro regionis vmbilicalis, vbi ampliata ieiuni pars in contractam continuabatur, calculus haerebat, quo cauum totum obturabatur. Hic ferme oualis erat, et minoris oui gallinacei magnitudinem referebat, coloris obſcure flaui, diffractus continebat nucleum oualem album, intus fibris radiatis ſplendidis conſpicuum. Nucleus hic nec acidae, nec alcalinae indolis erat, ſed ex mente Cl. Auctoris ex oleo viſcido ſanguinis humani, ſubtiliſſimis ſalinis, et terra immutabili, quae vniuerſam baſin ſolidorum corporis animalis efficit, conſtare videbatur. Cortex poſt exſiccationem fragilis ex ſtratis viginti circiter componebatur, et, experimentis in-

 ſtitutis,

ſtitutis, alcalinam potius indolem partibus oleoſis et gelatinoſis iunctam referebat, multum enim terreſtris ſubſtantiae continebat, quod combuſtio declarabat. Ex bile itaque, in inteſtinis collecta, et viſcida parte, per ſpiritus frumenti abuſum coagulata, hic calculus ſenſim formatus erat, qui, obturando inteſtinum tenue, mortem demum induxit.

p. 39. Obſeruatio 2. *De excreſcentia ſingulari in inteſtino craſſo nata et inde excreta.* Foemina triginta annorum de ſenſu grauatiuo in hypochondrio ſiniſtro et ſimul obſtructionibus aluinis ſemper conquerebatur, tandem vero poſt horrorem, dolore et inflammatione inteſtinorum afficiebatur. Qua aptis auxiliis ſedata, dolor tamen et ſenſus corporis peregrini, in inteſtinis haerentis, continuabat, tandem laxantibus medicamentis et clyſteribus crebrius exhibitis, cum violenta et doloroſa excretione aluina excreſcentia membranoſa reiiciebatur, quae duobus quaſi cruribus cauis, ad inteſtini parietem interiorem adhaeſerat, in medio in veſicam inflata. Locus adhaeſionis erat in ea parte inteſtini, quae in ſiniſtro latere curuaturam lienalem format, et hydatis erat liquore congelato plena, in duo crura extenſa. Nexum vero arctiorem cum inteſtini parietibus oſtendebant vaſa, quae ex his ad hydatidem translata, in eius ſuperficie conſpiciebantur. Excretione tamen hac cum optimo ſucceſſu facta, aegra, aptis auxiliis adiuta, vere conualuit.

p. 42. Obſerutio 3. *De aere intra thoracem, reſpirationem impediente, cauſſa mortis.* Miles duo de viginti annorum, ſtaturae procerioris, vegetus de reliquo, per ſeptendecim hebdomadas iam de reſpiratione anxia conqueſtus erat, etſi cauſſa huius incommodi latebat. Poſtquam igitur, remediis variis incaſſum adhibitis, obiret, in diſſecto cadauere hepar in hypochondrio dextro ita ſub marginem coſtarum depreſſum inueniebatur,

niebatur, vt ad coecum inteſtinum vſque deſcenderet, et ventriculum et zonam coli e ſitu ſuo deprimeret. In loco hepatis diaphragma depreſſum inſtar veſicae apparebat, et collectionem puris vel aquae in thorace oſtendere videbatur. Inciſo diaphragmate, deorſum extenſo, aer elaſticus erumpebat, quo facto, illud ſpontaneo motu ſurſum in fornicem eleuabatur. Pulmo ſiniſtri lateris ſanus erat, dexter vero lobus contractus, denſus ſine aere, nodoſus magis quam ſcirrhoſus conſpiciebatur, nec flatu, per tracheam immiſſo, extendi poterat. Spatium vacuum, quod pulmo in thorace reliquerat, et quod inſolita diaphragmatis depreſſione auctum fuerat, pleura alba non nihil denſiore, muco adhaerente illita formabatur. Videtur itaque orificium dextrum tracheae, muco tenaci infarctum, liberum ingreſſum et egreſſum aeris impediuiſſe, aeremque incluſum, calore expanſum, in thoracis cauitatem tranſiiſſe et mutationes deſcriptas induxiſſe. Rarior haec obſeruatio etiam oſtendit, aerem elaſticum intra thoracem in ſtatu naturali nec eſſe, nec reſpirationem iuuare, eandem potius impedire poſſe.

Obſeruatio 4. *Steatoma thoracis, quo cor, pulmones, et varia abdominis viſcera e ſitu ſuo dimota ſunt*, exhibet. p. 44.
Cum in diſſectione cadaueris foeminae ſexaginta quinque annorum, aperto abdomine, lien os ileum verſus, et ventriculus verſus regionem vmbilicalem depreſſus inueniretur, Cl. Auctor in cauſſam ſitus huius inquirens, ſteatoma quatuor librarum et trium vnciarum pondere, ſuperius diaphragmati inhaerens, pleuram et lobum pulmonis ſiniſtrum, nec non cor e ſitu ſuo introrſum, dextrorſum premens, inueniebat. Obſeruationes hae quatuor, iconibus in tribus tabulis expreſſis, plenius illuſtrantur.

6. *Dilucidatio hiſtorico phyſica variarum plantarum, quae pro vero* Aegolethro PLINII *habitae ſunt.* p. 48.

Auctore Cl. GLEDITSCHIO. Quanta cum cura in libris veterum verſandum ſit, ſi ea, quae ad hiſtoriam naturalem lapidum, plantarum et animalium pertinent, ex iis eruere et ad noſtras obſeruationes accommodare velimus, omnes cognoſcent, qui corpora naturalia cum vera attentione examinant. Cl. Auctor itaque in *Aegolethro* PLINII ſpecimen daturus, aconitum, rhododendron, nerion ſiue rhododaphnen et buxum cum variis ſententiis Auctorum deſcribit, has plantas tamen, quanquam venenatas vel alia ratione animalibus infeſtas, et ſucco florum, ex quo mel colligunt apes, interdum nociuas, cum veterum deſcriptionibus non ſatis conferre, nec accurate definire poteſt, inprimis cum non quouis anno, ſed interdum tantum venenatum mel, et forte
p. 59. ex florum corruptione nociuum praebuerint. Cum nerion, teſte TOURNEFORTIO, in Ponto non inueniatur, in definiendo *Aegolethro* PLINII ad narcoticam et volatilem acredinem duarum ſpecierum chamaerhododendros, a nominato Auctore deſcriptarum, ideo maxime reſpiciendum eſſe arbitratur Noſter, quod copioſe in illis regionibus creſcant, ſcilicet *chamaerhododendros pontica maxima meſpili folio, flore luteo*, et *pontica maxima folio lauroceraſi, flore e coeruleo purpuraſcente.*

p. 61. Altera diſquiſitio concernit orobanchen ſeu potius illam ſucculentam plantam, quam anblatum CORDI, dentariam maiorem MATTHIOLI, et ob radicem ſquamoſam alii ſquamariam appellant, et quam GESNERUS, quamuis magis orobanchem reſpexiſſe videatur, cum aliqua dubitatione ad *Aegolethrum* PLINII refert, hae tamen plantae nullo modo ad venenatas, multo minus ad plantam hanc dubiam referri poſſunt, quod in illis regionibus non creſcunt.

Progre-

Progreditur tandem Noſter ad examen ranunculorum, inprimis paluſtris, qui ob acrimoniam flammula dicitur, et quam DODONAEUS ad *Aegolethron* PLINII referri poſſe, coniectura quadam aſſequi volebat, cum autem ranunculorum ſpecies, ſumma acrimonia noxiae, in illis regionibus vix inueniantur, et acrimonia ſola et vis venenata plantarum varia ratione definienda ſit, de hac re in vniuerſum diſſerit Cl. Auctor, et delectum victus, ab animalibus ſaepe factum, diiudicat. Sub finem vero mentionem iniicit erigeri viſcoſi LINN. quod alii ad conyzam retulerunt, et quod capris potiſſimum exitioſum eſt.

IX.

Memoire ſur les maladies epidemiques des beſtiaux, qui a remporte le prix propoſe par la ſocieté royale d' Agriculture de la generalité de Paris pour l'année 1765. Composé par Mſr. BARBERET, Médecin penſionaire de la ville de Bourg en Breſſe cet. avec de notes inſtructives à Paris, chez la Veuve d'Houry 1766. 8. pl. 10.

h. e.

Commentarius ſuper morbos epidemicos pecorum, cui a ſocietate regia Pariſina agriculturae praemium adiudicatum eſt. Auctore Cl. BARBERET *).

Cum quaeſtionis a ſocietate propoſitae, de morbis epidemicis animantium brutorum in vniuerſum, qui in veterum et recentiorum libris proponuntur, de eorum cauſſis et praecipuis remediis breuis explicatio vix tradi poſſit, tractationem, arctioribus

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XIII. Part. I. p. 158.

bus limitibus circumſcriptam, Noſter exhibuit, et deſcriptionem cauſſarum, effectuum et curationis morborum epidemicorum et contagioſorum, qui pecora potiſſimum afficiunt, tradit, ſimulque remedia eos praecauendi vel progreſſum eorum coercendi, propoſuit. Non vna certe horum morborum facies eſt, attamen veteres de morbis armentorum et remediis, iis opponendis, nihil certi tradiderunt, ita, vt ad tempora RAMAZINI vſque, nihil accurate declaratum inueniatur.

p. 4. Hic Auctor conſtitutionem epidemicam, anno 1690 in ducatu Mutinenſi obſeruatam, humidam et frigidam dicit, et ab hominibus ad animalia tranſiiſſe narrat, eruptione variolarum in vniuerſo corpore conſpicua, nonnulla animalia cito peribant, alia in chronicam tabem coniiciebantur, ſequenti anno morbus hic varioloſus ouibus, quibus magis infeſtus eſſe ſolet, exitioſus erat. Anno 1693 poſt humidam hiemem calor ingens vernalis ſuccedebat, ex qua cauſa phthiſis pulmonalis multa animalia in Haſſia inuadebat, cuius cauſſam alii in rubiginem coniiciebant, qua herbae inquinabantur. In Hungaria inferiori 1712 hiemi frigidiſſimae ſuccedebant vernales pluuiae crebriores, et paulo poſt inſignes frigoris et caloris viciſſitudines, hinc generatio ſerpentum ita augebatur, vt homines et animalia ab iis crebrius laederentur et perirent. Puſtulae praeterea albae foetidae in corpore et effluxus ſaliuae putridae et tenacis, aliam morbi ſpeciem contagioſam ſimul inferebant, ita vt animalia quoque, ſyluas inhabitantia, hoc morbo corriperentur et perirent. Accedebat etiam prouentus copioſorum inſectorum, herbas inquinantium. Haec epidemia in Italiam et Germaniam translata eſt, cuius contagium ſaliuae, in herbas defluenti, adſcribit Noſter, quod certum eſt, ſaliuam maxime contagioſam eſſe. Peſtis bouina

na 1730 Germaniae et vicinis prouinciis exitioſa, non ſatis deſcripta eſt, videtur tamen eadem fuiſſe, quae anno ſequenti in Gallia obſeruabatur, cuius character in veſica alba, linguae adhaerente et anginam gangraenoſam inducente, inueniebatur.

Ab anno quadrageſimo vſque ad quinquageſi- p. 13.
mum huius ſeculi, per Germaniam et alias prouincias Europae, febris putrida maligna et nonnunquam inflammatoria pecora inuadebat, et crebrius dyſenteriis malignis ſtipata erat. Vehementiſſimus morbus vario modo procedebat, interdum auctus, interdum imminutus. Anno 1762 ex Dania in confinia Germaniae tranſibat morbus, ei ſimilis, qui veſicam albam, linguae adhaerentem, oſtenderat. Eodem anno Bellouaci in Gallia, morbus varioloſus ouibus exitioſus erat, cuius indolem et benignam et malignam contagioſam breuiter deſcribit Noſter, hanc enim non tantum puſtulae gangraenoſae, ſed vlcera in naribus et faucibus coniuncta produnt.

Breui hac hiſtoria morborum praemiſſa, ad cau- p. 19.
ſas examinandas tranſit, quas potiſſimum in aere et victu quaerit. Et aerem quod attinet, varia veterum teſtimonia collegit. Quanquam autem morbi contagioſi ab vno animalium genere ad alterum non transferri poſſe videantur, aerem tamen inquinatum in ſtabulis praecipue et alius generis animalibus exitioſum fuiſſe experientia confirmauit. Pergit vero, et multis modis declarat, victum rubigine vel aliis morbis plantarum infectum, cauſſam morborum contagioſorum exiſtere, et porro vrget, aquam ipſam, qua in potu vtuntur animalia, frequentioris infectionis cauſſam eſſe poſſe, quod non ſolum ſtagnans et putrida aqua, ſed inſectis variis referta, viſcera animalium brutorum laedit.

Quanquam vero contagii clandeſtini vis et aeris p. 35.
inde orta infectio non ſatis declarari poteſt, in his

tamen morbis putredinis aut inflammationis effectus ita ſe exſerunt, vt non ſolum in ſymptomatibus, ſed etiam in diſſectione cadauerum detecti ſint, hinc Cl. Auctor arbitratur, ad has mutationes morboſas
p. 38. etiam in curatione reſpiciendum eſſe. In inflammatoriis nimirum morbis venaeſectio praecipuum auxilium eſt, quod impetum humorum in vaſa et aeſtus augmentum compeſcit, in putridis vero de euacuatione primarum viarum praecipue cogitandum eſſe monet, qua acrium particularum acceſſus ad ſanguinem cohibetur. Haec generalia ſunt, ſpecialiores vero medendi rationes ex natura morborum repetuntur, quae Cl. Auctor ex indole morborum, in hominibus obortorum, diiudicat. Si puſtulae cum pulſu forti oriuntur, exanthemata critica, ſi cum pulſu debili, maligna ſunt. In illis venaeſectionem vtilem iudicat, et potum ex aqua cum nitro ſuadet, in his vero venaeſectionem noxiam dicit, et theriacam, ſulphur et ſalem marinum cum aqua, furfuribus remixta, ſuadet, et ſetaceum addit. Si vero tunc exanthemata non rite eleuantur, decoctum ex ſaſſaparillae et contrayeruae radicibus cum ligno
p. 43. ſaſſafras commendat. Morbus, in quo phthiſis pulmonalis funeſta eſt, praecauetur venaeſectione, ſi vero iam in ſuppurationem tendit, vncia ſemis ſulphuris et cinnabaris antimonii cum furfuribus miſcere et ſingulis diebus exhibere iubet. Irritanda etiam et fricanda eſt cutis, quo materia morbi ad eam alliciatur.

p. 44. In morbis epidemicis, quorum ſymptomata febrim putridam malignam inflammatoriam produnt, quod fauces, ventriculus et inteſtina ſucco acri, cauſtico ſcatent, venaeſectio inflammationem imminentem arceat, et oleum lini vel aliud expreſſum cum aceto miſtum et alia acida propinentur. Poſt aliquot dies ſulphur metallorum vt euacuans medica-

mentum

mentum laudat, quanquam enim huic quoque fini puluis radicis bryoniae reſpondeat, tamen ſulphur metallorum praefert. His incaſſum exhibitis, mane et veſperi vnciam ſemis corticis Peruuiani ſuadet, cui, quod pretioſum eſt medicamentum, puluerem radicis gentianae cum fuligine, admixto ſale prunellae et camphora ſubſtituit. Bubones tunc ſaepe oborti, cucurbitulis applicatis et ſcarifatione facta, ad ſuppurationem ducuntur, vnguento baſiliconis vel alio ſimili applicato. Interne ſimul fuligo cum aceto theriacali propinatur.

Mittimus alias ſpeciales medendi rationes, inprimis quae de morbo varioloſo ouium diſputat, notamus tantum, Cl. Auctorem bene monere, remedia climatibus diuerſis accommodanda eſſe, et pauca de prophylaxi morborum addimus. Combuſtio ſulphuris et nitri, vel aceti euaporatio in ſtabulis, quorum puritas omnino curanda eſt, corrigit aerem. In vniuerſum vero omnia remedia, quae curationi morbi inſeruiunt, vt prophylactica, pro ratione epidemiae ingruentis, conſideranda ſunt. Quod ſi vero morbus iam animalia quaedam corripiat, communicatio animalium, morbo iam infectorum, cum ſanis omni modo praecauenda eſt, ne vlterior fiat contagii progreſſus. Inprimis vero caueatur, ne ſana animalia ad illa loca admittantur, per quae infecta tranſeunt, ſi enim herbis veſcuntur, a prioribus demorſis, ſaliua adhaeret, quae omnino contagioſa eſt. Quod, quanquam de muco ex ore fluente valet, notandum tamen eſt, animalia, morbo affecta, non amplius victum quaerere. Sepultura quoque cadauerum magna cum cura efficienda eſt, quo in calido potiſſimum aere multa terra obtegantur. Coria quoque contagii continuandi cauſſa ſunt, quae ideo ſimul terrae mandanda, nec conſueta ratione praeparanda ſunt. Quando demum ſana animalia

p. 54.

malia in ſtabula infectorum denuo admittenda ſunt, non ſolum ſtercora, quae infectionem continuant, caute remouenda, ſed reliquae etiam depurandi rationes non intermittendae ſunt.

Cognouimus itaque, in hac tractatione varias hucuſque notas obſeruationes Auctorum, de morbis pecorum, apto ordine diſpoſitas, propoi.i. Addimus tamen nunc nonnullas annotationes, a ſocietatis
p. 67. membro huic tractationi ſubiunctas. Ad morbos quoque epidemicos referri merentur illi, qui in quibuſdam prouinciis vere potiſſimum et autumno multis animalibus infeſta ſunt, vt peripneumonia in Burgundiae comitatu, quam *Murie* dicere ſolent, nonnunquam quidem benigna, ſaepe tamen maligna, multis animalibus exitioſa. Commemorantur multi morbi armentorum, quorum mentionem fecit COLUMELLA, v. c. coriago, ſi membrana pleura vertebris et coſtis morboſe adhaeret, et quae forte ad phthiſin referri poteſt; ignis ſacer, quem *puſula* nonnulli di- dicunt, et referri poteſt ad morbum varioloſum ouium. Simili modo multi recentiores ſcriptores huc referendi nominantur, praecipue vero breuis recenſio libelli, a LANCISIO editi, de peſte bouina, ad-
p. 77. ditur. Traditur etiam breuis deſcriptio peſtis bouinae 1762, in Dania obſeruatae, et morbi, ouibus infeſti, Bellouaci in Gallia eodem anno a Cl. BOREL deſcripti. Adiecit hic varias, quae in morbo hoc vlterius cognoſcendo vtiles ſunt, quaeſtiones, v. c. de inoculatione; videntur tamen tentamina in morbis, per communicationem cognoſcendis, minus tuta ſaepe
p. 89. magis exitioſa. Acris effectus in contagio, per poros cutaneos ſuſcepto, minor eſt, quam is, vbi habitus noxius ore et naribus attrahitur, inprimis vero ſaliuae infectio in contagioſis morbis attendi mere-
p. 91. tur. Negatur, vnum genus animalium alterius morbos

morbos infectione ſuſcepiſſe. Huius vero experientiae ratio non tradi poteſt, quod origo, natura et characteres exhalationum explorari, proportio miſcelae harum exhalationum cum aere definiri, vis actionis in animalia varia eorumque partes, et horum reactio determinari nequeat.

Exhibetur poſtea ampla deſcriptio morbi conta- p. 97.
gioſi in Delphinatu, praecipue in parochia Mezieux anno 1762 obſeruata. Inappetentia victus et ſolidi et fluidi, caput et aures pendentes, oculi lacrymoſi, inflammatio faucium cum effluxu ſaniei et alia conſueta peſtis bouinae ſigna recenſentur, putredo et liuor in trachea et oeſophago reliquisque partibus vicinis ſe monſtrabant. Cauſſa erat aeſtas calida et ſicca, indeque pendens defectus herbarum, quamobrem animalia ad loca vliginoſa, vbi aquae corruptae ſtagnabant, ducenda erant, in quibus putredinis cauſſam inueniebant, quae vehementer augebatur, quod calor intolerabilis in vicinis ſabuloſis locis eam magis euoluebat, nulla itaque medela inueniri poterat, quam ſeparatio ſanorum animalium ab infectis, et varia remedia prophylactica, quae fuſius deſcribuntur.

Similis vel maior certe erat vis morbi epidemici, p. 105.
qui in agro Borvagiano prope Rupellas anno 1763 ſaeuiebat, et cuius hiſtoriam Cl. NICOLAU, M. D. communicauit. Terra ad littora maris ſita, antea per canales aquam admittens, qua euaporata, ſal marinum remanebat, in vſus culinares colligendum. Mari vero ſenſim ab his littoribus recedente, et ob foſſas inaequalis relicta terra non niſi aquam pluuialem ſuſcipiebat, in quibuſdam locis breui diſſipatam, in aliis ſtagnantem et potui pecorum inſeruientem, ſaepe tamen minus ſano, quod cum ſtaſi corruptio coniuncta erat. Anno itaque ſexageſimo tertio pluuiae copioſae et menſe iulio tempeſtas vehementiſ-

ſima

ſima grandinoſa hominibus et animalibus brutis moleſtiſſima erat. Herbae, et bonae quidem, copioſe creſcebant, nimia tamen humiditas et terra nimis emollita exſiccationem et collectionem foeni impediebant. His de cauſſis quoque animalia ad morbum diſponebantur, qui et domeſtica animalia, canes et volatilia inuadebat, et ſub finem iulii incipiens, menſe ſeptembri demum mitior reddebatur. Nonnulla
p. 109. primo ſigna vniuerſalia recenſet, reliquis epidemicis morbis propria, ſingularem autem morbi indolem in tumoribus magis oedematoſis, quam inflammatoriis detexit. Hi paſſim oriebantur, non contextum celluloſum ſolum, ſed etiam muſculos afficiebant, ita vt ex iis humor in contextum celluloſum tranſire videretur, diſcuti non poterant, inciſi tamen celerem gangraenam inferebant, effectum etiam in carnibus cadauerum magis macerationem, quam putrefactionem appellat. Symptomata, v. c. impedita digeſtio et alia cum putridis malignis morbis omnino conueniunt, quamobrem in notis, his annotationibus denuo ſubiectis, breuis delineatio putridorum morbo-
p. 124. rum traditur. In tumoribus his cita inciſio requiritur, ita vt omnes tum, cum eleuantur, protinus incidendi ſint. Interne detur decoctum ſcordii vinoſum, addito ſale communi; externe vero herba clematidis, radice hellebori nigri vel iridis, affluxus humorum efficiatur, depurato tandem vulneri terebinthina addatur. Adiiciuntur tandem variae obſeruationes in ſectione cadauerum factae, breui recenſione non exponendae.

p. 131. Quoniam vero alia huius morbi relatio, eum vt inflammatorium et paulo poſt putridum deſcripſerat, conſilia quoque in hunc finem directa, propoſita ſunt, paulo poſt vero cum vberior deſcriptio Cl. NICOLAU communicaretur, alia ratio medendi exhibita eſt. Etſi igitur cuncta repetere haud poſſumus, lectionem

lectionem tamen ideo commendamus, quo videant illi, qui in diſquiſitionibus morborum armentorum occupati ſunt, quanta cum cura ſymptomata et progreſſus morbi attendi debeant, ſi remedia prophylactica, quae praecipua ſunt, et curatoria recte ordinanda ſunt. Dicamus tantum de tumoribus criticis, qui forte ſequentem in modum tractari poſſunt. Cataplaſmata emollientia humorem ad cutim dirigant, praeferenda tamen ſunt ea, quae admixtis cantharidibus oſcillationem ſolidorum efficiunt et inflammationem mouent. Fluctuatione percepta, tumores non ſcalpello incidantur, ſed cauterio actuali applicato moueantur, et ſuppuratio vnguento aegyptiaco in principio admixto, vehementior reddatur. p. 142.

De peripneumonia pecoribus infeſta, et ſupra indicata, hic porro agitur. Signa ſunt, tuſſis plus minus ſicca et ſubinde aucta, febris ſat valida, aſthma in primis poſt paſtum, inappetentia victus, quibus alia interdum tantum accedunt, anima foetida, nares, os et lingua ſicca, effluxus pituitae tenacis ex naribus. In cadaueribus obſeruantur pulmones liuidi quaſi ſugillati puſtulis, maculis gangraenoſis et cruſta ſaepe viſcida obducti, varie corrupti et pleurae magis denſatae adhaerentis. Pluuiae copioſae, quibus animalia expoſita ſunt, et viciſſitudines calidi et frigidi aeris praecipua cauſſa ſunt. Sub initium morbi venae iugularis ſectio, eaque repetita, clyſmata emollientia et refrigerantia, victus parcus, tenuis, pilulae ex farina ſecalina et melle formatae, et potus aquae cum furfuribus conueniunt, eo autem varie aucto, alia remedia, quae mutationibus morbi accommodanda ſunt, eligantur. p. 144.

Mittimus alia, quae de variis pecorum morbis v. c. de dyſenteria, proponuntur, cum vniuerſi huius libelli attentam lectionem iis commendemus, p. 157.

qui

qui artis veterenariae praecepta meliori ordine et nexu proponere ſuſcipiunt.

X.

Diſſertatio inauguralis medico-chirurgica, de hydrope articulorum, quam publicae diſquiſitioni ſubmittit GEORGIVS HAFFNER, Sueuus Fillenbac. Vindobonae typis Kaliwodianis 1762. 4. pl. 5 ½.

Auctor elegantis huius diſſertationis, multis bonis annotationibus refertae, chirurgi munere in noſocomio Pazmariano Vienneníi, quod Ill. STOERK et ſucceſſor eius Cl. COLLIN illuſtre reddiderunt, fungitur. Praemiſſis iis, quae ad hydropis in vniuerſum, et in ſpecie ad hydropis articulorum natu-
p. 4. ram explicandam pertinent, monet: hunc morbum frequentiſſime obſeruari in genu articulo, ſiue id ex partium in hoc articulo compoſitione, oſſibus ſcilicet latis ligamento capſulari ſatis magno et quodammodo laxo connexis, oriatur, ſiue is morbus, licet eadem frequentia in aliis articulis occurrat, minus tamen et ſerius tandem cognoſcatur. Hydropicum enim tumorem etiam in articulo, qui inter tibiam, fibulam, et tarſi oſſa eſt, obſeruauit. Diro huic et haud raro lethali morbo originem praebent, tum eae cauſae omnes, quae liquoris articularis ſecretionem vltra modum augere, et reſorptionem impedire poſſunt, tum quod, vt plurimum fit, metaſtaſis humoris cuiuſdam morboſi ad hunc articulum v. c. varioloſi, ſcorbutici, venerei, rheumatici et arthritici, qui duo vltimi morbi frequentius hanc hydropis ſpeciem producunt. Nunquam tamen articulorum hydrops, vt aliae huius morbi ſpecies, ex alia ſpecie
p. 11. hydropis oritur. Signis deinde, quibus hic morbus

ſiue

ſiue recens adhuc ſit, ſiue iam per aliquod tempus durauerit, cognoſci poteſt expoſitis, Cl. Auctor ea proponit, quibus eum ab aliis morbis, cum quibus confunditur, diſtinguere poſſumus. Et a fungo quidem articulorum, ad quem illum multi chirurgiae ſcriptores et inter hos HEISTERUS, referunt, differt non ſede ſolum, cum cauum ipſum articuli occupet, et cauſſa, quae vt plurimum interna eſt, ſed et periculi gradu. Fungus enim nonnunquam per plures annos ſine maiore noxa toleratur, hydrops vero longe maius periculum citiusque adfert. Ab oedemate etiam ſede diſcrepat. A tumore vero ſuppuratorio, quo pus in articuli cauo vel poſt inflammationem, quae hunc locum occupauit, vel ex metaſtaſi colligitur, cauſſis et humoris natura diſtinguitur. Iam vero p. 18.
quod curationem morbi attinet, in morbo recente fomenta ex vino, aceto, ſale, addito ſcordio et ruta vel embrochen ex his fomentis aut aquis mineralibus calidis, vel ex aqua calcis cum ſalis ammoniaci lixiuio parata, Noſter adhibere iubet. Vt plurimum tamen et optimo quidem cum ſucceſſu, fomentis ex cicuta, a STOERKIO, vt notum eſt, in noſocomio Pazmariano introducta, vſus eſt. Minime tamen ſub hoc remediorum externorum vſu, interna purgantia hydragoga, ſudorifica et diuretica negligi debent. In confirmato autem tumore, qui diſcutientibus non cedit, et iam in aliquam magnitudinem excreuit, p. 19.
ſcalpellum Noſter adhibet, cuius vſum multi ob dira, quae aquae emiſſionem haud raro ſequuntur, ſymptomata reformidarunt *). Cautionem tamen adhibuit omni attentione dignam. Cum enim, vt plurimum, eadem infortunia in aegris ſuis experiretur Cl. Auctor, in quibus vulnus vero ſemper turunda apertum

*) Vide MONRO *on the dropſy* p. 265. SIMSON in *Edimb. Med. Eſſ.* Vol. IV. art. 20.

tum ſeruauerat, frequentioribusque iniectionibus vſus erat, caſu tandem cognouit, turunda non immiſſa, vulnus ligamenti celerrime claudi, nullaque ſymptomata mala hanc operationem ſequi. Hinc vſum turundae ab hoc tempore optimo cum ſucceſſu reiecit, operationemque nunc ea ratione inſtituit, vt, inciſione longitudinali in exteriore genu latere, inter tendinem muſculi recti, vaſtorum et femoralis, tendinemque bicipitis, fibulae inſerti, facta, pedem aegri ita moueat collocetque, vt humor omnis effluat, vulnerisque labiis digitorum ope paullulum ad ſe inuicem adductis, illa emplaſtro glutinante vniat. Operatione peracta, fomenta ex cicuta adhibet, ſub quorum vſu tumor forte adhuc relictus, ſaepe enim aliqua humoris portio remanet, ita diſcutitur, vt nunquam Auctor operationem inciſionis repetere debuerit. Monet tamen, illum tantum hydropem curationem admittere, cuius humor nondum corruptus eſt. Damna vero, quae turunda producit, oriuntur tam ex irritatione ligamenti, quam inprimis ex aeris acceſſu. Hinc ſuadet Cl. Auctor, vt et in aliis tumoribus cyſticis, aeris acceſſus omni ratione vitetur, illudque hydatidum in primis exemplo declarat, quas paruo vulnere incidit, eandemque methodum in hydrope ſaccato quoque et empyemate ſuadet, in quo paruam quoque inciſionem facit, nullisque plane
p. 33. iniectionibus vtitur. Maiores contra abſceſſus, inprimis ſi pure, per moram iam corrupto, repleti ſint, cruciata ſectione et magna aperit, neque maioris portionis cutis iacturam timet, cum facile vulneris cicatriſationem obtineat Noſter, agarici fruſtulis vulneris margini applicatis, iisque ſenſim vulneris centro admotis. Adiectae ſunt huic diſſertationi variae aliae obſeruationes, quas indicaſſe tantum ſuffi-
p. 35. ciat. In hydrope partiali v. c. pectoris, pericardii, fomenta aromatica adhibere ſuadet, quibus ſcilicet hydro-

hydropicus humor ad reſorptionem et diſſipationem diſponitur. Mulier, rheumatiſmo ſcapulae et brachii vexata, poſt venaeſectionem, in ſano brachio inſtitutam, in grauiſſimum morbum incidit, tandemque poſt grauia ſymptomata periit, pericardii cauitate, multo pure in eam effuſo, inſigniter aucta. Naeuos maternos optimo cum ſucceſſu Auctor Cl. exſtirpauit, triſtemque huius operationis euentum, quem alii experti ſunt, ex imprudenti cauſticorum, inprimis alcalinorum vſu, ortum duxiſſe autumat. Plures quoque cautiones proponit in repoſitione luxati humeri, pedis et manus obſeruandas. Suturam tendinum, vt plane inutilem reiicit, idemque de ſutura muſculorum, transuerſaliter diſciſſorum, iudicium fert. In herniis incarceratis Viennenſes ſac- p. 43.
culos, auena leuiter toſta repletos, frequenter adhibent, adeo felici quidem cum ſucceſſu, vt multis aliis remediis, fruſtra adplicatis, et operatione iam concluſa, ſaepe foeminae aegrum ſimplici hoc remedio ſeruauerint.

XI.

B. S. ALBINI academicarum annotationum liber ſeptimus. Continet anatomica, phyſiologica, pathologica. Lugduni Batauorum apud I. et H. Verbeck. 1766. 4. pl. 14. tab. aen. 3.

Primum caput libri ſeptimi annotationum acade- p. 3.
micarum Illuſtris ALBINI, continet elegantem et ſubtilem diſputationem, de vera ratione muſculi biuentris ſeu digaſtrici maxillae eiusque vſu, de quo eruditos multum inter ſe diſcrepare, neminem fugit. Docet vero primum Cl. Auctor contra COWPERUM, hos muſculos omnino, ſi recta quoque ab origine ſua pone proceſſum mammillarem, ad maxillam

procederent, omnino maxillam deducere poſſe; porro, hos muſculos, qui muſculi ſtylohyoidei fibras tendine ſuo penetrant, minime ab eo muſculo ita retineri, vt maxillam, mutata directione, deorſum trahant. Probat enim, ſtyloideum muſculum nimis debilem eſſe, neque tendinem ſemper per illum progredi. Vulgaris vero fabricae cauſſam ponit in compoſitione partium, oſtenditque, ſtylohyoideum proprie conſtare duobus muſculis, a principio et in fine, vel aliquando in totum diuiſis, relicta vt plurimum in medio fiſſura aliqua, per quam tendo procedit. Idem hoc valet de trochlea aut annulo, quem nonnulli ſcriptores hoc in loco adeſſe, maxillaeque depreſſioni inſeruire voluerunt, licet ea membrana, quae a muſculis oſſis hyoidei ad digaſtricum protenditur, omnino trochleae ſpeciem quodammodo referat. Neque in vniuerſum maxilla verſus hoc os deprimitur, aut deprimi poteſt. Muſculi enim huius oſſis ſternohyoidei, coracoidei et reliqui, nimis debiles ſunt, qui biuentrium contractioni reſiſtant, eoque, quo maxilla aperitur tempore, hoc os firmare poſſint. Sub deductione porro maxillae, quae biuentrium ope fit, oſſis hyoidei et laryngis adſcenſus minime prohibetur, aut adſcenſu illo maxillae deductio impeditur, vel ad maxillae deductionem requiritur, vt os hyoideum fixum primum reddatur, aut deorſum trahatur. Maxillam vero ſub deductione vulgo adducimus, non quod eam ſub nixu deglutiendi deducere nequeamus, ſed quod tantum, ore clauſo, cibus ex ore ad fauces pelli poſſit. Neque maxilla, ſi quoque verſus os hyoideum traheretur, illud os deprimeret, cum illud in homine viuo, partibus nondum collapſis et laxioribus redditis, circa altitudinem imi menti, maxillaque deducta, adhuc altius poſitum ſit, et maxilla in deductione non de-
p. 10. ſcendat, ſed retrorſum flectatur, ac, vti Cl. Auctor

loquitur,

loquitur, circuli partem deſcribat, cuius radius in centro mobilis eſt. His vberius explicatis, docet Ill. ALBINUS, biuentres non alio in loco, neque alia ratione collocari potuiſſe, cum, propius ad articulos inſerti, nimis breues fuiſſent, nec in occipite locus ſit eorum inſertioni aptus, illorumque vis hac ratione inſigniter augeatur, vt ea, quae de cauſſis, cur non ab inferioribus colli partibus oriri debuerint, Ill. ALBINUS habet, taceamus. Os autem aperitur non ſolum deductione maxillae inferioris, ſed et firmata illa, maxilla ſuperior quoque ſurſum moueri poteſt. Haec vero actio non, vti Cel. MONRO aliique putarunt, muſculorum extenſorum capitis ope fit, vt ſplenii, complexi etc. ſed potiſſimum a digaſtricis pendet. Prioribus enim muſculis contractis, cranium et ſimul inferior maxilla mouentur, poſterioribus vero maxillae deducuntur, cum imo mento firmato, longe alius motus percipiatur, quam capite extenſorum ope tantum retrorſum flexo. Progreditur deinde Cel. Auctor ad refutationem argumentorum, quibus Cel. MONRO *) biuentres maxillam deducere poſſe negauit, atque hac occaſione vlterius confirmat, quae ſuperius de vero ſitu oſſis hyoidei aſſeruit. Aponeuroſis, qua digaſtricus cum oſſe hyoideo connectitur, tenuis et laxa eſt, nec impedit, quo minus ille muſculus ventrium contractione breuior fiat, ipſo oſſe hyoideo immoto. Haec enim membrana laxe tantum tendinem digaſtrici retinet, et dirigit, ne deflectat. Pluribus quoque argumentis Cel. ALBINUS contra eundem Cel. MONRO probat, non deduci maxillam ope muſculorum oſſis hyoidei, quos ille pro polygaſtricis habuerat. Licet enim ſub valida deductione maxillae hi muſculi quodammodo moueantur, maxillam tamen hoc motu aperiri,

p. 17.

*) Vid. *Edimb. Med. Eſſ.* Vol. I. p. 131. et Vol. III. p. 267.

aperiri, minime probari poteſt. Sub valida enim maxillae deductione ſemper os hyoideum et larynx
p. 25. deorſum premuntur, a quo deſcenſu muſculi illi intumeſcunt, et in vniuerſum, agentibus nonnullis muſculis, vicini quoque irritantur. Vt taceamus, non probabile eſſe, actionem adeo ſimplicem produci tam multiplici muſculorum ordine. Idem quoque officium non competere muſculo latiſſimo colli monet, cui varii, et inter hos HALLERUS in *Elementis*, maxillae deductionem tribuerant. Eſt enim nimis debilis, et contractio eius, quae, deſcendente maxilla, percipitur, a cauſſis, modo enarratis, oritur. Maxilla quoque valide deducta, tamen cutis colli corru-
p. 29. gari poteſt. Vltimo tandem loco Cel. Auctor docet, biuentres in deglutitione os hyoideum non attollere, vti WINSLOVIUS et MONRO putarunt, quorum vltimus propriam hanc muſculi eſſe actionem autumauit. Maxilla enim deducta, nixus deglutiendi edi poteſt, et oſſe hyoideo immoto, tamen hi muſculi recti fiunt. Cauſſam vero, cur digaſtricus in medio tendineus ſit, ponit in ſitu et compoſitione partium vicinarum, quibus alias impedimento fuiſſet.

p. 34. Secundo capite quandam venae emulgentis ſiniſtrae aberrationem Cl. Auctor deſcribit. Haec enim non, vt ſolet, ante aortam, ſed a caua ad renem poſt eam et poſt principium arteriae renalis incedebat, et in progreſſu ſuo ſe circa illam flectebat, tandem vero ad renem, conſueto more, progrediebatur, qua quidem circumflexione regreſſum ſanguinis ex rene multum impediri debuiſſe, quilibet perſpiciet. Simile quid conſtanti naturae lege eo in loco fit, vbi vena caua inferior ab aorta et iliaca ita premitur, vt ſanguis neceſſario cum quodam ſubſultu fluat, et forte arteriarum impreſſione quodammodo in progreſſu ſuo adiuuetur.

Quam-

Quamquam RUYSCHIUS cuticulae vaſa et re- p. 36.
cte quidem negauit, poſſunt tamen, vti Cl. Auctor tertio capite demonſtrat, in vera cuticula vaſcula repleta quodammodo oſtendi, quamuis proprie ad ipſam cuticulam non pertineant. Quod ſi enim cum cuticula ſimul cutis reſcinditur, aut cuticulae craſſiori papillarum vaſa inhaereant, tunc ſemper vaſa in cuticulae reſciſſae portione deprehenduntur. Cuticulam quoque habet Ill. ALBINUS, cui vaſa extrema impleta inhaerere videntur. Arteriis enim papillarum cutanearum, maſſa ceracea impletis, materia erupit et deinde, cuticula detracta, vaginulis papillarum ita inhaeſit, vt concreta ſpeciem vaſculorum referret.

Quarto capite, quod de tunica Ruyſchiana et p. 39.
choroidea oculi inſcribitur, Cel. ALBINUS docet, ſe, vti iam olim RUYSCHIUS ad ſuam ſententiam confirmandam notauerat, choroideam omnino in duas tunicas diuiſiſſe, et quidem vaſis non repletis, licet RUYSCHIUS affirmauerit, factum hoc eſſe ab ALBINO poſt vaſorum repletionem. Harum tunicarum interna tenuis eſt et denſa, exterior vero conſtat vaſis, arcte inter ſe connexis, accedente membranacea interiore, qua et vaſis ipſis haec lamina cum interiore coniungitur, ſic, vt, niſi diſſectis iis, ab ea ſeparari nequeat. In variis vero animalibus et inprimis in balaena ſine vlla artificioſa praeparatione exterior ab interiore diſtincta eſt. Hinc putat Cel. Auctor, choroideae externam partem ab interna eodem modo diſtingui poſſe, vti neruoſa inteſtinorum ab interna diſtinguitur. Mauult tamen in recenſione tunicarum oculi vnicam tantum choroideam numerari.

Capite quinto compoſitio virginalis eiusque ora p. 43.
deſcribuntur, id eſt, partes, quibus in virgine introitus in vaginam clauditur, tribus quaſi oris, quorum

primum labia cum clitoride, alterum nymphae et margines ſcaphulae, tertium hymen conſtituunt. Addit Auctor Cel. modum, quo, femoribus diductis, etiam haec ora diducuntur.

p. 46. Sexto capite de generatione oſſium differit variasque veterum et recentiorum de oſſificatione ſententias, os ſcilicet ſeminale excrementum eſſe, calore dureſcere, a Deo immediate factum eſſe, ex lenteſcente ſemine fieri (quod VESLINGIUS putauit) ex tendinibus generari (quae STENONIS et CASP. BARTHOLINI eſt ſententia) etc. enarrat et ex parte refutat. Per pulſum arteriarum oſſa dureſcere, PALFYNUS autumauit, cum tamen in foetu, oſſibus in variis locis iam generatis, partes maioribus arteriis vicinae v. c. corpora vertebrarum cartilagineam adhuc naturam habeant. Neque mutuo attritu oſſium cartilaginea additamenta in os vertuntur. In articulis enim pars exterior, quae atteritur, cartilaginea manet, et, attritu illo ſublato, oſſa ancylosi

p. 60. confluunt. Preſſioni externae, a pondere vicinarum partium, muſculorum actione etc. Cel. MONRO multum tribuit, qua tamen natura ad oſſium formationem minime indiget, cum ea in variis locis naſcantur, vbi nulla eiuſmodi preſſio reperitur, v. c. in cauitate narium et tympani; vt alia, quibus inprimis ad varia MONROIS argumenta Auctor Cel. reſpon-

p. 76. det, taceamus. In vniuerſum autem ALBINUS docet, cartilaginis primordium generatum iam in primo embryonis ortu eſſe; quae autem ſit natura interior oſſis et cartilaginis; quomodo fiat, vt cartilaginis in locum os ſuccedat; quomodo ex aſſumtis os et cartilago incrementum ſumant, et qualis ſit natura humoris, has partes nutrientis, ea omnia ſe ignorare fatetur. Addit, ſe non putare, cartilaginem in os abire, et verti, ſed cartilaginis in locum os ſuccedere. Miramur profecto, Cel. ALBINUM in

in tota hac diſputatione eorum, quae recentiores, vt HALLERUS aliique noſtri aeui Auctores, de oſſificatione propoſuerunt, nullam omnino mentionem iniecisſe.

Septimo capite, quod de vaſis nerui optici eius- p. 77.
que natura ſpongioſa inſcribitur, Cl. Auctor monet, arteriis cerebri impletis, etiam quamplurima vaſa impleta in medulla nerui optici reperiri. Spongioſa natura, quam RUYSCHIUS exhibuit, diſſecta vaſcula ſunt. Poſt repletionem arteriarum etiam in pia matre, neruum opticum inueſtiente, vaſcula repleta inuenit.

Notum eſt, BOERHAAVIUM putaſſe, arterias p. 79.
cerebri, quum cerebrum adeunt, muſcularem tunicam deponere. Oſtendit tamen iam LUDWIGIUS in diſſertatione *de arteriarum tunicis* *) in carotide interna, cauum cranii ingreſſa, fibras muſculoſas adhuc ſupereſſe. Eandem rem Cel. ALBINUS hic proponit, docens, tenuiores quidem fieri arterias, vbi per duram matrem penetrant, ſed vidiſſe ſe in vertebrali muſculoſam tunicam abſque omni dubio per eas continuari.

Venam cauam circa iliacarum ortum totam con- p. 80.
cretam et veluti cum vertebris vnitam, inuenit Cel. ALBINUS, nullo in partibus, infra hanc concretionem ſitis, vitio apparente, licet totum aegri corpus valde extenuatum eſſet. Non perquiſiuit vias, per quas ſanguis ab inferioribus partibus ad cor peruenire potuit.

Cum RAVIUS anno huius ſeculi decimo octauo p. 80.
lithotomiam adminiſtraret, calculum forcipe prehendere et extrahere non potuit, ita, vt relinquendus eſſet in veſica. Cadaueris ſectio docuit, calculum in dilatato fine vreteris haerere, vt parte tantum aliqua,

T 5 quam

*) Lipſiae 1739. pag. 25 ſequ.

quam attingere, ſed non prehendere chirurgus poterat, in veſicam emineret.

p. 81. Eodem anno BORTELIUS fruſtulum iunci, quod, cum aeger maiorem calculum repellere tentauerat, veſicam intrauerat, ſabulo cruſtatum, ſectionis ope

p. 82. ex veſica protraxit. Singularis quoque figurae calculum, ſeptem drachmarum pondere, LEDEBOERIUS in puero inuenit, qui hic delineatur. Ex duobus quaſi compoſitus erat, inferiorque eius pars haerebat in ſacculo ad dextram veſicae, ſupra vrethram lati digiti interuallo: reliqua vero intra veſicam prominebat. Inferior pars ſacculo ſtricte comprehendebatur, et ab exteriore parte veſicae eminebat. Superior pars glutine tegebatur, et in ſumma parte veluti corroſa erat.

p. 83. Decimo tertio capite de morbo viri cuiuſdam Auctor exponit, qui vrinam per vrethram et per anum ſimul excernebat. Lotium enim ex veſica per vlcus, in tunicis eius natum, quo inteſtini recti tunicae quoque exeſae erant, ad hoc inteſtinum penetrabat. Hinc veſica contracta primum per iter conſuetum et deinde cum ſummo dolore, quia acrimonia vrinae anum laeſerat, per illum prorumpebat.

p. 84. Lienem in pelui ſitum ALBINUS Cel. in quodam cadauere inuenit, ligamentis ſcilicet et vaſis ad hoc viſcus pertinentibus dilatatis. In alio cadauere ſupernumerarium vidit lienem, in inferiore parte maioris poſitum, in membrana, qua cum ventriculo connectitur. Nucis iuglandis magnitudinem habebat, et lati pollicis interuallo a maiore diſtabat.

p. 86. Foemina quaedam tumorem in interiore parte carpi geſtabat, cuti concolorem, ſimilemque in vola habebat. Hi tumores inter ſe ſub carpi ligamento communicabant, ita, vt vno eorum compreſſo, alter mox tenderetur. Tumore in carpo inciſo, effluebat humor vtriusque tumoris, cui plura corpuſcula,

fabis

fabis ſimillima, dura, corneola, admiſta erant. Ea neque adhaerebant ad membranam tumoris, neque adparebat, illa vnquam alicubi adhaeſiſſe, vt mirandum omnino ſit, ea incrementum capere potuiſſe.

Tumorem ſanguineum in palpebra pueri bime- p. 88. ſtris Ill. ALBINUS feliciter exſtirpauit, ad quem continendum, et celeriter, palpebra illaeſa, reſecandum, tentaculum aliquod excogitauit, fuſius hic deſcriptum et delineatum, ſecundum cuius crura tumorem cultro reſcidit. Curatio feliciter ceſſit, vt nulla nota ſuperſit.

Decimo ſeptimo capite de conſtructione oſſium p. 91. in vniuerſum Auctor Cel. quaedam monet. Licet cortex adultorum oſſium e foliis conſtet, eiuſmodi tamen folia cartilago non habet, ipſaque haec folia ex compacta tantum raritate oſſium ſenſim oriuntur. Adulta ſcilicet oſſa conſtant ex cortice compactiore, et raritate quadam, pumici ſimili, quae cortici ex interiore parte continuatur, et ab eo continetur. Solidiores ſunt exteriores laminae, quo magis vero interiores fiunt, eo magis poroſae euadunt, et in raritatem vertuntur. Haec ſimiliaque eleganter, vt ſolet, Ill. Auctor deſcribit. Raritatem vero hanc ita p. 95. degenerare putat, per vim naturae, latenter operantis, ad quam explicandam nulla mechanica cauſſa ſufficit. Medulla, quae omne cauernoſum implet, ſua membrana cauernulis adhaeret, nullo perioſteo interno.

Papillas inteſtinorum tenuium, quas RUYSCHIUS p. 98. olim in homine propoſuit, factitias eſſe et vitioſas, capite decimo octauo demonſtratur *). Cum enim RUYSCHIUS venas inteſtinorum admodum impleuiſſet, tubercula rubra in interna ſuperficie conſpexit, quae etiam poſt exſiccationem inteſtini remanebant. Non vero papillae ſunt, ſed vitio iniectionis oriun-

*) Vid. *Theſ.* VII. n. 40. IX. n. 62 etc. HALLER. Elem. T. VII. p. 49.

oriuntur, liquore in tunicam neruoſam, quae in villis eſt, extrauaſato, et villis hac ratione repletis et diſtentis, quod ipſi RUYSCHIO iam olim ALBINUS demonſtrauit. Hinc Auctor aegre fert, HALLERUM in *Praelectionibus Boerhaauianis* ſcripſiſſe, ALBINUM papillas has pro villis venoſis albis non repletis habere.

p. 99. Eadem ratione ſe contra ZINNIUM defendit, qui in *deſcriptione oculi humani* aſſeruit, ALBINUM in balaenae oculo oſtendiſſe, vaſa ex proceſſibus ciliaribus ad lentem venire, ſeque a parte poſteriore per eius ſubſtantiam ramoſa diſtribuere. Docet potius ſe nil eiuſmodi demonſtraſſe, ſed *impleto balaenae oculo, oram vitrei, quae circum inhaerentem cryſtallinum eſt, ad quam ligamenta ciliaria pertinent, plane rubram inueniſſe, et vbi ea exteriore circuitu deſinit, ibi per totam circumferentiam rubra fila vitreo ſeſe immergere, ſubtiliſſima, non ramoſa, alia iuxta alia, ſimillima vaſis.* Vaſculum ad poſteriorem partem lentis pertinens, quod RUYSCHIUS in oue, ALBINUS Lib. I. cap. 7 *harum annotationum* in homine deſcripſit, olim LIEBERKÜHNIUS in ſcholis ALBINI vidit, iconemque ZINNIO dedit.

p. 101. Vltimo tandem capite ALBINUS vitam ſuam, quae in BRUCKERI *Pinacotheca* continetur, emendat. Docet vero: ſe non maiorem induſtriam in anatomia, quam in reliquis medicinae partibus, collocaſſe: ſe non RUYSCHII diſcipulum fuiſſe: ſe non ſine examine gradum doctoris accepiſſe, et alia ſimilia.

XII.

XII.

Vermiſchte Bemerkungen und Unterſuchungen der ausübenden Arzeneywiſſenſchaft, dem Drucke übergeben von GEORGE HEUERMANN, *Doktor und Profeſſor der Arzeneygelahrheit zu Coppenhagen. Erſter Band. Coppenhagen und Leipzig, verlegts Gabriel Chriſtian Rothens Wittwe und Proſt* 1765. 8. 1 *Alph. nebſt* 4 *Kupfertaf.*

h. e.

Miſcellaneae annotationes et diſquiſitiones medico-practicae, traditae a GEORGIO HEUERMANN. M. D.

Quoniam multorum remediorum vera completaque deſtituti ſunt medentes cognitione, morborumque cauſſae proximae plurimum latent, atque multas morborum mutationes, quae ab effectibus et functionibus partium corporis pendent, remediorum viribus tribuuntur, ſeu ex occultis ſaepe cauſſis, vt ſympathia, antipathia, imo influxu ſtellarum deriuantur explicanturque, et quoniam tandem noſodochiis regii Danici exercitus Cl. Auctor praefuit, multosque militum morbos obſeruauit, ſui eſſe arbitratus eſt, vti ex praefatione opuſculi huius, quod indicare iam animus eſt, patet, eas morborum obſeruationes, quae cum eruditis communicari mereantur, non, vti plerumque fit, obliuioni tradere, ſed publici iuris facere. Atque ita in hoc ipſo libro, quem iam indicamus et qui decem conſtat obſeruationibus, horum laudabilium conatuum fecit initium.

Prima obſeruatio verſatur in *recenſendis diuerſis febrium ſpeciebus*, quarum ſanandarum et obſeruandarum

darum Cl. Auctori data eſt opportunitas in noſodochio. Nimis quamquam amplae hae febrium ſunt obſeruationes, quam vt indicari queant a nobis, tamen quaedam ſaltem breuiter commemorare non incongruum duximus. Omnino Cl. Auctor vomitoria laxantibus praefert ad febres debellandas, ceterum autem partim extracta amara, partim alia medicamenta, omnibus fere corticem Peruuianum et opium adhibuit. Vltimo tamen interdum ſaepius, quam neceſſarium et ſalutare aegris fuit, vſum eſſe nobis videtur. Fatetur enim ipſe, ſe illud non, niſi praemiſſis neceſſariis remediis, dediſſe atque ita non definire poſſe, vtrum febris regularis per opium ſanari queat an non? Tandem miſerias eorum deſcribit, qui Calcutae incarcerati fuerant, et ob incluſi nec renouati aeris putredinem perierant, cuius triſtiſſimae hiſtoriae, nec non aliarum ſimilium a Cl. ZIMMERMANNO in libro ab eo conſcripto*) iam mentio facta, et a nobis cum Lectoribus communicata eſt**).

p. 139. Secunda obſeruatio ſpectat *vſum corticis Peruuiani*, in inflammatione, gangraena et ſphacelo, ſpaſmis, malo hyſterico, haemorrhagiis, cachexia, in ſuppreſſo debito lunari, tabe aliisque eiuſmodi morbis. In puluere potiſſimum laudat Noſter chinam, et infuſo eius atque decocto parum virium et extracto adhuc minus tribuit. Quibus puluis non dari poteſt, illis ſuadet eſſentiam, cuius duabus vnciis tot vires adſcribit, quot vni vnciae pulueris. Si aluum nimis apertum facit, vomitoria et opiata praedicat, ſi obſtructiones efficit, cum rhabarbaro commiſcet corticem. Mox ante paroxyſmum febrilem eius vſum diſſuadet,

*) *Von der Erfahrung in der Arzeneykunſt*, *Zürch* 1764. 8. *II. Th. p.* 181.

**) Vid. Comm. noſtr. Vol. XIII. p. 481.

diſſuadet, quoniam materiae morboſae eliminationi, febrem turbando et ſudorem impediendo officit. Nec quidquam praeter herbas, ſalia et extracta amara cum ea commiſcendum eſſe arbitratur.

Tertia obſeruatio varias *dyſenteriae* ſpecies continet, quibus Hafniae 1757. Rendsburgi 1759. et Kellenhuſae 1761. milites laborarunt. Quarum ratione deſcripta et cauſſis accurate expenſis, ad medendi methodum Cl. Auctor progreditur, et, reiectis terris, bolo armena, lemnia etc. potius adhibuit confectionem anacardinam diſpenſatorii Brandenburgici, gummi Arabicum, ſemina cydoniorum, papaueris et quatuor frigida, aloen, cum ſapone mixtam, martialia, opiata, carminatiua, vomitoria, diaphoretica et diuretica, nec minus veſicatoria, epiſpaſtica. Sinapiſmi, imo cataplaſmata calida, abdomini applicata, dolores leniuerunt et dyſenterias coërcuerunt. Aqua calcis, cum lacte commiſta, nihil praeſtitit, et corticem mangoſtanae et pocgerebae incaſſum exhibuit. Vitrum antimonii ceratum inter minus tuta medicamenta, quoniam ſemper, cera per liquores ventriculi liquefacta, auxit dyſſenterias, refert Noſter, miraturque, Cl. PRINGLE, id tam ſaepe ſuaſiſſe. Extractum cicutae ſemper auxit dyſenterias. Hoc adeo laudatum a ROSENSTEINIO aliisque ſpecificum antidyſentericum, faba Pechurei (*Pecherim*) Braſilienſis, de qua Cl. BAECK *) iam egit, magnopere commendat, atque inter triginta, viginti aegros ſanos reddidit. Dedit nimirum illud in puluere, et quidem duos ſcrupulos bis quotidie, praemiſſis vomitoriis et laxantibus, ita vt, ſi dolorum vehementia nimia p. 170.

*) Kongl. Vetenſkaps Academiens Handlingar p. 74. För Ar 1759. Vol. XX. Stockholm 1759. 8. Comm. noſtr. Vol. X. p. 198. et Vol. XIV. p. 516.

nimia erat, nocte appropinquante, opiatum exhiberet. Poſt mortem autem, quem multi paſſi ſunt, nunquam, vti Cl. PRINGLE obſeruauit, liquorum copiam, ſed potius relaxationem partium Cl. Auctor animaduertit, ideoque ex variis experimentis, cum eorum, qui dyſenteria perierunt, bile inſtitutis, contra DEGNERUM aſſerit, bilis corruptionem non eſſe huius morbi cauſſam; qua ſententia plane relicta, variis huius morbi cauſſis varia oppoſuit medicamenta, quorum plurima ſupra nominauimus.

p. 222. Quarta obſeruatio agit *de hydrope*. Quot cauitates corporis humani, tot quoque conſtituit Cl. Auctor hydropis ſpecies. Inprimis vero conſiderat anaſarcam et aſciten, quorum originem non in hepatis corruptione et vlceribus, nec in venae portarum obſtructione, quoniam plus, quam duodecim hydropicos, ſano ac integro hepate inſtructos, vidit, ſed in aucta ſecretione et imminuta reſorptione ſeri, per debilitatem neruoſam et obſtructiones glan-
p. 233. dularum inducta, quaerit. Quod ad huius morbi curationem attinet, praemiſſis reſoluentibus, aſciticis praecipue exhibuit medicamenta draſtica, e. c. viginti grana gummi guttae, cum duobus ſcrupulis radicis hellebori nigri coniuncta pro vna doſi, quae, etiamſi octo modo, vti refert Cl. Auctor, aeger habuit euacuationes, perquam nimia nobis videtur, praeſertim cum quarto die poſt, idem medicamentum eadem doſi aegro propinaret, et ſic aliquoties continuaret. Vomitoria, frictiones et corticem Peruuianum in hydrope ſaccato et a male ſanatis febribus orto, inprimis efficacia reperit Noſter. Caeterum ſuccos expreſſos ebuli, corticis ſambuci, geniſtae, millepedum cum fructu vſurpauit: e contrario puluerem cantharidum, aſarum, allium, coccionellam, ſquillam, tartarum tartariſatum aliaque ſpecifica

ea fruſtra plerumque dedit. In obſtructionibus glandularum meſaraicarum et omnino abdominis magnopere extollit puluerem radicis colchici, cuius quatuor, vſque octo parua cochlearia quotidie ſex aegris ſimul cum decocto corticis Peruuiani et herbae geniſtae atque ter quaterue triginta ſeu quadraginta pilulis extracti cicutae, dum ſingula duo ponderabat grana, optimo cum ſucceſſu exhibuit, nec quidquam venenati in colchico deprehendit. Quam ob cauſam putat quoque, venenatam huius radicis indolem in lacteo ſucco herbae recentis magis, quam exſiccatae radicis quaerendam eſſe. Extractum napelli et lapides, qui pedibus crocodillorum adhaerent et Angli *alcigatores* appellant, quibuscum Americani hydropi medentur, non potuit reperire. Atque ita multos imo plurimos hydropicos, vti ex indice aegrorum, quem addidit, elucet, ſanauit.

Quibus omnibus ſubiunxit quoque Cl. Auctor p. 244. paracentheſin, vbi cultrum quidem praefert acui triquetrae, quoniam foramen mox concidit, magna tamen adhibita cautione, ne nimis profunda fiat apertura; alias potius ſuadet acum triquetram cum fiſtula, vbi plane nihil timendum eſt. Adiecit propterea icones acus triquetrae, quibus et accedit ſpeculum oculi. Peracta autem operatione, iniectiones, ab aliis laudatas, Cl. Auctor penitus diſſuadet, cum nec a vaſis excipi, nec adſtringendis illis, ſeri affluxus impediri poſſit, imo contextum celluloſum magis magisque impleant atque inundent.

Finem huius ſectionis imponit hydropis, renem ſiniſtrum occupantis, deſcriptio, qui in viro quinquaginta annorum, ſemper de doloribus verſus dorſum ſiniſtri lateris conqueſto, et mortuo, ex obſtructione aperturae vreteris in pelui renis ortus erat. Ibi enim, aperto cadauere, magnus apparebat tumor,

qui multum aquae, odorem vrinae ſpargentis, continuerat, et totam ferme renis ſubſtantiam mutauerat. Quibus omnibus accurate narratis, ad diagnoſin et curationem huius morbi venit Cl. Auctor, vtriuſque quidem difficultatem agnoſcit, putat tamen, eandem operationem, quam ſupra commemorauimus, et hic eſſe eligendam. Quapropter ſuadet, ſcalpello ſub ſpuria coſta iuxta muſculum quadratum et ſacrolumbarem dorſi, quoniam hic ob nimiam extenſionem ſemper ren conſpicitur, inciſionem facere, dein, rene diſquiſito, eum cultro ſeu acu triquetra incidere et, aqua deriuata, argenteam cannulam immittere, quo concretio impediatur, et fiſtulam quaſi, per quam vrina continuo exſtillare poſſit, ibi formare. Ad operationem autem confirmandam, nec fruſtra inſtituendam, Cl. Auctor huius morbi diagnoſin accurate perſequitur. Cauſſis itaque, quae ſunt inflammatio renis, ac inprimis quidem peluis, calculus, vreteris ſuperiori parti inhaerens, adipis coacervatio circa peluim renum, tumores, contextum celluloſum ibi occupantes, ſpaſmus, diuturna vrinae retentio etc. perpenſis, reſpiciendum eſſe arbitratur Noſter, potiſſimum ad grauitatem et duram preſſionem, corpore praeſertim verſus latus aegrotum inflexo, in regione lumbari; dein ad praeternaturalem tumorem fluctuantem, qui, digitis verſus eum preſſis, facile intelligitur, nec raro quaedam ſentitur fluctuatio ab ipſo aegro. Quae omnia ferme cum ex nimia quoque inteſtinorum repletione et expanſione poſſint proficiſci, ſuadet Noſter, euacuationem primarum viarum praemittere, qua abſoluta, omnia haec, ſi a repletione nimia inteſtinorum orta ſint, euaneſcent; quod ſi vero ab aqua, in rene ſtagnante, nunquam.

p. 256. Quinta obſeruatio *de cataracta eiusque noua operatione per extractionem* agit. Primus Cl. Au-

Ctor

ctor fuit, qui methodo Cl. DAVIEL in Dania hanc optimo cum ſucceſſu inſtituit per extractionem operationem, cum CYRI et TAYLORI cataractae operatio per depoſitionem ſaepe male ſuccederet. Ac praefert quidem extractionem depoſitioni, ita tamen, vt ne depoſitionem plane reiiciat, et tandem monſtrat, vtramque interdum non iuuare. Cataracta nimis mollis, vt lactea, quoniam preſſioni acus aeque latae ac triangularis ſemper cedit, nunquam deponi poteſt, ſed extrahi debet: e contrario autem, oculo ſpaſtice contracto, methodus, cataractam deponendi, plus auxilii afferre poteſt, quam eam extrahendi, quamquam lens propter ſpaſticam oculi contractionem facilius quoque aſcendi poteſt, quam in oculo de reliquo ſano. Porro membranaceae cataractae, qua cryſtallina lens ab anteriori eius ſuperficie obducitur et incraſſatur, tutius per extractionem ob mollitiem, quam per depoſitionem medetur. Cataracta autem nimis dura ac magna apparente, depoſitionem Noſter, quoniam illa, iridem permeans, non ſolum magnos excitat dolores, ſed et inaequalitates iridis relinquit, anteponit extractioni. Laeſa tandem retina, nec depoſitio nec extractio cataractae iuuant. Quae omnia exemplis a Cl. Auctore illuſtrantur.

Sexta obſeruatio quaedam *de maculis corneae transparentis* habet. Quantum ad has delendas proſit lapis infernalis, cuius vis erodendi, ne palpebris noceat, eas vnguento de tutia, coniuncto cum puluere gummi Arabici, illiniuit, externe cautae ſcarificationes, interne vero mercurius dulcis, cuius vires ſolutionem mercurii corroſiui ſuperare dicuntur, et tandem opium, oſtendit hic Cl. Auctor, et vulgare remedium ſacchari Canarienſis ei non adeo efficax videtur, vt ſaliua ſani hominis, qui ſua lingua ſaepe p. 274.

V 2 has

has maculas lambit. Tandem monſtrat Cl. Auctor, ſaliuationem interdum neceſſariam eſſe ad has maculas abſtergendas, praeſertim eas, quae poſt variolas remanent.

p. 285. In ſeptima obſeruatione proponitur *hiſtoria mulieris ſexaginta annorum, quae dimidiam propemodum vitae partem lectulo affixa aegrotauit.* Haec maxima de parte ſpiritu vini et nicotiana, vſque ad vltimum ante eius obitum diem, vbi celeriter periit, conſeruata eſt. Qua mortua, ſectio cadaueris inſtituebatur, et viſcera abdominalia, vt hepar et lien, exſiccata, obdurataque inter ſe concreta conſpiciebantur. In thorace aderat aqua, pulmones cum pleura concreti et obdurati erant, cor flaccidum et anterior ventriculus dimidia ex parte minor poſteriori reperiebatur. Aorta innominata plane deerat, et aſcendens duplo maior deprehendebatur, quam ſolet; deſcendens vero, ſimulac permeabat diaphragma, obdurata iuſtoque minor apparebat, et ſic continuabatur vſque ad arterias popliteas, ceterum huc et illuc obdurationes arteriarum, quam mutationem Cl. Auctor non oſſificationem, vti alii, ſed calculoſam mutationem appellat, inueniebantur. In cerebro nullae obſeruabantur mutationes. Extremitates pariter ſuperiores ac inferiores ob muſculorum exſiccationem et concretionem maximam partem immobiles erant, genua difformia et oſſa inferiorum extremitatum leuiora ſolito, inſimulque ita tenuia, vt firma externa ſubſtantia, verſus lucem pellucida, et friabilis euaderet, quapropter et ſiniſtra inferior extremitas, dum mouebatur, inopinato fracta eſt. Omnibus interea medullam in ſe continentibus et contextu celluloſo adipe impleto.

p. 295. In octaua obſeruatione *inquilini Wiemersdorffenſis, ob notabile hepatis vlcus demortui*, hiſtoria narratur.

tur. Inter alias, aperto cadauere, praeternaturales mutationes reperit Noſter hepar plane corruptum et multis hydatidibus variae magnitudinis, quarum numerus, vſque ad ſexcentas excurrebat, refertum, pulmonem ſiniſtrum deperditum, nec minus ſanguinis venoſi defectum, quae omnes vitae generi inordinato, inprimis nimio potui ſpirituoſo, vehementioribus animi perturbationibus, et tandem motus intermiſſioni, vt proximae cauſſae ſtagnationis humorum in pulmone aeque ac in hepate, ſunt tribuendae. Memoratu digniſſimae huius ſectionis videntur Noſtro hydatidum obſeruationes, multitudinis pariter ac magnitudinis ergo. Quarum originem ducit Cl. Auctor ex ſtagnatione lymphaticorum humorum in vaſis ſuis, quae ibi, vbi capſulam GLISSONII adeunt, ſeu in cyſternam lumbarem abeunt, comprimuntur, et dicit propterea contra MALPHIGIUM et BOERHAAVIUM, qui in folliculis hepatis, e quibus acini hepatici componuntur, hydatides oriri credebant, cum ſtructurae hepatis contrarietur, nec vnquam accuratiſſimae diſquiſitiones et iniectiones anatomicae eiuſmodi detegere potuerint folliculos et alibi quoque, vbi glanduloſa ſtructura, vt in hepate conſpicitur, plane deeſt, appareant hydatides.

Nona obſeruatio exhibet *deſcriptionem ſpinae bifidae* in neonato infante. Tumore nimirum ſpinae dorſalis, qui in vtero iam ſeſe formauerat, et cuius inciſionem Cl. Auctor diſſuaſerat, aperto, morte, vti ſemper fieri ſolet, abripiebatur infans. Apparebat hic tumor in vltima dorſi vertebra et prima vertebra lumborum, qui ex nimia harum partium flexura verſus anteriorem corporis partem, et ita ex nimis curuo foetus ſitu ortus eſſe a Noſtro dicitur. Nam ſitum foetus praeternaturalem in vtero Cl. Auctor proximam eſſe cauſſam hydrocephalorum et omnium p. 304.

 omnino

omnino vitiorum, neonatis communium, credit. Cauſſa vero, cur ita vitiatos vel in vtero perire oporteat vel non diu poſt partum viuant, poſita eſſe Noſtro videtur in neruorum, ad medullam ſpinalem pertinentium, perpetua preſſione, ſeu a coaceruatione liquorum, ibi collectorum, oborta; indeque accidit quoque idem, quod, luxatione vertebrarum facta, fieri ſolet, nimirum mors. Id quod declarat Cl. Auctor ex conuulſionibus, quibus ii, quorum eiuſmodi tumores aperiuntur, afficiuntur et pereunt; porro ex eo, quod, ſi ſuperiorem ſpinae dorſalis partem tales occupat tumor, ob neruorum magnitudinem et multitudinem celerior mors, ſi vero inferiorem ob minorem neruorum copiam tardior ſubſequatur.

p. 313. In decima ac vltima obſeruatione deſcribitur, *monſtrum, quod ſimul cum infante rite formato ſexto propemodum grauidatis menſe mortuum eſt natum.* Nimio naturae luſu commoto, placuit Noſtro illud ad tertiam fere partem minus, quam vere erat, aeri incidere et cum eruditis communicare. Ob rerum autem hic animaduertendarum multitudinem, breuitatis gratia, quae nobis eſt obſeruanda, non potuimus non, in eo tantum indicando acquieſcere, et noſtros Lectores ad ipſum librum amandare.

XIII.

XIII.

Elementa Pathologiae vniuerſae Auctore D. ADAMO NIETZKI, Halae ad Salam. Impenſis et typis Io. Iac. Curtii 1766. 8vo. alph. 1. pl. 14.

Partes doctrinae medicae, quae in nexu doctrinae vniuerſae ſiue ſyſtematis proponuntur, et in compendium redactae, inſtitutioni academicae inſeruiunt, ſi a praeſtantiſſimis profeſſoribus elaborantur, crebra et repetita explicatione ſubinde accuratius ordinantur et poliuntur, non ſolum Auctores ad inſtitutionem ſuccinctam et vtilem diſcipulis tradendam ducunt, ſed aliis quoque Doctoribus occaſionem ad fundamenta doctrinarum examinanda et ſtabilienda praebent. Simile fuit ſtudium Cl. Auctoris, qui ſcriptas plagulas horum elementorum pathologiae cum diſcipulis ſuis communicauit, quotannis explicauit, et nunc reuiſas et correctas publici iuris fecit. Huius libelli ordinem nunc breuiter adumbrabimus, quo nonnulla, ex ſpeciali doctrina ſelecta, ſubiungere queamus.

In prolegomenis de pathologia, morbis, cauſſis earumque ſignis in genere agit, vniuerſa vero pathologia in quatuor libris traditur, in quorum primo de morbis ſimplicibus, in ſecundo de morbis compoſitis, in tertio de morbis complicatis, in quarto tandem de morte agitur.

Pathologia eſt illa medicinae theoreticae pars, quae de morbis agit; morbus vero eſt diſſenſus functionum corporis humani reſpectu ſuae conſeruationis. Cum in pathologia ratio ſufficiens reddenda ſit, cur morbi actum conſequantur, cauſſae efficientes ſufficienter eruendae ſunt, minime tamen tantum poſſibiles, ſed actuales, ergo et concauſſae. p. 1.

Simili ratione ea, quae a morbis dependent, hoc eſt, effectus et ſigna. Differentia pathologiae in generalem et ſpecialem ex ratione, quam erga ſe habet genus et ſpecies diiudicantur, datur itaque tandem pathologia indiuidui. Ex hac re intelligitur differentia hiſtoriae morbi, quae cum ſit complexus illarum denominationum ſubiecti morbo obnoxii, quae faciunt ad cognitionem morbi, hiſtoria morbi ſubiecti abſtracti dicitur, cuius ſubiectum eſt genus et ſpecies, concreti vero, cuius ſubiectum eſt indiuiduum, requirit ideo determinationes cauſſarum, effectuum et ſignorum. His in vniuerſum praemiſſis, fontes pathologiae ſiue diuerſas diſciplinas philoſophicas, phyſicas et medicas indicat Cl. Auctor.

p. 8. In idea morbi euoluenda, cum ad diſſenſum functionum reſpiciat, ſimplex dicitur, in quo vna modo functio, compoſitus, in quo plures ſimul diſſentiunt. In compoſito Noſter potiſſimum attendit: num determinentur inter ſe, vel non; ſic morbus idiopathicus non determinatur per alium, ſymptomaticus vero per alium determinatur, hic, ſi deſinit determinari per ſuum idiopathicum, vel etiam per alium in idiopathicum degenerat, morbus itaque complicatus eſt compoſitus ex duobus vel pluribus idiopathicis. Quamquam vero morbus ſimplex in corpore humano nunquam exiſtere poteſt, a ſimpliciſſimis tamen in pathologia pragmatica incipiendum eſſe, Cl. Auctor vrget, qui ſimili ratione de reliquis morborum differentiis, v. c. acuti, chronici, haereditarii, letalis, ſalutaris, maioris, minoris, typici, atypici, periodici, contagioſi cet. exponit.

p. 24. Cauſſa morbi rationem eius in ſe continet, et efficiens eſt, ſi eius actio eſt ratio exiſtentiae morbi, et ſi haec ratio ſufficiens fuerit, cauſſa morbi erit efficiens ſufficiens, haec ſemper eſt ens quoddam in concreto, ratio vero ſufficiens morbi ens aliquod in abſtracto.

abſtracto. Si plures cauſſae in morbo occurrunt, concauſſae dicuntur. His ab initio praemiſſis, ad proximas et remotas, materiales et immateriales cauſſas progreditur, et relationes cauſſarum ad varios morbos definit. Sex res non naturales vt cauſſas morborum conſiderat, et quanquam in iis non omnes contineri affirmet, de methodo tamen in alias occultas inquirendi agit, cuius diſquiſitionis ſubſidia, p. 39. in phyſica ad corpus humanum applicata, et decenti earum rerum naturalium cognitione, quae in nexum aliquem cum corpore humano veniunt; in multiplici obſeruatione circa ordinarium in corpore humano; in accurata collectione ſignorum morbi et cauſſae morbi, deprehendere videtur.

Pauca nunc de ſignis morborum horumque cauſ- p. 40. ſarum in genere proponit, et cum in morbis ex ipſa rei eſſentia ſigna peti debeant, quae naturalia ſunt, artificialia, quae ex arbitrio intelligentis formantur, non admittit, illorum differentias, in demonſtratiua, prognoſtica et recordatiua, nec non alia, ex his pendentia, porro declarat.

Haec in prolegomenis habet. Nunc ad librum p. 45. primum tranſit, et in ſectione prima morbos ſolidorum conſiderat. In genere hic monet, elementa eſſe particulas minimas mixti, ex quibus partes organicae componuntur; cohaerent vero ob motum inteſtinum partium miſcibilium, quod certa aquae proportione attingitur, ne partes ſolidae vel friabiles vel fluidae fiant, hinc ſiccitatem et humiditatem elementorum vt morbos primos ſolidorum conſiderat, ex his rigiditatem, debilitatem et continui ſolutionem deducit; haec vltima vlterius in putrefactione, ambuſtione, arroſione et dislocatione definitur et tandem ad incrementum et decrementum partium reſpicitur. Species poſtea morborum ſimplicium

p. 52. in oſſibus, cartilaginibus, fibris partium flexibilium in genere et vaſorum in ſpecie perpenduntur.

p. 66. Exhibeamus nunc ex vltimo capite ſpecimen. Cauſſa conſtrictionis eſt in fibris, diſtenſio per ſanguinem impreſſum et materiam obſtructam efficitur. Vibratio vaſorum eſt eorundem contractio et diſtenſio ſucceſſiua. Inflammatio eſt perquam vehemens vaſorum ſanguineorum vibratio cum eorundem diſtenſione. Gangraena eſt ille gradus inflammationis, qui proxime antecedit plenariam vibrandi impotentiam vaſorum. Sphacelus eſt putrefactio vaſis ſanguinei a ſanguinis ibidem putrefactione producta. Porro cauſſas obſtructionis et concreſcentiae vaſorum ſanguineorum declarat, et pulſus differentias definit, v. c. pulſus celer eſt, ſi arteria poſt ſyſtolen, in inſtanti dilatatur, ſi haec dilatatio valde ſucceſſiua eſt, tardus dicitur; pulſus frequens circa datum aliquod tempus ſaepius redit, rarus ei opponitur. Pulſus magnus eſt, qui ſub digito tangente ſolito maius ſpatium ſecundum latitudinem implere videtur, ſiue qui ex lato et longo componitur. Dicitur vero latus, quando arteria ſecundum ſui latitudinem, et longus, ſi illa ſecundum ſui altitudinem ſub digito tangente magnam lineam deſcribere videtur. Magno opponitur paruus. Pulſus fortis eſt, cuius impetus tangenti inſignis eſſe videtur; huic opponitur debilis. Mittimus reliquas differentias earumque cauſſas, et tantum monemus aneuryſmatis, varicis, palpitationis et tremoris cordis, anxietatis praecordiorum cet. ideas inde declarari. v. c. Palpitatio cordis eſt pulſus cordis fortis, anxietas praecordiorum ſiue angor cordis eſt diſtenſio eius cum debilitate, tremor cordis eſt pulſus eius celer, debilis et frequens.

p. 77. Sectio ſecunda de morbis fluidorum ſimplicibus in genere et in ſpecie agit. In his quantitas, motus inteſtinus

inteſtinus et progreſſiuus et fluidi mixtio attenduntur. Plethora eſt maior ſanguinis quantitas, quam cum ſanitate congruit, ſimplex eſt haec quantitas aucta, integris reliquis qualitatibus, compoſitae aliae qualitates vitioſae adhaerent; plethora ad vaſa haec ſolum a ſanguine turgida ſiſtit, ad vires aliis quoque moleſtiis ſtipata eſt. Simili ratione depletio vaſorum, orgaſmus humorum, ſtaſis et congeſtio eorum, putredo, extrauaſatio, haemorrhagia, ſpiſſitudo ſeu nimia denſitas, viſciditas et tenuitas humorum, acrimonia et cacochymia ſiue dyſcraſia eorum definiuntur.

Sectio tertia de partium flexilium integrum quid p. 84.
efficientium morbis inſtar ſimplicium conſiderandis agit. In capite itaque primo de his in genere diſſeritur, ſpeciatim vero de morbis ſimplicibus cutis capite ſecundo, partium muſcularium tertio, cauitatum et partium intra illas contentarum quarto, ſenſuum externorum quinto et internorum ſexto capite agitur. Exhibeamus ſpecimen de partium mu p. 99.
ſcularium morbis. Muſculi itaque et membranae ſpaſmo corripi poſſunt, hanc ſupra dixit contractionem fibrae inuoluntariam, vel maiorem vel plus perdurantem, quam neceſſarium eſt ad ſanitatem. In his fundamentum diuiſionis ex locorum affectorum differentia, et varietate ſitus partium ſpaſmo affectarum et in eo perdurantium aſſumitur. Arthritis eſt ſpaſmus, qui in partibus muſcularibus circa articulos oboritur, rheumatiſmus vero eſt ſpaſmus partium muſcularium, in aliis locis ſitarum, hinc hemicraniam, pleuritidem ſpuriam et lumbaginem ad rheumatiſmum refert. Tetanus eſt ſpaſmus, quo totum corpus ita corripitur, vt in ſitu erecto immotum perſiſtat. Catalepſis eſt ſpaſmus, quo corpus affectum in tali ſitu perſiſtit, quam ante illius aduentum habebat. Aſthma conuulſiuum eſt ſpaſmus

muſcu-

muſculorum pectoris et laryngis, incubus ideo eſt aſthma conuulſiuum, durante ſomno natum. Paralyſis ſiue reſolutio neruorum eſt debilitas in partibus muſcularibus, qua illae vel ſenſu vel potentia motum exercendi vel vtrisque ſimul carent. Aſthma defectiuum eſt paralyſis muſculorum pectoris et laryngis. Apoplexia eſt paralyſis vera vniuerſalis. Atrophia in genere dicitur defectus nutritionis in partibus muſcularibus praeſertim conſpicuus, aridura autem eſt atrophia ad partes muſculares membrorum, circa illorum praecipue articulos relata.

p. 133. Haec ideo ex multis, a Cl. Auctore propoſitis, ſelegimus, quo idea operis in ordine doctrinae et definitionibus pathologicis appareat. Liber ſecundus, qui de morbis compoſitis agit, in centum et quinquaginta octo capitibus ea, quae in ſimplicibus morbis propoſita ſunt, vberius declarat, methodum itaque doctrinae paucis exemplis indicabimus.

p. 145. Caput octauum de vulneribus in genere agit. In vulnere, magnas arterias non laedente, labia, cauſſa etiam externa remota, a ſe inuicem reſiliunt, ſanguis, ab initio cum impetu fluens, ſenſim ſiſtitur, et cruſta cauo vulneris innaſcitur, tum liquidum tenue rubellum manat, labia vulneris inflammantur, dolor increſcit, et febris ingruit, liquidum tenax, flaueſcentis coloris, pus, naſcitur, et dolor et febris ceſſant, vulnus a fundo ſurſum et ab ambitu verſus centrum increſcit, coit margo, vulnus exſiccatur, cicatrice relicta. Cum fibrae vaſorum elaſticae ſint, labia reſiliunt, diameter vaſorum anguſtior redditur, magnam haemorrhagiam excipit moderata, inflammationis cauſſa ita exiſtente, effectus in dolore et febri ſequuntur, ceſſante inflammatione, ſuppuratio ſuccedit, tunc etiam vaſa, non amplius diſtenta, propius ad ſe inuicem accedunt, et conſolidationis ratio cernitur.

Vulnera

Vulnera externa dignoſcuntur aſpectu, interna ex cauſſis et ſymptomatibus patent. Prognoſis vulnerum ex qualitate partis vulneratae, magnitudine vulneris et inflammatione definitur.

Caput viceſimum primum de aſthmate ſpaſtico ſeu conuulſiuo agit. Huic obnoxii ſunt, qui congeſtiones humorum ad pectus experiuntur, conſuetas ſcarifationes ad pectus negligunt, qui flatulentia ex conſtrictione et diſtenſione viſcerum abdominalium excruciantur. Phaenomena in his ſunt, torpor et laſſitudo corporis, ſenſus compreſſionis thoracis circa ſcapulas, facilis inde exſpiratio, difficilis inſpiratio, palpitatio cordis, turgida vaſa ad tempora, facies inaequaliter rubicunda, vertigo et dyſpnoea. Solutio morbi poſt alui excretionem vel haemorrhoidum et menſium fluxum ſequitur; ratio autem horum phaenomenorum in ſequentibus explicatur. p. 187.

Quemadmodum autem Noſter aſthma hoc ad ſpaſticos morbos, ſic aſthma defectiuum capite viceſimo quarto ad paralyſin refert. Hic enim morbus aſthma ſpaſticum excipere ſolet, morbis pulmonum et diaphragmatis ſaepe accedit, hypochondriacis, hyſtericis et hydropicis familiaris eſt, praeſente tuſſi, non adeo periculoſum eſt, ſed ea ſoluitur, et aegri fluxu menſtruo et haemorrhoidali leuantur, hoc tamen in catarrhum ſuffocatiuum interdum, ideoque perniciem aegri, tranſit. p. 199.

In excretione menſtruorum monet Cl. Auctor, eam ſe ad phaſes lunae accommodare, virgines et mulieres ad annum circiter viceſimum primum circa nouilunium; poſtea ad annum triceſimum intra tempus nouilunii et plenilunii; ab anno triceſimo quinto vſque ad annum quadrageſimum ſecundum in plenilunio vel paulo poſt; ab anno tandem quadrageſimo ſecundo ad quinquageſimum, vbi ceſſant decreſcente luna, excretionem menſtruam experiuntur. p. 225.

tur. Monet vero hunc ordinem, etſi a natura definitum, per crebriores diaetae errores maxime turbari.

p. 241. Haemorrhoides ſerpiginoſae, capite triceſimo nono deſcriptae, ex albis et mucidis oriuntur, quando ſeri acredo accedit. Si itaque illae venereis, ſcorbuticis, ſcabioſis aut alia acrimonia imbutis accedant, ſerpiginoſae fiunt, ad anum enim exulcerationes et inflammationes obſeruantur. Subiungit his capite quadrageſimo fluxum hepaticum, ſcilicet diarrhoeam, vbi ſcybala ſero ſubrubro abundant, ii itaque qui ex haemorrhoidibus ad diarrhoeas proni ſunt, huic morbo obnoxii inueniuntur. Praecipua huius ſymptomata ſunt colica, flatulentia, malum iſchiadicum et lumbago. Dolor inteſtinorum in dextro latere,et ideo hepar verſus ab aegro percipitur, pruritus ani et teneſmus. Quanquam vero analogia fluxuum ventris et haemorrhoidum his quodammodo indicatur, varias tamen viſcerum imi ventris laeſiones maiorem attentionem exigere, monemus.

p. 412. Mittimus multa doctrinae pathologicae capita, quo melancholiam et morbos ei analogos in capite centeſimo ſeptimo et ſequentibus pertractatos, breuiter indicare queamus. Melancholia delirium chronicum eſt, huic obnoxii ſunt, qui malo hypochondriaco et hyſterico diu detenti fuerunt, in quibus laeſiones viſcerum abdominalium inprimis ſcirrhi ſunt, in quibus haemorrhagiae ſalutares ſupprimuntur, qui animi pathematibus indulgent, qui facultates animae inferiores ſupra modum exercent, qui a parentibus melancholicis naſcuntur, qui ſanguine ſpiſſo abundant per cauſſas varias ad encephalum congerendo. In his extrema corporis frigent, habitus corporis palleſcit, cordis palpitationes et anxietates praecordiorum, reſpiratio profunda et mirum in modum praecluſa obſeruantur, ſequitur inde dolor capitis, praecipue grauatiuus, genae et labia tunc rubeſcunt,

laerymae

lacrymae effunduntur, et ſomnus eſt inquietus, phantaſmata vel terrifica vel grata et iucunda, actiones ideis reſpondentes efficiunt, excretiones naturales vel ſupprimuntur, vel languent; ſanguis vero niger difficulter ex vena inciſa fluit. In ſectionibus cadauerum inueniuntur vaſa cerebri ſanguine atro diſtenta, ſeri ſanguinei intra menynges extrauaſatio, cerebri quaedam loca tumida, dura, ſicca, bilis perquam atra et valde glutinoſa.

Mania eſt delirium chronicum ferox. In maniacis maior vis ad ſanguinem commouendum et cum impetu ad encephalum coaceruandum eſſe videtur, oculi ideo ſanguine ſuffuſi ſunt, facies pallet, quod in delirio phrenitico magis tumet, extrema calent, ita vt acerbiſſimum frigus nec ſentiant, nec eo laedantur, audacia in vultu et actionum laſciuarum et truculentarum varietas, ſi motibus conuulſiuis corripiuntur, paroxyſmi finiuntur et ſubſequitur ſtupor vel inſignis languor. Noctambulatio ex dictis patet, primarum viarum morbi et inprimis colluuies verminoſa cauſſam exhibet, inſcii actiones diurnas repetunt et in loca periculoſa enituntur, ſalui tamen ſaepe in lectulum redeunt, continuata tamen capitis temulentia afficiuntur, et paroxyſmi lunae phaſibus reſpondere videntur, morbus tandem in epilepſiam et varias melancholiae ſpecies tranſit. Noſtalgia non tantum populis, regiones montoſas inhabitantibus, ſed iis etiam, qui conſuetum vitae genus mutant, familiaris videtur, et vti molliter educatis per varias calamitates in regionibus peregrinis perferendis inducitur, ſic ſolum vitae ante actae deſiderium cauſſa videtur, quae animum inquietum, appetitum proſtratum, et alias actiones laeſas reddit, et vitae tandem taedium inducit, ideoque in aliquam melancholiae ſpeciem tranſit. Hydrophobia a morſu animalis rabidi oriunda cauſſa quidem differt, ſed

p. 416.

p. 419.

multis

multis plane phaenomenis conuenit. Tarantiſmus ideo et chorea St. Viti ſimili modo diiudicari poſſunt.

p. 426. Placuit Cl. Auctori furorem poeticum huc referre, quoniam enim exercitationibus poeticis diu noctuque inhaerentes, vel ea animi mollitie praediti, vt carminibus vltra modum flectantur, variis melancholiae cauſſis accedentibus, ita laedi videntur, vt ſpaſmo cynico, riſu ſardonio, oculis plerumque clauſis et ore ſpumante canere dicantur, ita furore poëtico afficiantur. Ex quibus ea quoque intelliguntur, quae de erotomania et furore vterino proponit, quae nimirum ex venereis ſtimulis phantaſiam vltra modum laedentibus, deriuantur.

p. 430. Cum pathologica febrium conſideratio, quae a capite centeſimo decimo ſeptimo vſque ad caput centeſimum quinquageſimum ſeptimum ample ſatis a Noſtro pertractatur, breui recenſione complecti nequeat, addamus tantum pauca, quae de criticis

p. 446. diebus propoſuit. Dies criticus eſt, quo criſis fit. Dies indicatorii ſeu indicantes, qui etiam contemplabiles ſeu contemplantes dicuntur, phaenomena in febribus exhibent, ex quibus ad criſeos futurae conditionem tuto colligere licet, ſiue ſymptomata prognoſtica criſeos; dies intercalares ſiue intercidentes ſeu prouocatorii illi appellantur, qui diebus indicatoriis ex parte aliqua ſimiles ſunt. His opponi ſolent dies vacui, ſiue medicinales ſiue non decretorii. Dies tandem pſeudocriticus ſiue tyrannicus vocatur ille, qui grauiſſimis morbi exacerbationibus ſtipatus eſt, et proxime antecedere ſolet diem criticum. Diagramma criticum in ſex ſeptenariis nunc exhibet, ex quibus tria hic repetere iuuabit. Dies 1 et 2 vacuus, 3 intercalaris, indicatorius, 5 intercalaris, 6 pſeudocriticus, 7 criticus, 8 vacuus, 9 intercalaris ſ. ſaepe exitialis, 10 vacuus, 11 indi-

catorius,

catorius, 12 vacuus, 13 intercalaris, 14 criticus, 15, 16 vacui, 17 indicatorius, 18 vacuus, 19 intercalaris, 20 criticus. Simili prorſus ratione quartum, quintum et ſextum ſeptenarium diiudicari poſſunt. Quanquam etiam veterum ideas de diebus criticis non reiiciamus, in obſeruando tamen crebras limitationes addendas eſſe, ſumma, quae inter noſtros eſt vitae generis varietas, omnino vrget.

Tertius nunc liber de morbis complicatis agit, p. 561. chronici enim vel acuti inter ſe, vel chronici cum acutis et vice verſa coniungi poſſunt, de his itaque nonnulla in vniuerſum proponit. Si cum morbo chronico maligno acutus benignus complicatur, hic quoque malignior erit, v. c. febres ſcorbuticorum vel venereorum. Si cum morbo chronico benigno complicatur morbus acutus malignus, in partibus, morbo chronico affectis, inflammatio generabitur, v. c. ſic hypochondriacus, febre acuta maligna laborans, hepatitidi vel alius viſceris abdominalis inflammationi obnoxius erit. Haec et alia praemittit et viam ſibi pandit ad febrium complicatarum conſiderationem, quarum plures ſpecies in ſequentibus capitibus conſiderat. v. c. Synochus putrida eſt febris complicata ex febre continente, et vna vel altera ſpecie febris continuae acutae; febris tertiana continua ex febre tertiana et continua quacunque, et ſic quartana et quotidiana cum continuis componuntur.

Liber quartus de morte agit, quae in abſentia p. 585. omnium plane actionum corporis humani cernitur; inprimis vero prognoſis mortis ex actionibus cerebelli, cordis et pulmonum in morbis maxime laeſis formatur. Signa itaque petuntur ex motibus conuulſiuis cum morbo quodam ſenſuum internorum

 con-

coniunctis, et inſigni corporis debilitate, porro ex motu cordis inaequali et pulſu intermittente, tandem ex reſpiratione valde intercepta cum grauibus humorum congeſtionibus ad caput.

XIV.

CAROLI a LINNE', Equitis aurati, de ſtella polari etc. Syſtema naturae per regna tria naturae, ſecundum claſſes, ordines, genera, ſpecies, cum characteribus, differentiis, ſynonymis, locis. Editio duodecima, reformata. Holmiae impenſis Laur. Saluii. 8. mai. Tom. I. Pars I. 1766. 1 Alph. 11 pl. Pars II. 1767. 2 Alph. 6 pl.

Satis ſcimus, conſtare lectoribus, quanta ſint Ill. A LINNE' merita de vniuerſa hiſtoriae naturalis diſciplina, ita, vt plane ſuperflui aliquid ſimus ſuſcepturi, ſi in has Viri Celeberrimi laudes plura velimus dicere, quum noua iam ſyſtematis naturae editio nobis commemoranda veniat. Neque enim dubitamus, quin ii etiam, qui non coeco quaſi impetu iſtius nominis celebritate duci ſe aut rapi potius patiuntur, nec in eius omnino verba, tanquam de tripode dicta, iurare conſultum putant; illud tamen grata mente agnoſcant, deberi iſti Viro, vt videamus nunc tandem aliquid in corporum naturalium hiſtoria, via ab ipſo, facem praeferente, parata. Concedent, niſi prorſus alienae partis ſtudio abripiantur, ab ipſo primum inductum eſſe ſyſtematicum ordinem, cuius ope tanquam ariadneo filo nos ex hoc labyrintho extricare poſſumus; noua multa detecta, aut melius determinata, pluriumque reperiundorum viam quaſi monſtratam eſſe diſcipulis aliisque doctis viris; vt adeo huius Viri aetas, nouam haud dubie epocham

epocham in pluribus doctrinae naturalis partibus, omni tempore ſit factura. Sed praeter illam communem omnium concelebrationem nominis meritorumque Linnaeanorum, hoc etiam maximi faciendum eſt, debenturque ei inprimis gratiae ex eo, quod in perſcrutandis, eoque, quo pollet, acumine examinandis, meliusque ordinandis corporibus naturalibus, indefeſſo ſtudio pergat; neque ſatiatus quaſi communi plauſu, vt multi alii, detractis ab opere manibus, eius vlteriorem culturam tempori relinquat; ſed nunc quoque inuenta noua addat ſuperioribus, eademque in communem vſum transferat. In hac enim reformata ſyſtematis naturae editione, inſignis nouarum ſpecierum numerus, vel leuiter intuenti cuique perſpicuam facit Auctoris Cel. induſtriam, digniſſimam attentione noſtra. Inprimis vero haec editio praecipui maxime hoc prae reliquis recentioribus editionibus huius libri habet, quod addita ei ſit pars tertia, continens regnum minerale, de qua tamen, vti de ſecunda, quae vegetabilia comprehendit, alio tempore verba faciemus.

Primus vero, quem nunc indicamus, tomus ſyſtematis naturae duobus voluminibus componitur, quorum primum claſſes *mammalium*, *auium*, *amphibiorum* et *piſcium*: alterum vero *inſecta* et *vermes* continet. Inter itinera, a diſcipulis ſuis ad augmentum hiſtoriae naturalis inſtituta, a Cel. Auctore A. R. MARTINI iter in *Spitzbergam*, C. ALSTROEMERI in *Europam auſtralem*, et I. FALKII in *Gotlandiam* primum in noua hac editione referuntur. Ipſa quoque *regni animalis* et *mammalium reliquorumque ordinum conſideratio* variis obſeruationibus hic auctae apparent, quas tamen praetermittimus. *Beſtiarum* ordinem edit. X in noua hac editione plane omiſit, generaque ſub eo comprehenſa, ad alios retulit, vt *ſuem* ad *belluas*, *daſy-* Tom. I. P. I.

 pum

pum ad *bruta*, *erinaceam*, *ſoricem*, *didelphidem* ad *feras*, licet dentium inciſorum numerus in his inſigniter a numero, quem ad ferarum characterem determi-
p. 88. nandum aſſumſit, differat. Nouum quoque *noctilionis* genus *glirium* ordini adiectum eſt, quod *veſpertilionis* ſpeciem, quam BRISSONUS *veſpertilionem americanum rufum*, LINNAEUS vero in editione decima *veſpertilionem leporinum* dixit, comprehendit, quae dentes inciſores duos in vtraque maxilla habet. Cum vero ex DAUBENTON et PALLAS Virorum Cel. obſeruationibus notum ſit, dentium primorum numerum in veſpertilionibus inſigniter differre; (aliae enim ſuperioribus carent; aliae 2 ſuperius et totidem inferius; aliae 2 ſuperius et 6 inferius: aliae vtrimque 4, vel 4 ſuperius et 6 vel 8 inferius etc. habent) nouo hoc genere opus vix fuiſſe arbitramur. Plures vero nouae mammalium ſpecies ex BRISSONO, EDWARDS aliisque, nec non a Cel. Auctoris diſcipulis primum deſcriptae, hic reperiuntur, plures quoque obſeruationes additae, variaque alia in noua hac editione mutata ſunt, de quibus ſpeciminis loco nonnulla adiicere liceat.

p. 35. Noua ſimiae ſpecies hic deſcribitur, quam *ſimiam maimon* dicit, *caudata* (ſubcaudata) *ſubbarbata genis caeruleis ſtriatis natibus caluis*, pulcherrima ob colorum varietatem et elegantiam (*). Referenda tamen eſt ea ad *Papiones*, non ad *Cercopithecos*, quibus illam Ill. A LINNÉ adnumerauit, neque ſynonyma, hic adducta, ad illam ſpectant. Nouae quoque, nec ex BRISSONO aut aliis auctoribus ſumtae ſunt: *ſimia nictitans*, quam ALSTROEMERUS apud Cel. BURMANNUM Amſtelodami vidit, *caudata*, *imberbis*, *nigra*, *punctis pallidis adſperſa*, *naſo albo*, *pollice palmarum breuiſ-*

*) Eſt ea *Mandril* BUFFONI *Hiſt. natur.* et *Mormon* ALSTROEMERI in *Actis Stockholmenſibus*. Vol. XXVIII.

breuiſſimo, natibus tectis. *Hominem nocturnum* ſ. *tro*- p. 33.
glodytem adhuc adſumit, optatque, vt peregrinatores in hac et proximis obſeruent, num foeminae clitoride et nymphis inſtruantur, quibus homo a ſimiis ex Noſtri mente differt. *Lemuris volantis* accuratam p. 45.
deſcriptionem adhuc Ill. Auctor deſiderat, quam nuper Cl. PALLAS promiſit, et quae facile ab eo parari poteſt, cum animal paſſim in muſeis reperiatur, et etiam, ni fallimur, Berolini in Muſeo Academiae Regiae aſſeruetur. Ad *Tricheci* genus nunc etiam *Pho*- p. 49.
ca roſmarus editionis X refertur. Deſideratur etiam ab Auctore deſcriptio *Canis aurei* (*Iackall* ſiue p. 59.
Lupus aureus) quod animal in Oriente copioſe reperitur. Noua quoque ſpecies eſt *Canis thous cau*- p. 60.
da deflexa laeui, corpore ſubgriſeo ſubtus albo, quae Surinamo habitat. Addidit porro Cel. Auctor *Muſte*- p. 66.
lam lutreolam (*plantis palmatis hirſutis, digitis aequalibus, ore albo*) cuius olim iam in Fauna Suecica mentionem fecit, nec non *Muſtelam niualem* (*pedibus fiſ*- p. 69.
ſis, corpore albo, caudae apice vix pilis vllis nigris,) quae in Weſtrobothnia reperitur, et ab *muſtela erminea* magnitudine tantum atque in eo differt, quod caudae apex vix vnum alterumue pilum nigrum oſtendat. Duae quoque nouae *ſoricis* ſpecies primum p. 73.
hic commemorantur. *Minutus* ſcilicet *roſtro longiſſimo, cauda nulla*, cuius deſcriptionem vberiorem nunc Cl. LAXMANN in libello germanico, *Sibiriſche Briefe*, dedit, quod omnium animalium facile minimum eſt, cum (ex LAXMANNI obſeruationibus recentiſſimis) 38 granorum tantum pondus habeat; et *ſoricis murini cauda mediocri, corpore fuſco, pedibus* p. 75.
caudaque cinereis, quae ſpecies magnitudine *Muris muſculi* eſt, et in Iaua habitat. *Hyſtrix brachyura* edit. X ſub nomine *Erinacei Malaccenſis* ex BRISSONII auctoritate nunc deſcribitur. Noua quoque eſt *murini* generis ſpecies, quam *murem gregarium* dicit,

quae *cauda corpore triplo breuiore, ſubpiloſa, corpore
griſeo ſubtus pedibusque albis* eſt, eademque eſſe vi-
p. 78. detur, quam BUFFONUS *Campagnol* dicit. Ad *Le-
poris* genus ſpecies aliqua *cauda longitudine capitis,
pedibus rubris*, quae cuniculos fodit, et ad Caput Bo-
nae Spei reperitur, refertur, vti ad *ſciuros* Surina-
p. 88. menſis aliqua ſpecies *griſea, ſubtus flaueſcens*, quam
aeſtuantem dicit, aliaque *ſagitta* dicta, *hypochondriis*
p. 84. *prolixis volitans, cauda plano-pinnata lanceolata*, quae
p. 92. in Iaua habitat. *Moſchi* generi *Capra grimmia* et
pygmea nunc adnumerantur. *Hippopotamum terre-
ſtrem* editionis X (*Tapirus* BRISSON. *Tapiirete*
MARCGRAFFII *Tapir* ſ. *Anta* BUFFONII), qui Ame-
ricanorum animalium maximum eſt, et proprium ge-
nus conſtituere atque ad belluas forte pertinere vide-
tur, plane, neſcimus quam ob cauſſam, Cel. Auctor
in hac editione omittit. *Rhinocerotis* genus ad *bel-
luas* nunc refertur. In emendationibus ſyſtematis
mammalium poſteriori volumini, primi huius tomi
adiectis, *Mus* (*barbarus*) cauda *mediocri, corpore fuſco
ſtriis decem pallidis, palmis tridactylis, plantis penta-
dactylis* deſcribitur. Atque haec de mammalium
ordine in vniuerſum monuiſſe ſufficiat, in quo dole-
mus, Cel. Auctorem BUFFONI Ill. egregium opus
plane neglexiſſe, ex quibus magna non ſolum noua-
rum ſpecierum copia addi potuiſſet, inprimis in ge-
neribus *ſimiae, lemuris, veſpertilionis*, (de quo etiam
ea, quae Cl. DAUBENTON in *Actis Academiae Re-
giae Pariſinae*, et Cl. PALLAS in *miſcellaneis zoologi-
cis* habent, omnino conferri merentur) *tricheci, fe-
lis, viuerrae, muſtelae, didelphidis, erinacei, muris, ſciu-
ri*, et *caprae* (quorſum etiam generis *antiloparum*
hiſtoria, a Cl. PALLAS adornata, pertinet); ſed et
deſcriptiones et obſeruationes, ſyſtemati inſertae, au-
geri egregie et emendari potuiſſent; vt taceamus figu-
ras Buffoniani operis, quae maxima ex parte omnem
pagi-

paginam abſoluunt, ſummaque attentione dignae ſunt, nunquam allegari.

Iam ad *auium* claſſem progredimur, quae inſigniter ex Cl. BRISSON et EDWARDS maxime ſcriptis nuper editis, aucta eſt. Quindecim in hac editione noua genera reperiuntur. Ex his ad *Picas* pertinent: *Buphaga* roſtro recto quadrangulari, pedibus ambulatoriis: *Oriolus* roſtro recto conico acutiſſimo, pedibus ambulatoriis, quorſum *turdum luteum* et varios *ſturnos* refert: *Trogon* roſtro ſerrato apice adunco, pedibus ſcanſoriis: *Bucco* roſtro laeui, emarginato, adunco, pedibus ſcanſoriis et *Todus* pedibus greſſoriis, roſtro lineari, depreſſo, recto. *Anſerum* ordo vnico tantum genere, quod *Plotus* dicitur, auctus eſt. Habet hoc roſtrum denticulatum ſubulatum et *Anhingam* MARCGRAFII comprehendit. *Grallarum* noua genera ſunt, *Palamedea* roſtro apice vncinato acuto (*Anhima* et *Coriama* MARCGR.) et *Parra* roſtro teretiuſculo, obtuſiuſculo, fronte carunculata, carunculis lobatis, alulis ſpinoſis, ad quod genus *Vanelli armati* et *Iacana* BRISS. referuntur. *Gallinis* acceſſit *Didus* roſtro in medio coarctato rugoſo, facie nuda (eſt *Struthio cucullatus* edit. X) et *Numida*, quod genus carunculis binis ad baſin mandibularum inſtruitur, et *Phaſiani* ſpeciem, quae *Meleagris* in edit. X. vocatur, continet. Noua tandem *paſſerum* genera ſunt: *Ampelis* roſtro emarginato, ſubulato, baſi depreſſo, cui generi *Lanium garrulum* ſ. *Bombycillam* BRISS. et *Cotingam* EIUSD. Cl. Auctor inſeruit: *Tanagra* ſ. *Tangara* BRISS. roſtro emarginato ſubulato, baſi conoideo: *Muſcicapa*, quod genus *coruum paradiſi* et varias *motacillae* ſpecies editionis X continet, roſtro emarginato ſubulato baſi ciliato, tandemque *Pipra*, quod aues a BRISSONO ad *rupicolae* et *manaci* genera relatas vna cum *paro pipra* edit. X comprehendit, roſtrumque incuruum,

p. 121.

 ſubula-

ſubulatum habet. Plurium quoque nouarum ſpecierum, a nullo alio Auctore deſcriptarum, primum in hac editione mentio fit, ex quibus inprimis notatu dignae ſunt: *Falco ſuperciliosſus* et *veſpertinus: Pſittacus militaris* et *coronatus: Crotophaga ambulatoria; Anſer viduata: Fulica carthagena* et *martini-*
p. 260. *ca: Parra chauaria,* digitis elongatis, pedibus fuluis, occipite criſtato, qua cicurata Indi circa Carthagenam vtuntur ad gallinas a *vulture aura* defendendas. Currere nequit, niſi ſemiuolet, tactaque manu cutis ſub pennis etiam lanoſa vbique fortiter crepat, quae quidem lana denſa tantam quoque leuitatem corpori conciliat, vt, licet pedes digitique longiſſimi et fiſſi ſint, ea tamen egregie natare poſſit: *Loxia minima: Emberiza amazona: Fringilla ſurinama, lepida, autumnaalis, flaueola et tricolor: Muſcicapa ſurinama et variegata: Motacilla cinnamomea,* tandemque *Parus peregrinus.*

p. 347. *Amphibiorum* claſſem Cel. Auctor in hac editione auxit inſigniter *piſcium branchioſtegorum* generibus plurimis, quae ad *nantes* retulit. Illorum enim propria ſtructura, laruae ſingulares, foetus fere extra ouum, defectus pinnarum ventralium perſuaſerunt Cl. Auctori, a Cel. GARDEN petere, vellet diſſecare *Diodontis* organa reſpiratoria, et inquirere, numne pulmones habeat, qui etiam bronchias externas et pulmones internos inuenit, eosque deſcripſit, vt itaque omnino conſtet, hoc aliaque ſimilia genera nantibus eſſe adnumeranda. Sunt vero illa genera: *Baliſtes, Oſtracion, Tetrodon, Diodon, Centriſcus, Syngnathus, Pegaſus.* Ex *thoracicis* piſcibus etiam *Cyclopterus* nunc amphibiorum claſſem ingreſſus eſt. Nouae ſunt ſpecies, ex quibus plures Cl. GARDENII obſeruationibus debentur: *teſtudo ſcorpioides,* et *denticulata : rana muſica* (*): *lacerta quinquelinea-*

(*) ROESELII egregio *de ranis* opere Auctor Cel. non vſus eſt, ex quo varia addi potuiſſent.

quelineata: crotalus mutus: coluber ſimus, ſtriatulus, punctatus, faſciatus, doliatus, mexicanus, fuluius, et *domeſticus: anguis quadrupes,* pedibus breuiſſimis pentadactylis vnguiculatis, quae, cum auribus deſtituatur, lacertis non adnumerari poteſt: *anguis platura* cauda compreſſa obtuſa: tandemque *tetrodon laeuigatus.*

In ſupplementis ad hoc primum volumen, quae ad calcem poſterioris voluminis reperiuntur, nouum amphibiorum ordinem proponit, quae *meantes* Cel. Auctor vocat, et inter *ſerpentes* et *nantes* collocat. Habent vero ex eius definitione bronchias et pulmones ſimul: pedes brachiatos, vnguiculatos. Vnicum tantum huius ordinis genus eſt *Siren* ſcilicet, quae corpus bipedum caudatum nudum habet, vnicamque tantum ſpeciem continet, quam *lacertinam* Ill. LINNAEUS dicit. Animal hoc mirabile a Cel. Auctore in ſingulari diſſertatione Vpſaliae 1766 edita deſcribitur, qui illud a Cl. GARDEN (*) ex Carolina accepit. Habitat in paludoſis illius regionis, et licet laruis lacertarum ſimillimum ſit, tamen omnino declaratum animal eſſe videtur, cum manus vnguiculatas, vocemque cantilantem habeat, atque magnitudine omnes reliquas lacertarum ſpecies, in Carolina reperiundas, longe ſuperet. p. 395.

Piſcium ordo varias nouas plane ſpecies continet, quarum maxima pars a Cl. GARDEN collecta eſt, vt *Gymnotum albifrontem, Gadum tau* et *cimbrium: Coryphaenam pſittacum, acutam, ſimam, virentem, hemipteram, branchioſtegam* et *clypeatam: Gobium barbarum: Pleuronectem plagiuſam* et *lineatum: Chaetadontem alepidotum, leucurum* et *argum: Labrum hiatulam: Percam punctatam, ocellatam, palpebroſam, atrariam* et *trifurcam: Gaſteroſteum carolinum* et *canadum:* p. 419.

 Scombrum,

*) Conf. quoque de hoc animale Philoſoph. Tranſact. Vol. LVI. p. 189. tab. IX.

Scombrum hippos et *chryſurum*: *Cobitidem heteroclitam*: *Silurum inermem*, *galeatum*, *carinatum*: *Salmonem notatum* et *rhombeum*: *Clupeam atherinoidem*: tandemque *Cyprinum americanum*. *Ophidii* genus ad *apodes* nunc pertinet. *Cyclopterum* ad amphibiorum ordinem ab Auctore Cel. referri ſuperius monuimus. *Cepolae* genus, quod *thoracicis* inſertum eſt, plane nouum eſt. Os imum, corpusque enſiforme habet, atque *Taeniae* ARTEDI duas ſpecies continet. Nouum quoque eſt *Amiae* genus ad *abdominales* relatum, quod caput nudum, oſſeum, ſcabrum habet, cuiusque vnica tantum ſpecies, quae in Carolinenſibus aquis dulcibus reperitur, hic deſcribitur. *Teuthis* etiam piſcium *abdominalium* genus ſiſtit, quod caput antice truncatum habet, cui duae *Hepati* GRONOVII ſpecies adnumerantur. *Elops* tandem tertium nouum genus huius ordinis eſt, cuius character primarius in membrana branchioſtega duplici exteriore minore conſiſtit, et quod vnicum tantum piſcem, quem SLOANE *Saurum maximum* dixit, comprehendit. *Branchioſtegarum* piſcium maximam partem nunc amphibiis adnumerari, ſupra iam monuimus. Vnicum tamen genus ſupereſt, *Mormyri* ſcilicet, quod nunc piſcium *abdominalium* genus conſtituit.

Tom. I. P. II. Supereſt, vt de poſteriore volumine huius tomi dicamus, in quo inſecta et vermes reperiuntur, quod ſimili modo ac prius plures nouas ſpecies continet, in quarum tamen recenſione breuiores erimus. In-
p. 533. ſectorum inprimis enumeratio maxime aucta eſt, cum non ſolum inſignis nouarum ſpecierum multitudo ex GEOFFROY, SCHAEFFERO aliisque addita, ſed et generum diuiſiones vario modo mutatae, noua-
p. 559. que genera conſtituta ſint. Primum ex iis *Lucanus* eſt, quod *Scarabaei* ſpecies antennis clauatis: claua

compreſſa

compreſſa, latere latiore pectinato-fiſſili: maxillis
porrectis, exſertis, dentatis (*ſcarabaeos ore maxillis*
forcipatis, edit. X) continet. Secundum *Ptinus* eſt, p. 565.
thorace caput excipiente, antennis filiformibus: ar-
ticulis vltimis longioribus, quod genus variis *Der-*
meſtis ſpeciebus componitur. *Gyrini* genus anten- p. 567.
nas clauatas, rigidas, capite breuiores habet, et *Dy-*
tiſcum natatorem edit. X comprehendit. *Byrrhus* p. 568.
antennis clauatis extrorſum incraſſatis, claua ſolida
ouata inſtruitur, ad quod genus variae *Dermeſtis* ſpe-
cies nunc referuntur. *Hiſpae* antennae filiformes, p. 603.
porrectae, approximatae fuſiformes ſunt, et *Derme-*
ſtes clauicornis ad illud genus pertinet. *Bruchus*, an- p. 604.
tennas filiformes, extrorſum craſſiores habet. Ad-
numerantur huic generi variae *Dermeſtis* ſpecies, v.
c. *piſorum* et *Curculio chinenſis*. *Lampyris* antennas p. 643.
filiformes habet. Elytra flexilia ſunt, thoracisque
clypeus caput obumbrat et recipit. Pertinent huc
Cantharis noctiluca, *pyralis*, *phoſphorea*, *mauritanica*
etc. *Blatta* et *Gryllus* ad *hemiptera* nunc referun-
tur. *Mantis* nunc a *Gryllo* ſeparatum genus con- p. 689.
ſtituit, pedibus anticis ſerratis, vngue vnico inſtru-
ctum. *Fulgorae* vero genus *Cicadas noctilucas* edit. p. 703.
X comprehendit. *Papilionum barbarorum* phalanga
plane in hac editione omittitur. *Phalaenis* vero *at-* p. 808.
tacorum phalanx addita eſt, quae *Bombyces alis patulis*
inclinatis edit. X continet. *Myrmeleon* cauda forci- p. 913.
pata ab *Hemerobio* differt, cuius generis variae ſpe-
cies v. c. H. *formicaleo* et *formicalynx* nouum hoc
genus conſtituunt. *Sirex* aculeum ſerratum ſub ab- p. 928.
dominis ſpina terminali, *Chryſis* vero aculeum pun- p. 947.
ctorium, abdomen ſubtus fornicatum corpusque au-
ratum habet. Ad prius pertinet *Ichneumonis* ſpe-
cies, quae abdomini ſeſſili apice mucronato inſtruun-
tur, ad poſterius vero nonnullae ſpecies, quae olim
generi hymenopterorum, cui LINNAEUS nomen
Sphex impoſuit, adnumerabantur.

p.1069. Ex vermium tandem claſſe notandum eſt, Cel. Auctorem in hac editione *teredinis* genus ad *teſtacea*
p.1267. vniualuia abſque ſpira regulari retuliſſe. *Molluſco-*
p.1082. *rum* ordo quinque generibus auctus eſt. Ex his os anticum corporisque aperturam lateralem habet *Laplyſia*, quae praeterea tentacula quatuor et anum ſupra poſtica habet, atque *Thetytem limacinam* edit. X continet. Ore ſupero inſtruuntur, et baſi ſe affigunt *Actinia*, quae apertura vnica communi dilata-
p.1087. bili praedita eſt, et *Aſcidia*, in qua duae aperturae
p.1088. deprehenduntur, quarum altera humilior eſt, et ad quam *Priapi* genus edit. X refertur. *Terebella* contra os anticum corpusque tentaculis capillaribus antice cinctum habet,et vnicam ſpeciem a Cl. KAEHLERO in *Actis Stockholmenſibus* 1754 deſcriptam
p.1094. continet. *Clio* tandem oſtendit os anticum, corpusque brachiis duobus dilatatis inſtructum, quod vltimum genus Ill. Auctor a Cl. BROWNIO mutuatus eſt. Iam quod *teſtaceorum* ordinem attinet, tenen-
p. 1110. dum eſt, *Pholadis* genus ob teſtas poſticas acceſſorias minores multiualuibus nunc adnumerari. *Ma-*
p.1125. *ctra* teſtam biualuem inaequilateram, aequiualuem ſiſtit, cardoque dente intermedio complicato cum adiecta foueola, lateralibus remotis inſertis compo-
p.1268. nitur. *Sabellae* tandem characterem, quae teſtaceis vniualuibus abſque ſpica regulari adnumeratur, teſta tubuloſa contexta ex arenulis, confertim membranae vaginali impoſitis, conſtituit. Pertinent ad hoc genus *ſerpula ringens* et *penicillus*, nec non
p.1285. *Tubipora arenoſa*, edit. X. *Lithophytis* additum eſt, *Celleporae* genus foraminulis vrceolatis ſubmembranaceis inſtructum, cui tubipora verrucoſa edit. X. aliaeque nouae ſpecies adnumerantur. Primum ex
p.1296. nouis *zoophytorum* generibus *ſpongia* eſt, quam ad animale regnum nunc penitus Cel. Auctor refert, licet *ſpongia fluuiatilis* ad vegetabilem adhuc naturam accedat.

accedat. Foraminibus ſpongia aquam reſpirat, ſtirps radicata eſt, pilis contexta, flexilis, bibula. Sequitur p.1300.
Fluſtra, quod genus ſtirpem radicatam, vndique poris celluloſis tectam, habet, et olim *Eſchara* diceba-
tur. *Vorticellae* character eſt: flos calyce vaſculo p.1317.
ſo: ore contractili ciliato, terminali. Stirps fixa, in verticem vibrans florem. Huc refertur *Iſis encrinus* et *anaſtatica*, atque *Sertularia polypina* etc. *Fu-*
riae genus ad zoophyta nunc ex inteſtinis transla p.1325.
tum eſt. Vltimum vero genus *Chaos* ſiſtit, corpore p.1326.
libero vniformi, rediuiuo: artubus ſenſusque organis externis nullis. Adnumeratur huic generi *Voluox chaos*, edit. X. anguillae in aceto et glutine bibliopegorum reperiundae, animaliaque reliqua infuſoria, nec non illa animalcula mirandae plane naturae, quae Ill. DE MÜNCHHAUSEN in fungorum ſeminibus, neſcimus an recte, et vſtilagine aſſumſit, cuius obſeruationes LINNAEUS Ill. in diſſ. *de mundo inuiſibili* confirmauit. Ad hanc quoque familiam pertinere putat Cel. Auctor febrium exanthematicarum, ſiphilitidisque contagium, ſpermaticos vermiculos, fermentique et putredinis ſepticum etc. Auctum eſt hoc volumen variis indicibus, nec non appendice ſynonymorum, quae ex Cl. SCHAEFFERI *Inſectis Ratisbonenſibus* et SEBAE Theſauri T. IV excerpta ſunt.

XV.

XV.

An inquiry into the nature, cauſe and cure of the Croup by FRANCIS HOME, M.D. his Majeſty's Phyſician and fellow of the Royal College of Phyſicians in Edinburgh, printed for A. Kincaid and J. Bell. 1765. 8vo mai. pag. 60.

h. e.

Diſquiſitio naturae, cauſſae et curationis ſuffocationis ſtridulae. Auctore FRANCISCO HOME, M. D.

p. 4. Morbum quendam ſingularem et nouum deſcripturus Cl. Auctor, recte in principio monet, medicos de diſtinguendis in genera et ſpecies diſtribuendis morbis, et de nouis nominibus, ex leui aliqua ſymptomatum mutatione imponendis, magis, quam de veris morborum deſcriptionibus et mutationibus tradendis, ſollicitos eſſe. Quanquam igitur ille cauſſas, ſymptomata et ſigna noui huius morbi deſcribat, ad anginam tamen non reducit, ſed nouum nomen *Croup* ſiue ſuffocationis ſtridulae a praecipuo ſymptomate imponit. Exponamus breuiter de ratione morbi, et in progreſſu ſuo et per cadauerum diſſectionem declarata, et poſtea nonnulla ex corollariis addamus.

Morbus vero infantibus et pueris ſemper, nunquam vero adultioribus, porro ad littora maris habitantibus magis, quam vrbium maiorum incolis infeſtus eſt, ex ſymptomatibus leuioribus, celeriter tamen funeſtis, aliquam cum catarrho pulmonum et peri-
p. 10. pneumonia habet ſimilitudinem. Ex hiſtoriis morborum deſcriptis, progreſſum in duodecim aegris declarantibus, apparet, inflammatorium videri morbum cum

cum difficili et alta reſpiratione. Aegri inprimis raucedine et inde voce ſtridula, ſtrepitum gallinarum aemulante, ſignum diagnoſticum referunt; deglutitio non admodum laeſa eſt; pulſus fortis et celer, vrina varia cum ſedimento ſaepius mucoſo. Acceſſoria nonnunquam ſymptomata ſunt oedemata non tantum faciei et colli, ſed et manuum et pedum, vomitus, coryza et fluxus muci ex naribus copioſus, tonſillae etiam interdum tumidae et muco obſeſſae ſunt. In diſſectionibus cadauerum fauces vix inflammatae, et ſubſtantia pulmonum prorſus ſana deprehenſa eſt, trachea vero in ſuo ambitu molli, craſſa et tenaci membrana obſeſſa eſt, ſub ea tamen rubor vt inflammationis ſignum interdum apparuit. In puella nouem annorum membrana nigra erat, ſignum tamen ſphaceli interioris membranae Noſtro non videtur, ſed tantum exſiccationis. In omnibus aegris bronchia materia mucoſa, plus minus purulenta alba et flaua repleta inueniebantur, quae ex omnibus ramis exprimebatur.

Ex deſcriptionibus morborum porro apparet, leuiorem morbum interdum ſanatum eſſe, et in eo venae ſectiones, veſicatoria circa collum applicata, vapores ex aqua calida cum aceto ad fauces admiſſi, et externa quoque epithemata non ſine fructu fuiſſe; in progreſſu tamen morbum ſemper lethalem extitiſſe, nec haec, nec alia remedia v. c. ſpiritum MINDERERI cum theriaca, gummi ammoniacum cum ſale cornu cerui, camphoram, nec ſyrupum ſcilliticum vel tincturam ipecacuanhae cum aceto ſcillitico ad vomitum excitandum propinata, nec hirudines, collo applicatas, opem attuliſſe.

In corollario primo Cl. Auctor monet, morbum P. 32. ab incolis varie denominatum, ex ſymptomate vocis ſtridulae, cum gallinarum ſtrepitu comparatae, ſuffocationem ſtridulam appellari poſſe, tuſſis enim

nec

nec ſemper adeſt, nec conuulſiua, ſed intercepta tantum et breuis obſeruatur. Ad anginam omnino referri poſſe nobis videtur, magis tamen catarrhoſam, quam inflammatoriam, ex aegrorum differentia porro diiudicandam. Sedem enim habet in membrana, ex imis faucibus ad vias aereas pulmonum deducta, quod pulmonum ſubſtantia illaeſa eſt. Corollarium ſecundum cauſſam in temperie aeris humida et calida, hiberno tempore praecipue moleſta, ponit. Quanquam vero in corollario tertio nec in glottide, nec in tracheae membrana ſedem morbi eſſe concedit, eam tamen in glandulis, per ſuperficiem harum partium copioſe diſſeminatis, deprehendi affirmat.

p. 37. Corollarium quartum oſtendit, morbum nec eſſe ſpaſmodicum, nec inflammationem muſculorum laryngis, nec inflammationem et ſuppurationem pulmonum, ſed geneſin membranae, ſuperficiem internam tracheae et bronchiorum obducentis. In infantibus praecipue, vbi mucus in his partibus ſecretus magis lymphaticus eſt, cauſſa externa ſtimulante accedente, ille copioſius profluit, et diſſipata parte ſubtiliſſima, in mucoſam tunicam, aqua ipſa maceratam, nec diſſolutam, coit et veram huius ſuffocationis ſtridulae ſedem offert.

p. 46. Corollarium quintum duplicem ſiſtit morbi noſtri ſtatum, priorem inflammatorium minus periculoſum, qui tamen, ſi morbus cum tuſſi habituali accedit, vix talis cognoſcitur, alterum non amplius inflammatorium, ſed magis purulentum, ideoque maxime periculoſum, quae diſtinctio ad prognoſin et curam recte formandam omnino multum facit. Signum huius differentiae Noſter in eo ponit, quod in primo ſtatu vrinam tenuem, in altero mucoſo et purulento ſedimento conſpicuam obſeruauit; dicit enim, materiam hanc purulentam in pulmonibus reſorberi, et ad vrinae vias duci.

Corolla-

Corollarium ſextum febrim ex difficili tranſitu ſanguinis per pulmones, ob mucum, in vaſis et cauo bronchiorum haerentem, deducit, ex qua re etiam reſpiratio laborioſa explicatur. Cur vero dolor aliaque ſymptomata in membrana adeo irritabili, qualis tracheae eſt, non ſentiantur, ex muci copia, ibi collecta et ſtimulos impediente, declarari poteſt, ratio tamen ipſi Auctori minus ſufficiens videtur. p. 49.

In corollario ſeptimo grauitas morbi et difficultas curandi ita declaratur, vt eius ſymptomata in principio non vrgeant, ideoque nec auxilia petantur, ſi enim tunc muci tenuis reiectio per tuſſim adiuuatur, et hic ſatis mobilis eſt, geneſis membranae tenacis impeditur, ſi vero haec formata eſt, tunc ſuffocatio mox ſequitur. Interdum tamen viribus naturae adiuta excretio etiam membranaceas muci excretiones vrget. p. 51.

Curationis ratio in vltimo et octauo corollario proponitur. In ſtatu inflammatorio larga et repetita venaeſectio, ſed mox in principio exigitur, poſtea hirudines commendantur; aluus aperta ſeruanda eſt magneſia alba vel ſale polychreſto. Veſicatoria non in principio, ſed poſt ſanguinis miſſionem ad collum applicanda ſunt, fomentationibus et cataplaſmatibus emollientibus ſuperadditis; vapor aquae calidae cum aceto ore attrahatur. A vomitoriis, hoc in morbo propinatis, parum ſolatii ſenſit Noſter, etſi etiam tum, cum membrana iam formata eſt, efficaciora remedia non inueniantur, tamen et hoc in caſu vomitoria, ex neruorum conſenſu pulmones agitantia, effectus ſalutares non edunt. Alii etiam vapores acres, in pulmones ducti, ſiccam nimis membranam itritare haud poſſunt. Quod igitur per glottidem membrana educi haud poſſit, quaeſtio eſt, an hoc, bronchotomia adminiſtrata, fieri poſſit? p. 54.

XVI.

A Diſſertation on the inflammatory, gangrenous and putrid ſore throat alſo on the putrid fever together with their diagnoſticks and method of cure. By F. PENROSE Surgeon. Oxford printed for D. Prince and W. Owen 1766. 8vo mai. pag. 54.

h. e.

Diſſertatio de angina inflammatoria, gangraenoſa et putrida, nec non putridis febribus, diagnoſticis ſignis et methodo medendi, Auctore F. PENROSE.

Etſi morborum, in fronte huius libelli indicatorum, diiudicatio grauior eſt, quam quae paucis plagulis complecti poſſit, tamen cum Cl. Auctor Cell. Virorum HUXHAMI et FOTHERGILL monitis, ſuper hac re editis, vſus ſit, et inter plebeios homines, his morbis magis obnoxios, medicinam non ſine attentione fecerit, nonnulla monita ſparſim excerpere, ab inſtituto noſtro alienum non eſt. De angina inflammatoria paucis egit, plura de gangraenoſa expoſuit, maxime vero putridorum morborum differentiam ab inflammatoriis etiam ratione anginae expendit.

p. 5. Angina inflammatoria robuſtis et denſo ſangine praeditis accedit, in his pulſus fortis plenus et celer, vrina cruda flammea, dolor et tumor tonſillarum et faucium, continuo increſcens, vſque ad metum ſuffocationis obſeruantur.

p. 9. In gangraenoſa, vuula et tonſillae tument quidem et inflammantur, nunquam tamen vere turgent, ſed flaccidae ſunt, et ſubito ſaepe in cineritium et liuidum colorem mutantur, pulſus et vrina ſanis ſimillima, omniſque doloris abſentia,

quae

quae cuncta peſſimum huius morbi ſtatum declarant. Omne igitur, quod auctos et vegetos ſanguinis motus excitat ita, vt putridi humoris reſorptionem et progreſſum impediat, id gangraenam arcet, eique limites ponit. Interne igitur praeter corticis Peruuiani vſum, cardiaca alia v. c. theriacae et radix ſerpentariae Virginianae ſuadentur. Quod vero nec ſeparatio cruſtae nimis cito fieri debet, et ipſae ſcarificationes, viribus vitae nondum excitatis, omnino nocent, fomentationes et fumigationes ex balſamicis aromaticis et gargariſmata ſimilia externe applicanda ſunt. Gargariſmata vero, ad purgandas fauces et auertendum virus gangraenoſum adhibita, leniter gargariſando tantum admoueantur, neque vero ſiphone fortius impellantur, ne corruptam materiam ita vrgeant, vt deglutita ad ventriculum propellatur. Monet Noſter, victu iurulento exhibito, p. 13. debilitatem non corrigi poſſe, quoniam ille putredinem auget, ſed hoc vix vtuntur aegri, cum ipſi ab eo victu abhorreant.

Putridos morbos ad epidemicos quidem, non ve- p. 16. ro ad contagioſos, referre videtur Cl. Auctor, quoniam ii, qui crebrius in aere libero verſantur, rarius morbo afficiuntur; ſed noſtro quidem iudicio diſtinguendum eſt inter contagium, in aere libero propagatum, quod exiguum vel nullum eſt, et inter aerem clauſum conclauium.

Angina gangraenoſa ſubito afficit fauces, putrida p. 18. vero tardius accedit, et non niſi febre iam durante, ita, vt ex illa aegri ſaepe intra paucos dies pereant, ex hac ſaepe nono vel decimo die, interdum quoque putridae febres ad menſem protrahuntur, antequam aegri moriantur. Quemadmodum vero angina gangraenoſa a putrida facile diſcernitur, ſic febres inflammatoriae et putridae ideoque etiam anginae, his ſuperuenientes, maiorem attentionem merentur.

p. 19. Vt plurimum ſub finem autumni et initium hiemis praecipue poſt ſiccam aeſtatem putridae febres epidemicae graſſantur. Leuia ſaepe ſymptomata initium faciunt, qua in re cum inflammatoriis conueniunt, in his tamen ſubito increſcunt, in illis ſubinde et per gradus. In febribus putridis vrina ſedimentum deponit, etſi naturali ſimilis eſt, mox ſub initium, in inflammatoriis non, niſi criſi accedente, et Noſter quidem hac in re multiplici obſeruatione inſtructus, certiſſimum diagnoſticum in principio, et dubio adhuc ſtatu, ſe inueniſſe putat.

p. 22. Methodum medendi in vniuerſum ita deſcribit: in angina inflammatoria euacuationes varias et praeterea emollientia, refrigerantia et diluentia remedia, in gangraenoſa externe excitantia, interne cardiaca, alexipharmaca et corticem Peruuianum, in putrida interne cardiaca alexipharmaca, cum antimonio iuncta, externe decoctum contrayeruae cum tinctura myrrhae ſuadet. Totus poſtea eſt in laudibus anti-
p. 28. monialium medicamentorum, inprimis vitri antimonii cerati, cuius vſum in febre putrida, cum diarrhoeis oborta, epidemica, eximium cognouit. Dedit vero duo grana cum aliis cardiacis medicamentis, et doſin ad grana ſex ſubinde auxit, nunquam tamen eo vſque vt vomitum moueret, cum itaque, diarrhoea continuata, vires multum frangerentur, hoc medicamento illae excitatae ſunt et diarrhoea cohibita eſt. Corticis Peruuiani vſum non improbat, putat tamen, eum non tutum eſſe, niſi vis materiae putridae fracta ſit, alias enim febris et diarrhoea increſcunt. Mittimus varia curationis exempla, quibus Noſter ſententiam ſuam confirmat.

p. 40. Vnicum exemplum curationis indicabimus. Adoleſcens duodecim annorum, febre putrida affectus, duo grana vitri antimonii cerati in vncia vna ſemis decocti ſacri FULLERI, ſingulis ſex horis ſumebat,

et

et die ſexto morbi, dolor capitis ceſſare videbatur, ceſſabat quoque diarrhoea die ſeptimo, et febris imminuebatur, octauo die dolor capitis et faucium cum aphthis ingruebat, quanquam reliqua ſymptomata mitiora erant, cordialia itaque medicamenta et tandem die decimo tertio cortex Peruuianus propinabatur, putridum enim morbi ſtatum iam ſuperatum eſſe, credebat Noſter. Cum autem die decimo quarto et quinto deiectiones aluinae cum dolore increſcerent, aphthae cum oris impuritatibus continuarent, pulſus celer et paruus eſſet, cortice omiſſo, cardiaca alia medicamenta propinabantur, quo facto, decimo ſexto et ſequentibus diebus, ſymptomatibus ſuperatis, non niſi debilitas in conualeſcentiae ſtatu remanebat, quae tum demum corticis vſum denuo admittebat. Sub finem aphoriſmos generales de cura horum p. 51. morborum tradit, quos, cum ex antecedentibus pateant, non repetimus.

XVII.

A collection of preternatural caſes and obſervations in midwifery. By WILLIAM SMELLIE, M. D. Compleating the deſign of illuſtrating his firſt volume on that ſubject. Vol. III. London printed for D. Wilſon and T. Durham 1766. 8. 1 Alph. 10 pl.

i. e.

Collectio caſuum praeternaturalium et obſeruationum in arte obſtetricia. Auctore GUILIELMO SMELLIE, M. D. quo conſilium illuſtrandi primum volumen coepti operis de hac re expletur. Vol. III.

Cel. SMELLIE, cuius in artem obſtetriciam merita iam eo loco, vbi de prioribus eius libris

verba fecimus*), quantum a nobis fieri quidem potuit, debitis laudibus ornauimus, etſi ante editionem poſterioris voluminis obſeruationum, quibus tractatum *de theoria et praxi artis obſtetriciae* illuſtrare apud animum conſtituit, longa nec ignobiliter acta aetate confectus, (per quadraginta enim annos artem hanc exercuit) diem obiit ſupremum; tantum tamen abeſt, vt hoc volumen in eorum numero habendum ſit, qui, ſi poſt mortem demum auctoris eduntur, eius ſaepe nominis celebritati haud parum ſolent officere, quoniam nondum perfecti omnibusque numeris abſoluti prodeunt; vt hoc potius opus, eo, quo e vita diſceſſit Auctor Cl. tempore, omnino iam ad finem perductum et ad prelum praeparatum fuerit. Habemus itaque hic ſeriem obſeruationum, quibus totum artis obſtetriciae ſyſtema illuſtratur, praeſtantiſſimas quidem, et ob inſignem Auctoris Cel. candorem, quo euentus etiam minus proſperi libere indicantur, maxima attentione dignas. Atque cum ſimul tempus indicatum ſit, quo quiſque caſus accidit, inde etiam lector facile poteſt colligere, quibus gradibus ſenſim Auctor ad accuratiorem harum rerum intelligentiam acceſſerit.

p. 1. *Sectione* vero *trigeſima prima* obſeruationum, quae prima huius poſterioris voluminis eſt, enarrantur partus difficiles, capite etiam praeuio, manus vel vnci ope terminandi. Pertinent obſeruationes, hic additae, partim ad foetus hydrocephalicos, vel capite nimis magno praeditos, aut tales, quibus ex putredine abdomen ita intumuerat, vt, capite iam excuſſo, abdominis moles arte adhuc minuenda eſſet: partim ad partus ex nimia peluis anguſtia difficiles. Nonnunquam capite, poſt perforationem eius, iam in lucem edito, vterum circa collum et humeros ita contractum inuenit, vt conſtricta eiuſmodi loca, ad plenariam

*) Vid. Decad. I. Supplem. II. p. 195. ſeq.

plenariam foetus extractionem abſoluendam, inſigni cum labore, manu obſtetricantis dilatanda eſſent. Additae ſunt huic capiti plures diſcipulorum Cl. SMELLIE obſeruationes de ſimilibus caſibus, vna cum praeceptoris iudiciis, ex quibus apparet, quantum ille nimis praecocem operationem manualem et ferramentorum ſecantium vſum abhorruerit, quamuis multi Auctori hoc improbauerint.

Sectione trigeſima ſecunda partus praeternaturales pedibus vel natibus praeuiis Auctor Cl. recenſet, in quorum maxima parte ſumma difficultas ex capite, in agripparum partu retento, nata eſt. Quo in foetu ita prodeunte, vt mentum os pubis ſpectet, conuerſio faciei verſus os ſacrum eo melius ſuccedat, nec facies circumuolutione facta, corporis verſus latera adhuc conuerſum ſit, iubet Cel. Auctor, circumuolutionem hanc praeter conſtantem eius menſuram quarta parte adhuc amplius inſtituere (*to give a quarter turn more*). Si in foemina non multum debilitata, et quae validos ad partum dolores adhuc habet, nates foetus praeuiae quidem ſunt, ſed orificium vteri nondum ſatis dilatatum eſt, ſumma cautione opus eſt, ne illud cum quadam violentia matri haud raro lethali dilatetur. Expectatio potius ſedulo commendanda eſt, inprimis cum foetus de vita ſua non antea periclitetur, quam nates ad externas genitales partes deſcenderint, quo tempore funiculus vmbilicalis comprimitur.

p. 60. p. 70.

Sectio trigeſima tertia continet obſeruationes de partu praeternaturali, in quo membranae arte aperiendae erant, nec non de partu, qui ob conuulſiones vel haemorrhagiam parturientis arte promoueri debebat. Si in peluis anguſtia alia pars, quam caput ſe offert, et obſtetricans, quando membranae rumpuntur, adeſt, iubet Cl. Auctor a verſione abſtinere, et potius caput in ſitum naturalem dirigere p. 98.

 ſuadet,

ſuadet, quo illud a ſubſequentibus doloribus comprimatur, ſenſimque anguſtam peluim tranſeat. Capite enim in agripparum partu, in eiuſmodi pelui retento, foetus vita nulla arte ſeruari poteſt, cum capite primum prodeunte, forte adhuc viuus in lucem edi potuiſſet. Nonnunquam, veſica aquarum iam formata, et orificio vteri ſatis dilatato, tamen retro membranas nulla corporis foetus pars tangi poteſt, vti alias ſolet fieri, ruptaque ab obſtetricante veſica, aquisque effluxis, caput ſe primum offert. In hoc caſu vt plurimum foetus iam per aliquod tempus mortuus eſt, atque abdomen eius, ex putredine inflatum, et aqua ſpecifice leuius redditum, magna ſimul aquarum copia praeſente, in fundo vteri natat, nec capitis deſcenſum prius, quam aliqua liquoris amnii pars effluxit, permittit. In haemorrhagia vteri violenta, in qua nulli dolores ad partum adſunt, adplicatio ſtypticorum et linteorum carptorum in vaginam, nonnunquam fluxum ſanguinis per aliquod tempus ſiſtit, verosque tandem ad partum dolores excitat. In hoc etiam caſu ruptura membranarum vtilis eſt, quo vtero poſt aquarum effluxum circa corpus foetus contracto, haemorrhagia quodammodo cohibeatur. Aliquoties Cel. Auctori, dum, orificio vteri nondum ſatis dilatato, foetum pedibus extraheret, infortunium accidit, vt orificii vterini partem dilaceraret. Quod tamen vulnus poſt ſpongiae, aluminis ſolutione imbutae, adplicationem, in exemplis hic additis, fortuna fauente, nullum lethiferum, licet haemorrhagia oriretur, exitum habuit. In omni foetus eductione praeternaturali, quae ob haemorrhagiam fit, abdomen puerperae ab adſtante manu comprimatur, quo vteri contractio adiuuetur, neque puerpera ex vteri inertia pereat. Si in vteri haemorrhagia poſt aquarum effluxum dolores ad partum quieſcunt, et haemorrhagia quo-

dammodo

dammodo ceſſat, conſultius eſt, expectare nouum dolorum acceſſum, viriumque parturientis aliquam reſtaurationem, quam artificioſum partum manu promouere, quod vt plurimum lethalem ſolet habere euentum. Poſt haemorrhagias parturientium corticem Peruuianum Cel. Auctor exhibet, ne febris ex inanitione oriatur, quae plurimas ex iis, quae ſanguinis grauem iacturam fecerunt, vehementer afficere ſolet. Conuulſiones parturientium nonnunquam eodem modo orificium vteri dilatare, vti alias ope verorum ad partum dolorum fit, et hinc non ſemper ſtatim in initio, artificioſo partu opus eſſe, Cel. Auctoris eſt obſeruatio. Non ſemper, vti alii ſcribunt, poſt foetus eductionem conuulſiones ceſſant, ſed nonnunquam per aliquod tempus morboſae eiuſmodi adfectiones durant, ita, vt per tres dies adhuc quaedam aegra ſtupida remanſerit.

Sectione trigeſima quarta partus contra naturam*), in quibus, aquis omnibus effuſis, vterus foetus corpus arctiſſime comprehendebat, recenſentur. Capite in agripparum partu poſt corporis extractionem in ſuperiore peluis apertura retento, forcipem Noſter aliquoties proſpero cum ſucceſſu adplicauit **). Etiam hoc loco in anguſtia peluis verſionem minime commendat, cum non ſolum foetus vix vmquam ſeruari poſſit, ſed et mater ob placentae ſolutionem, quae vt plurimum ſub difficili verſione accidit, et contuſionem partium ineuitabilem, haud raro pereat. p. 163.

Sectione trigeſima quinta partus contra naturam enarrantur, in quibus ad plenariam foetus eductio- p. 241.

 nem

*) Partus contra naturam Auctor Cl. eos omnes dicit, in quibus alia pars foetus quam caput primum in lucem prodit.

**) Vide etiam Auctoris Cl. *Tabulas anatomic.* T. XXXV. et *Comment.* loc. cit. p. 223.

nem abſoluendam vncos Cel. Auctor adhibere debuit. Horum maxima pars tantis cum difficultatibus coniuncta, ſaepeque infelici euentu finita erat, vt niſi feliciores caſus alii, ante commemorati, animum legentibus addant, lectio huius libri facile tironem a totius artis obſtetriciae exercitio deterrere poſſit. Vel ipſis prolapſis pedibus, non ſemper verſio ex voto ſuccedit. Nonnunquam enim brachium ſimul prolapſum viam adeo anguſtam reddit, vt corporis extractionem, ex hac cauſſa impoſſibilem factam, pedesque fortius tractos, a trunco ſeparatos, Cel. Auctor viderit. Similis quoque difficultas in eadem partus ſpecie ſaepe ex capite, pedibus vicino, naſcitur, quapropter Cel. Auctor monet, ſemper, pedibus etiam praeſentibus, capitis tamen ſitum primum diſquirendum eſſe, ne ex hac re corpore foetus compreſſo, et in anguſtias aperturae impacto, partus difficilis oriatur. Semel orificium vteri tam craſſum obſeruauit Noſter, vt illud, nec ab Auctore, nec ab aliis accerſitis obſtetricantibus dilatari poſſet, ſed foemina fato ſuo relinquenda eſſet. Idem quoque orificium aliquoties attenuatum quidem, ſimul vero tam rigidum Cel. Auctor inuenit, vt etiam hoc in caſu dilatatio eius, omni adhibita opera, non ſuccederet. Cum vero ex caſibus, ſuperius enarratis, Cel. SMELLIE cognouiſſet, orificii vterini aliquam dilacerationem non ſemper lethalem pro-
p. 269. ducere effectum; bis inciſione partem eius, quae
et 297. non dilatabatur, diuiſit, tuncque partum feliciter ad finem perduxit. Puerperae vero poſt foetus eductionem mortuae ſunt, licet vna ad quartum diem vixerit.

p. 320. *Sectione trigeſima ſexta* de capite in vtero vel in vagina relicto, atque a reliquo corpore ſeparato, at-
p. 334. que *ſectione trigeſima ſeptima* de gemellorum et trigeminorum partu variae hiſtoriae enarrantur.

Praeci-

Praecipuum ſignum, mulierem aliquam duos vel plures foetus in vtero gerere, eſt aſcenſus vteri in abdomen, qui longe citius in eiuſmodi grauiditate fit, quam alias, ſi vnus tantum foetus adeſt, contingere ſolet. Gemellos vnam tantum placentam habuiſſe, p. 338. aliquoties obſeruauit, duo quoque ex trigeminis vnam habebant.

Sectione trigeſima octaua partus monſtroſi deſcri- p. 351. buntur, variaeque ex aliis Auctoribus ſumtae obſeruationes hic quoque repetuntur. *Trigeſima* vero p. 360. *nona ſectione* operationes caeſareae variae recenſentur, ex quibus eae omnes, quae primum hic occurrunt, vel in mortuis inſtitutae fuerunt, vel infelicem exitum habuerunt. In foemina prima vice grauida, quae ſeptimo menſe ex haemorragia periit, obſeruauit Noſter, orificium vteri internum in eiuſmodi foeminis etiam ab interiore parte difficillime dilatari, faciliusque diſrumpi, quam cedere. Hinc monet, in foemina annoſiore et fibris rigidis praedita, ſi ea in prima grauiditate, haemorrhagiis interruptis, vexatur, non ſtatim ad artificialem partum confugiendum eſſe, ſed potius expectationem commendat, diaetamque tenuem, vſque dum veri ad partum dolores accedant, quibus orificium facilius, quam operatoris manu cedit. Longe vero facilius haec dilatatio accedit, ſi debiliores ſunt, et antea iam pepererunt, atque haemorrhagia ſubito acceſſit et grauis eſt. In viua foemina Cl. SMITH, chirurgus Edimburgenſis p. 374. ob anguſtiam peluis operationem caeſaream inſtituit, foemina vero paullo poſt obiit, licet vix quatuor vel quinque vnciae ſanguinis ſub operatione effluerent, et vterus valide contraheretur.

Caſus, qui ad *ſectionem quadrageſimam* pertinent, p. 379. partim dilacerationem perinaei, quae nonnunquam ſub partu fit, et rupturam vteri concernunt, partim inflammationem partium genitalium externarum et

ipſius

ipſius vteri, quae poſt partum accidunt. Suturae cruentae vſus in dilaceratione perinaei nunquam bene Cel. SMELLIE ſucceſſit. Vaginam ab vtero in partu difficili ſeparatam et ipſum orificium laeſum obſeruauit, aegra tamen ipſa nihilominus ſanabatur. Poſt veram vteri in fundo rupturam vna puerpera adhuc ſex, altera duodecim horas vixit. Placentae violentam extractionem in primo puerperio dolor in dextro abdominis latere ſecutus eſt, nullis remediis cedens, qui tamen ſemper in ſubſequentibus grauiditatibus ſopiebatur, et demum poſt tres vel quatuor a puerperio ſeptimanas redibat.

p. 400. *Sectio quadrageſima prima*, *ſecunda* et *tertia* ad varios morbos puerperarum et diaetam illarum pertinent. Opiatorum vſum poſt partum Cel. Auctor plurimum commendat, nec ſomnum poſt puerperium noxium eſſe putat, niſi ſi violens haemorrhagia praeceſſerit. Interim tamen vel in vteri haemorrhagia, quae ſub partu accidit, in primis in debilioribus, opiata porrigit, et expertus eſt, haemorrhagiam tunc, ſi ſomnus acceſſerit, ſopiri. Puerperam vidit, quae, cum papillae auulſae eſſent, in primo puerperio lactare non poterat. Suctione tamen foetus in altero puerperio nouae papillae formatae ſunt, ita, vt in tribus ſubſequentibus puerperiis adhuc infantes ſuos proprio lacte aleret.

p. 439. *Sectione quadrageſima quarta* de prolapſu vteri, vaginae et inteſtini recti, nec non de vteri inuerſio-
p. 450. ne variae obſeruationes communicantur. In *ſequente* vero de variis morboſis infantum recens natorum adfectionibus diſſeritur: v. c. de luxatione et fractura artuum: de tumoribus ſanguineis in capite: de noxis ex nimis arcta faſciarum adplicatione etc. Abſceſſus, ex tumoribus ſanguineis orti, haud raro lethales ſunt. Vidit quoque Cel. Auctor infantem, qui, tumore eiuſmodi inciſo, haemorrhagia periit, licet

cet in aliis inciſio tumorum haud raro optime ſuccedere ſoleat. *Sectione quadrageſima ſexta* de ano p. 461. infantum praecluſo, de vrethra non perforata, et lingua frenulo firmata diſſeritur. In foetu, quem verſionis ope Noſter extraxerat, ex digitorum immiſſione in os ad capitis ſolutionem abſoluendam, tumor ſatis magnus ſub lingua ortus eſt, qui tamen mox iterum diſcutiebatur. *Quadrageſima ſeptima* p. 469. *ſectione* malae capitis conformationis ex partu difficili (*mould-ſhot head*) et conuulſionum inde ortarum exempla recenſentur. Venaeſectionem in hoc caſu cum fructu inſtituit, aut, ſi ſtatim, poſt foetus ex vtero progreſſum, malam conformationem cognouit, ſanguinis aliquam copiam ex funiculo vmbilicali emiſit, antequam illum ligaret. Reductio capitis in formam naturalem, manu tentata, fere nunquam ei ſucceſſit. Temporis tamen ſucceſſu, cerebro ſenſim expanſo, caput quoque naturalem iterum formam adſumſit. Variae etiam exanthematum ſpecies, quibus neonati nonnunquam afficiuntur, hic deſcribuntur, et methodus ab Auctore Cl. in earum curatione obſeruata additur. Eadem quoque ratio- p. 475. ne de alui deiectionibus viridibus, quae in infantibus ex acido primarum viarum, non ſubacto, ſaepe obſeruantur, nec non de aphthis *ſectione quadrageſima octaua* diſſeritur; *vltima* vero ad illud *theoriae ar-* p. 482. *tis obſtetriciae* caput ſpectat, quo Cel. Auctor de qualitatibus egit, quibus obſtetricantes vtriuſque ſexus inſtructi eſſe debent.

XVIII.

An Eſſay towards an improvement in the cure of thoſe diſeaſes wich are the cauſe of Fevers by THOMAS KIRKLAND Surgeon. London by J. Dodsley 1767. 8vo pag. 60.

h. e.

Exercitatio de emendatione curationis morborum, qui cauſſa febrium ſunt. Auctore THOMAS KIRKLAND.

Quae de vſu aeris et aquae frigidae a variis medicis propoſita ſunt, minus abſoluta videntur Noſtro, qui ideo de hoc argumento nunc accuratius diſſerere promittit. Quanquam autem in hoc libello ſparſae tantum annotationes, ex vero doctrinae nexu non declaratae proponuntur, nonnullas tamen, quo praeſentis libelli ratio pateat, breuiter indicare placet.

p. 1. Febrem eſſe vim naturae, qua morboſa materia ex ſanguine expellitur, et ita ſanitas reſtituitur, vbique ferme recepta opinio eſt, ea tamen falſa videbatur Cl. Auctori, quoniam in febre motus magis increſcunt, in violenta autem agitatione particulae morboſae per ſe et excretiones non eliminantur, quod quidem in blanda et aequali circulatione melius ſuccedit. Veteres igitur et recentiores medici febrim per frigidam cohibere tentarunt, ex HIPPOCRATIS itaque, CELSI, GALENI, PAULI AEGINETAE, RHASIS, et AVICENNAE libris varia affert teſtimonia, ex quibus patet, poſt febrem, per frigidam conſopitam, ſecretiones materiae morboſae bene ſucceſſiſſe; quam rem etiam obſeruationibus
p. 15. nonnullis recentiorum confirmat. Attendit autem primo ad differentiam inter ventilationem et refrige-

rium

rium aeris, non tantum enim malignis effluuiis diſcuſſis, purus redditus aer, ſanitati in vniuerſum et febrium curationi conuenit, ſed vere frigidus eo gradu applicandus eſt, vt calorem febrilem per attactum ſupprimat. Monet itaque Cl. Auctor, opinionem de materia cruda per coctionem mutanda, hanc veram medendi methodum impediuiſſe. Etſi enim GALENUS et LOMMIUS eandem approbarunt, ad aliorum tamen monita de coctione iuuanda nimis attenti, illam neglexerunt.

Vrget ideo, omnem materiam morbi crudam ex p. 18. ſanguine ſecedere. Materia varioloſa vt cruda ex ſanguine ſeparatur, et, in puſtulas collecta, in pus coquitur. In criſi per diarrhoeam ſimili ratione materia cruda ſecedit, et quanquam humores obſtructi non ſemper in pus mutantur, diſſoluti tamen et tenues facti, per vaſa capillaria tranſeunt, neque vere cocti dici poſſunt. Nec vrina leue, aequale et album ſedimentum deponens, quae ab HIPPOCRATE aliisque auctoribus vt ſignum coctionis abſolutae conſideratur, hanc rem probare videtur Noſtro, quod talis vrina etiam in febribus grauiter vulneratorum, ſanis de reliquo hominibus, obſeruatur, putat enim, ſerum, calore agitatum, turbidum reddi et tale ſedimentum efficere. Ex quibus aliisque argumentis coctionis theoriam inuertere ſtudet Cl. Auctor, noſtro vero iudicio diſtinctionem inter criſin completam et metaſtaſin non recte expendit.

Simili ratione cardiaca medicamenta, quae febri- p. 27. les motus in languore aegri incitare videntur, non febrim ipſam augere, ſed minimos neruos ſtimulare dicit Noſter, quo vigor circulationis aequalis ſuſtineatur; vrget enim, febrim eſſe ſymptoma, in vaſis obſtructis et acrimonia humorum, a neruis irritatis oriundum. Omnis itaque curatio febris, aëre frigi- p. 33. do admiſſo, ſimilique potu et balneis applicatis, abſoluitur,

ſoluitur, non plane tamen omittit eas exceptiones, quando ſudor vehemens vel alia excretio morbum ſoluit, et tunc demum, vbi febris vltra modum exſurgit, frigidam ad febrim plane ſupprimendam commendat, et ex veterum medicorum lectione hanc rem definire poſſe dicit.

p. 46. Sub finem demum varia exempla curationis per frigidam in febre epidemica 1765, in aliis febribus acutis continuis et variolis affert, quae tamen non ita declarata ſunt, vt in argumenti probationem vlterius a nobis indicari queant.

XIX.

IOAN. BAPT. SCHLUGA, Medicinae Doctoris Vindobonenſis, primae lineae cognitionis inſectorum. Cum figuris aeneis. Viennae 1766. Impenſis Ioannis Pauli Kraus. 8. pl. 3 $\frac{1}{4}$. tab. aen. 2.

Libellus hic breuem introductionem in entomologiam ſiſtit, in qua non ſolum praecipua huius ſcientiae fundamenta, ſed et methodus, a Cl. GEOFFROY in *hiſtoria inſectorum agri Pariſini* *) propoſita, breuiter explicantur. Differit vero Auctor Cl. primum de vocabulis entomologicis et nominibus, quibus variae inſectorum partes inſigniuntur, atque inter eas partem, quam alii entomologi plane neglexiſſe videntur, *omoplatas* ſcilicet, deſcribit. Ita
p. 8. vero vocat *arcus* illos aut radios *a latere thoracis exortos, ipſam alarum inſertionem tegentes, et motum illarum moderantes*, qui in phalaenis adeo conſpicuae ſunt. Ordines ſyſtematis, inſecta *vaginata, ſemivaginata, farinacea, venoſa, bialata* et *nuda* conſtituunt. Reliqua omnia ad Cel. GEOFFROY pertinent. In tabulis

*) Vid. Comment. hor. Vol. XI. pag. 612.

tabulis aeneis adiectis diuerſae inſectorum partes et inprimis antennarum diuerſitates delineantur. Pluribus vero figuris nulla addita eſt explicatio, ex qua cognoſci poſſet, ad quod genus illae referendae ſint.

XX.

England illuſtrated: or a compendium of the natural hiſtory, geography, topography, and antiquities eccleſiaſtical and ciuil, of England and Wales; with maps of the ſeueral counties, and engravings of many remains of antiquity, remarkable buildings, and principal towns. In two volumes. London printed for R. and I. Dodsley. 1764. in quarto. Vol. I. 2 Alph. 9 plag. tab. aen. 14. mappae geogr. 23. Vol. II. 2 Alph. 16 pl. tab. aen. 15. mappae 31.

i. e.

Anglia illuſtrata, ſiue epitome hiſtoriae naturalis, geographiae, topographiae, atque antiquitatum eccleſiaſticarum et ciuilium Angliae et Walleſiae; cum mappis geographicis ſingulorum comitatuum, et figuris antiquarum rerum ac monumentorum plurium, ex vetuſtiſſimis temporibus reliquorum, aedificiorum porro vrbiumque primariarum.

Non alio conſilio huius libri in commentariis noſtris mentionem facere conſtituimus, niſi vt doceamus lectores, haud reperiri in eo, quod quaerere ibi poſſit, qui titulum operis viderit. Scilicet de hiſtoria naturali, quae maxime ad inſtitutum noſtrum pertinere videbatur, parum aut nihil ibi inueni-

mus. Quemadmodum enim in reliquis huius operis partibus factum eſſe intelleximus, vt collecta omnia viderentur ex aliis; ita etiam in capite de hiſtoria naturali itidem alios ſcriptores ſecutus eſt Auctor, in quibus tamen plerumque multo melius latiusque tractatam eandem rem eſſe, qui legerit iſtos, facile animaduertet: v. c. in PLOT, LEIGH, BORLASE aliorumque, qui de hiſtoria naturali ſingularum prouinciarum egerunt, ſcriptis. De multis prouinciis plane nihil dici obſeruauimus, quod naturae ſcientiam illuſtrare poſſit; quum nihil Auctor ſaepius, quod diceret, repererit, niſi hoc, vixiſſe ibi virum aliquem aetate valde grauem, flammis deletam eſſe vrbem hanc vel illam, et quae ſunt eius generis alia, quae minime ad hiſtoriam naturalem pertinent, paucisque tantum verbis indicantur. Porro ne vnam quidem figuram, aere inciſam, vidimus in iſto libro, quae ad illuſtrandam naturae hiſtoriam Angliae vel Walliſiae faceret. Non montis vllius vel antri delineatio hic reperitur; ſed quae expreſſa paſſim figuris ſunt, aut arcem quandam, aut alia antiquorum monumentorum ac reliquiarum genera repraeſentant. Quare cum nullius exſpectationi hoc opere vel ſimilibus poſſit ſatisfieri, tanto magis putamus optaturos nobiscum eſſe lectores, vt manum aliquando admoueret iſti rei ex doctoribus Anglis aliquis, ſcientia phyſices vniuerſae et trium regnorum, quantum ſatis eſt, imbutus, colligatque non modo ex operibus pretioſioribus, quae tamen et ipſa ſaepe ſatis manca ſunt, (ex iis ſcilicet, quibus hiſtoriam naturalem diuerſarum Angliae regionum deſcriptam habemus) atque ex Tranſactionibus philoſophicis aliisque ſcriptis, huc pertinentibus, quae in iis reperiuntur ad hanc rem facientia; ſed ſuis quoque obſeruationibus haec omnia emendet et augeat, nobisque hoc modo phyſicam iſtius regni deſcriptionem

nem tradat, quam tot rerum praeſtantiſſimarum, quae ibidem reperitur copia, non poſſet non valde inſignem reddere et vtiliſſimam. Deſiderantur enim adhuc in ipſa plantarum, in Anglia reperiundarum, hiſtoria permulta. Ad regnum animale quod ſpectat, meliores progreſſus feciſſe videtur aetas noſtra PENNANTI aliorumque laboribus. Sed minime omnium abſoluta eſt doctrina de mineralibus iſtarum terrarum. Plurimi enim eorum, qui de hac re ſcripſerunt, nihil, niſi nudos lapides vel mineras commemorarunt, neutiquam vero, vti fieri debebat ab eo, qui mineralogiae veram ac iuſtam vult demonſtrare ſcientiam ipſam, ſitum foſſilium in terra ſimiliaque accurate examinarunt. Et quae tandem de fodinis Angliae ſcimus? aut, vt verius dicam, qualis potius inter exteros et incolas huius rei cognitio eſſe poteſt? cum ii, qui de iſtis ſcripſerint, plerumque aliarum potius, quam huius rei doctrina inſtructi fuerint.

XXI.

Noua phyſico-medica.

Regiam Chirurgorum Academiam *Pariſinam* aliquoties iam quaeſtiones de contrafiſſuris oſſium capitis formaſſe et Cl. LOUIS, qui ab epiſtolis eſt Academiae, ſingularem libellum, in quo optima quaeque, hanc rem illuſtrantia, ab Eo ſunt collecta, vulgaſſe, in praecedentibus *) commemorauimus. Iam vero optat ea, vt declarentur *effectus contrafiſſurarum, quae fiunt praeter caput et in diuerſis corporis humani partibus, atque iis medendi ſubſidia (expoſer les Effets des Contre-coups dans les differentes parties du Corps autre, que la tête et les moyens d'y remedier.)*

*) Comment. noſtr. Vol. XIII. p. 349 et 689.

Nec minus *Eadem* cupit, vt *diſquirantur incommoda, quae oriuntur ex abuſu vnguentorum et emplaſtrorum et quaenam emendatio vlcerum tractandorum in praxi chirurgica poſſit recipi.* (*Expoſer les inconvéniens, qui réſultent de l'abus des onguens et emplâters, et de quelle réforme la pratique vulgaire eſt ſuſceptible à cet égard dans le traitement des vlceres.* Praemium, quod exſpectare licet et quod ex annuis legati b. DE LA PEYRONIE reditibus colligitur, eſt moneta aurea ducentarum pondo Gallicarum. Caeterum commentarii, latina vel gallica lingua conſcribendi, et ad Cl. LOUIS ante finem huius 1769 anni, ita, vt alio tempore monuimus, mittendi ſunt; quo tempore quinque etiam monetae aureae, quaelibet centum thalerorum Gallicorum, quinque chirurgis, academicis aeque ac aliis, in Gallia verſantibus, qui mittent hoc 1769 anno vnum commentarium ſeu tres obſeruationes notatu dignas, diſtribuentur.

Regia Societas *Pariſienſis*, quae ab agricultura nomen habet, cum in votis habuerit, vt *deſcriberetur plenaria hiſtoria tum omnium morborum epidemicorum contagioſorumque, quibus beſtiae et animalia omnis generis ſolent corripi et qui in ſcriptoribus non ſolum recentioris aeui, ſed etiam antiquiſſimorum temporum deſcripti reperiuntur, cum cauſſarum, quae illos producunt, et denique remediorum, quae in illis debellandis efficaciſſima fuerint deprehenſa* *), omnes autem, quos accepit ſocietas, commentarii, non omni ex parte eius reſponderint votis, idem problema denuo anno 1770 propoſuit rogauitque, vt omnia, quae oeconomiae et medicae quoque artis ſcriptores, nec non hiſtorici et poëtae hac de re habeant, accurate attendantur ad condendam epocham et hiſtoriam morborum epidemicorum contagioſorumque diuerſorum,

*) Comment. noſtr. Vol. XIII. p. 159.

rum, qui ab initio vſque ad noſtra tempora graſſarunt; ad eruenda porro ſymptomata, quae iis ſunt propria; ad detegendas cauſſas, quas ſequuntur hi morbi, et tandem ad indicanda contra eorum vim remedia.

Ac praecipue quidem petit ab illo Auctore, qui haec ſuae tractationi addidit Maniliana verba ſententiae loco: *Artem experientia fecit, exemplo monſtrante via*, vt ea ab Eo quodammodo amplificetur et paullo accuratius ſymptomata, quae vnamquamque epidemiam diſtinguunt, diſquirantur, ac cauſſae, e quibus oriuntur, nec minus anni tempora, quantum aliquid conferant, attendantur, et denique remedia addantur. Sperat enim Societas, Eum optime eius exſpectationi eſſe ſatisfacturum, cum inter alias ei haec tractatio maxime placuerit. Commentarii, hac de re vel gallice vel latine confecti, nomine Ill. DE SAUVIGNY, Conſiliarii ſtatus dicti et Praefecti primarii circuli Pariſienſis, inſcribendi et menſe octobris 1770 Cl. V. DE PALERNE, qui Societati ab epiſtolis eſt, mittendi ſunt. Praemium conſtat mille et ducentis libris Gallicis (Livres). Reliqua, quae ſunt obſeruanda, cum ſatis iam conſtent, mittimus.

Societas ſcientiarum *Harlemenſis* in conuentu die 22 menſis maii 1769. miſſas reſponſiones quaeſtionis, nuper *) propoſitae: *num de hiſtoria patriae naturali huc vſque ſcriptum ſit? quae in ea deſiderentur et quaenam ſit optima eiuſmodi hiſtoriae conſcribendae methodus?* diſquiſiuit et praemium, monetam ſcilicet auream, CORNELIO NOZEMANN, Roterodamenſi, qui in ſcholis Armeniorum docet, adiudicauit. Aliam praeterea Auctoris tractationem, quae hac inſignita erat ſententia: *Nil ſcribitur totum* etc. dignam quoque cenſuit, cui monetam argenteam deſtinauerit

*) Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 547.

rit Societas, petens ab eo, vt, ſi placet, nomen ſuum profiteatur.

Iam repetiit *Eadem* idem problema, quod 1768 datum eſt, vbi nimirum Societas optat, *vt definiatur, quid requiratur ad artem obſeruandi, et quantum haec conferat ad animum expoliendum et perficiendum* etc.*) cuius explanatio, ineunte 1770 anno, exſpectatur. Praemium eſt moneta aurea, et commentarii Cl. Viro VAN DER AA, qui Societati ab epiſtolis eſt, ſunt tradendi, poſſuntque omnes, exceptis ſociis, has quaeſtiones ſoluere. Reliquas leges ab Auctoribus non negligendas, alio iam loco cum lectoribus communicauimus.

Regia ſcientiarum et litterarum elegantiorum *Berolinenſis* Academia hoc problema, ex vegetabilium phyſica conſideratione depromtum, tradidit: *Conſtat inter omnes, plantas, ſi ex climate et ſolo natali transferantur, vel prorſus non, vel multa attentione et cautione adhibita, propagari, paulo poſt a natiua indole degenerare. Pauca enim in varietatibus bonitatem naturalem continuant, pauciſſimae augent. Cuius rei cauſſae, praeter climatis differentiam, praecipuae ſunt interna ſoli indoles et tempeſtatum viciſſitudines, quae per annum quolibet in climate diuerſimode plantas mutant. Quibus accedit cultura huiusque variationes.*

Deſideratur ideo huius rei explicatio theoretica, et naturae vegetabilium et multis iam inſtitutis tentaminibus reſpondens, ita vt variae transplantationes, ad cauſſas et effectus relatae, in claſſes ordinentur, quo in tentaminibus, porro inſtituendis, methodus inueniatur, quomodo in vna vel altera claſſe transplantatio efficienda ſit, ideoque, neglecta vlteriore culturae continuatione, ſi ea non poteſt effici, incommoda euitentur.

Id

*) Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 695.

Id quod vt ii eruditi diſquirant, optat Academia, qui eorum tentaminum, quae propterea vel fruſtra vel cum exoptato ſucceſſu ſunt facta, accurate colligendorum et vere referendorum habeant cognitionem, et theoria pariter, ac methodo inſtructi ſint, haec tentamina in claſſes redigendi, et quae adhuc deſiderantur, addendi, et ſingulae claſſis optimam methodum ex tentaminibus et theoreticis vniuerſalibus fundamentis deriuandi. Praemio aureae monetae, quinquaginta numorum Hollandicorum aureorum, ille, qui optimam huius rei explanationem Cl. FORMAY, qui ſecretarii munere fungitur, ante finem 1770. anni tradet, ornabitur.

Regia ſcientiarum ſocietas *Goettingenſis* in conuentu publico, die 10 menſis decembris 1768 celebrato, promulgauit iterum quaeſtionem anni 1769 nuper *) propoſitam et ex phyſica atque hiſtoria naturali depromptam: *Quinam habitus oui et embryonis in quadrupedibus a primo conceptionis die ad decimum ſextum?* Praemium eſt moneta aurea, quinquaginta numorum aureorum Hollandicorum aeſtimans.

Eadem porro eodem die in annum 1770 quaeſtionem, quam iiſdem verbis reddimus, quibus, a Societate propoſitam, legimus, mouit: *Leges inueſtigare, quas ſequitur maſſae, ex argento et cupro commixtae, grauitas ſpecifica; vt datam eiuſmodi maſſam ponderando et eius grauitatem ſpecificam examinando, computari poſſit, quantum illa contineat argenti, quantum cupri, methodo olim ab* ARCHIMEDE *inuentae ſimili, niſi quod* ARCHIMEDES *ſupponat, quae locum non habere recentioribus experimentis detectum eſt. Illas leges oportet experimentis niti et ratiociniis, quae ex experimentis ducuntur. Idem praeſtare pro mixtura ſtanni*

*) Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 697.

et plumbi. Societas eodem hanc, quo reliquas, ornabit praemio quaeſtionem et petit ab eruditis, vt perſpicuitatis aeque ac breuitatis rationem habeant. Reliquae leges inter omnes conſtant.

Academia ſcientiarum et artium *Rothomagenſis*, elegit in conuentu vltimo, die 16 menſis nouembris habito, Cl. BALLIERE DE LAISMENT, vt ſuccederet b. Cl. LE CAT, et perpetuo Academiae ab epiſtolis eſſet. Omnes itaque eius ſocii et auctores, qui de conſequendis praemiis Academiae ſtudent et omnino eruditi, quibuſcum Academiae agendum eſt, in poſterum ad eum ſe conuertent. Habitat Rothomagi in platea, *de la Chaine* dicta.

Ad nos quoque perlatum eſt, Potentiſſimum Regem Daniae ſocietati oeconomiae Danicae protectorem ſeſe clementiſſime praebuiſſe, illique non ſolum regiae ſocietatis nomen, ſed et ſigillum regium dediſſe. Nec minus quotannis ab Eo ducenti thaleri, ad praemia diſtribuenda, ſunt donati, et ſumma trium millium thalerorum deſtinata eſt, quorum reditus Societas in ſuos conuertere poteſt vſus. Per omnes porro Clementiſſimi Regis regiones, vt et per aliorum, ſine impenſis res ſuas cum aliis communicare poteſt Societas, dum priuilegium rei curſoriae accepit. Omnem omnino autem hanc Regis beneuolentiam, profecto ſummam, debet Illuſtriſſimis Comitibus v. BERNSTARD et MOLTKE, quos ſocios nominare poſſe, maximo ſocietati eſt honori.

Quemadmodum Amſtelaedami *) merſorum ſumma geritur cura, ſic ab *Hamburgenſi* magiſtratu multa laudabilia conſilia capta ſunt *de merſis vitae reſtituendis.* Eſt enim a ſocietate, Hamburgi florente, et

*) Comment. noſtr. Vol. XV. p. 170.

et a bonis ciuibus in incrementum opificiorum et artium conſtituta, vtiliſſimus et efficaciſſimus modus his aegris inſeruiendi eosque a mortuis quaſi excitandi, propoſitus, quem breuiter cum Lectoribus noſtris hic communicare, non incongruum duximus.

Corpore nimirum veſtimentis ſuis caute denudato, ſed ſine temerario concuſſu, ne per hos motus nimios fortaſſe ſanguis celerius et rapidius ad caput aeque, ac pulmones pellatur, ſuffocatioque ac mors acceleretur, curandum eſt, vt nec ſupinus, nec pronus iaceat aeger, ſed lateri incumbens eo melius animam ducere poſſit, ita tamen, vt capitis ſitus ſemper quodammodo altior ſit.

Tunc aer ſeu fumus nicotianae per inteſtinum rectum iniiciendus et corpus ſine vehementiore agitatione et conuerſione ſenſim ſenſimque tepidandum fouendumque, atque pannis laneis ſeu linteis paululum calidis, ſeu vino vel ſpiritu vini imbutis, a capite vſque ad os ſacrum ſecundum ſpinae dorſalis longitudinem diu fricandum, nec minus cataplaſma ex pane toſto, vino tepido ſeu ſpiritu vini ſimilibusque cum quibuſdam aromatibus paratum, thoraci et abdomini applicandum eſt. Porro abdomen ſaepe verſus thoracem leniter premendum et dein pectus fricandum, interdum quoque totum corpus erigendum, ita, vt ſedeat, et moderate concutiendum et verſus dorſum pulſandum eſt. Dein aer in os inflandus a forti homine, ſeu ab alio, folle ſeu tubulo inſtructo, et thorax, naribus compreſſis, leniter premendus eſt, quippe quod diu continuatum, ad reſpirationem reſuſcitandam multum contuliſſe dicitur.

Naribus admouere licet ſal Anglicanum, ſal cornu cerui, ſeu ſpiritum, nec minus acetum, ſeu ſpiritum vini, aut horum aliquam partem, ſeu puluerem ſternutatorium, piper, ſal illis iniicere et inflare, ſeu eas titillare plumis, quibus et fauces poſſunt ad vomitum

 exci-

excitandum irritari. Nunquam autem ſulphur incenſum habet locum ob ſuffocationis metum.

Quam celerrime chirurgo arceſſito, vena eſt aperienda, praecipue iugularis. Quod autem ad interna medicamenta attinet, nec vinum, nec ſpiritus vini, nec alia fortiora ſpirituoſa in os iniicienda ſunt, priuſquam motus vitales iam redierint, quoniam alias haec fluida aſperam tendunt arteriam et ſuffocationem mortemque accelerant. Guttulae autem quaedam volatilis cuiuſdam ſpiritus, linguae poſſunt inſtillari.

Omnibus his remediis diu adhibitis, conſtat enim ſaepe, horis integris praeterlapſis, effectus demum eſſe ſecutos, tamen non ſtatim corpora ſunt relinquenda, ſed praeterea vel cineribus, vel arena, vel ſale tepido vel ſtragulis calefactis vel fimo vſque ad collum operiunda.

Vlterior rei explicatio, typis impreſſa, diſtribuitur, quae ſchedula ſimul declarat, quo modo ſtrangulati, fumo carbonum ſuffocati et frigore tacti ſint tractandi, etiam machinae ad fumum nicotianae in inteſtiſtinum rectum immittendum fabrefactae et diſtributae ſunt. Praemium monetae, quinquaginta marcas Lubicenſes aequantis, illi, qui miſeris his inſeruit, a magiſtratu conſtitutum eſt; pariter ſocietas facilis erit iis, qui ideo ſumtus fecerunt, eosque, niſi viginti et quinque marcas Lubicenſes excedant, reſtituet.

Leowardiae ille, qui merſo vitam a ſe redditam teſtimonio comprobauerit, decem monetis Hiſpanicis Imperialibus cum quadrante donabitur.

Doctrina aeque ac fama praeſtans CAMPERVS, Medicinae Profeſſor Groningenſis, *ſocietatis conſtituendae* in prouinciis Friſiae dedit conſilium, vt, eo

mode-

moderatore, Cl. MVNNIKS pericula contagii, quod inter armenta graſſatur, transferendi in vitulos faceret et obſeruaret, quot conſeruarentur et quot perirent; num contagio ſemel imbuti, iterum inficerentur et an plantae, in Germania inferiori creſcentes, contagii vim ac impetum infringerent. Experimento deſtinati ſunt centum vituli, quorum viginti et quinque, vna materia morbida inquinabuntur. Quadraginta membris ſocietas conſtabit, quorum paucis diebus tantus fuit numerus, vt vix quinta pars deeſſet.

Veterinaria ſchola, *Pariſiis* nuper conſtituta *) miſit ad coercendos armentorum epidemicos morbos, eaque ab hoc malo tuenda in Campaniae regiones Cl. BAUVAIS, qui centum et quadraginta a morbo et adhuc plura a contagio penitus liberauit.

Simili modo miſſus eſt Cl. BRASIER a ſchola Lugdunenſi veterinaria in regionem Meximienſem, vbi centum et quadraginta tria ſeruata ſunt, exceptis iis, quibus remedia adhibita ſunt, mali arcendi. Abiit poſtea idem in varias Galliae regiones, vbi multa quoque ſunt conſeruata. Quod ad eius methodum medendi attinet, illam a Cl. BOURGELAT, qui Lugduni ſcholam condidit veterinariam, propoſitam, ſecutus eſt Cl. BRASIER, ac inprimis conuertit in ſuum commodum, quae habet Cl. BOURGELAT de vniuerſalibus animalium inflammatoriis et malignis morbis.

Pariſiis Rex *ſeptem* ciues, artibus et ſcientiis claros, *equites ordinis St. Michaelis* nominauit, inter quos, cum reliqui ad nos non pertineant, Cl. BOUWARD, Medicinae Doctorem, commemoraſſe ſufficiat.

Augu-

*) Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 368.

Auguſtiſſimae Imperatricis MARIAE THERESIAE ſumma gratia ac clementia in GERARDUM VAN SWIETEN, aliis iam documentis celebrata *) ex eo denuo elucet, quod *effigiem* EIUS *aeneam, marmoreae baſi impoſitam*, in auditorio publico medico honoris ac perpetuae memoriae cauſſa dedicari iuſſit. Ipſa baſis ita inſcripta eſt:

GERARDI LIB. BARONIS VAN SWIETEN
Archiatrorum Sacri Palatii Comitis
Regii ordinis D. Stephani Commendatoris
Collegii Cenſurae Librorum Reique Medicae Praeſidis
Auguſtalis Bibliothecae Praefecti
ob
Procuratam Scientiarum artiumque inſtaurationem
Ob Patriae Matrem Auguſtamque Familiam
ab ipſo Artis ope ſeruatam
de uniuerſa re Auſtriae publica
optime meriti effigiem
in exemplum, quod poſteri imitentur, poſuit
MARIA THERESIA *Auguſta*
inque ſalutaris Artis Collegio
eiusque conſiliis ſapienter conſtituto illuſtratoque
collocari iuſſit
1769
ANTONIO STOERCK *Vindobon. Studior. Vniuerſitatis Rectore.*

Hafniae Cl. MARTINUS THRANE BRÜNNICH, oeconomiae et hiſtoriae naturalis profeſſor die 5 menſis maii 1769 a Potentiſſimo Daniae rege denominatus eſt.

In Academia, quae *Ienae* floret, Cl. RICKMANNUS, Medicinae Doctor, adeptus eſt extraordinariam medicinae profeſſionem.

In

*) Comment. noſtr. Vol. XI. p. 555. XII. 362. XIV. 369.

In Academia *Halenſi* IOANNES FRIDERICUS GOTTLIEB GOLDHAGEN Profeſſor Medicinae extraordinarius factus eſt.

Ibidem ANDREAS ELIAS BÜCHNER, Sacri Romani Imperii Nobilis, Potentiſſimi Pruſſiae Regis a conſiliis intimis, medicinae et philoſophiae naturalis Profeſſor publicus ordinarius, facultatis medicae ſenior, regiorum alumnorum ephorus, Imperialis Academiae naturae curioſorum Praeſes, et Comes Palatinus Caeſareus, die 30 menſis iulii 1769 in ſexageſimo nono ſuae aetatis anno, diuturno morbo confectus, deſiit vivere.

Pariter *Norimbergae* CHRISTOPHORUS IACOBUS TREW, Sereniſſimi Marchionis Brandenburgico-Onoldini Conſiliarius aulicus et medicus primarius, Comes Palatinus Caeſareus, Collegii medici ſenior primarius, Reipublicae Norimbergenſis Phyſicus Ordinarius, Imperialis Academiae naturae curioſorum Director, et Societatum Regiarum Londinenſis et Berolinenſis nec non botanicae Florentinae ſocius, die 17 menſis iulii 1769, nec diu, nec magnopere aegrotans, placide in ſeptuageſimo quarto ſuae aetatis anno exſpirauit, cuius vitam ſuo tempore eo maiore cum fide enarrare nobis licebit, quo plura de rebus ſuis ipſe collegerat, quae nobiscum beneuole communicata ſunt.

Ibidem quoque die 16 maii 1769 diuturnitate morbi ad tabem redactus, vitam cum morte commutauit MARTINUS FROBENIUS LEDERMÜLLERUS, cuius indefeſſum ſtudium naturae indagandae neminem latet, cuiusque memoriam nunquam delebit obliuio.

Chirurgus aulicus Regis Angliae, Cl. THOMAS GATAKER, nuper e vita diſceſſit *Londini*, cuius locum Cl. GUILIELMUS BROMFIELD obtinuit.

Maxima

Maxima cum voluptate legimus, LISTERI opus de *conchyliis*, quod rarius occurrit, denuo integrum et emendatum proditurum eſſe. Quoniam enim Oxonii omnes, quae ad illud pertinent, figurae aeneae, nec minus eae, quas filia LISTERI ſculpſit, exſtant, integra et emendata editio tam rari operis ad methodum Linnaeanam in ordinem redacti, eiusque nominibus additis et tabulis numeratis, facile curari poterit.

Memoria GEORGII FRIDERICI BAERMANNI, Mathem. ſuperiorum Prof. Publ. Ord. in Acad. Vitebergenſi.

Quo ſtudioſius a nobis memoria eorum conſeruanda eſt, qui horum commentariorum ſocii fuerunt, inter quos BAERMANNUS non vltimum locum tenuit, ſiue librorum, quos diiudicare ſolebat, vtilitatem et delectum ſpectes, ſiue iudicandi acumen et perſpicuam breuitatem: eo tamen magis dolemus, eſſe tandem hoc officium praeſtandum, quod nobis omnem illius iacturae magnitudinem in animum reuocet, lectoresque poſthac Baermannianae doctrinae fructu carituros. Soluendum vero eſt, quod ei debetur, et, quoniam nihil aliud relinquitur, gratiae agendae. Longe aliis doctrinis, quam quarum laudem poſtea tulit BAERMANNUS, ab initio deſtinatus eſt, cum parens, GEORGIUS ADAMUS, cauſſarum patronus Lipſienſis, a quo Lipſiae anno 1717 prognatus erat, eum hoc conſilio ſcholae Electoralis Portenſis praeceptoribus tradidiſſet, vt, maturus academiae, operam omnem in theologicis poneret. Itaque in academia Lipſienſi inde ab anno 1730 theologiae et orientalium linguarum doctores, HEBENSTREITIUM et FRIDERICUM, ſecutus eſt. Sed mutata voluntate, propendere ad philoſophica

et

et mathematica tanto cum ſtudio coepit, vt, quamquam eruditiſſimum HAUSENIUM et STÜBENERUM audiſſet, tamen WOLFII cauſſa Marburgum commigraret, vnde reuerſus Lipſiam cum HEINSIO *de iuſta tormentorum longitudine* diſputauit, et magiſter philoſophiae creatus eſt. Mutati ſic conſilii potiſſima cauſſa IOANNES GUILIELMUS PAULI, auus BAERMANNI maternus, fuiſſe videtur, qui, cum medicinam profiteretur, ſubinde nepotem, vel exemplo, vel hortatu, ad phyſicarum rerum ſtudia incendit, a quibus ille tamen potius ad mathematica deflexit. Ea poſthac Lipſiae docuit, veniam docendi ſolemni diſputatione *de vectibus curuilineis* conſecutus. Non ita multo poſt, anno 1745, Profeſſoris matheſeos muneri in academia Vitebergenſi praefectus eſt, interque ceteras muneris occupationes, praeter minores libellos, etiam Euclidis verſionem latinam edidit, qualem GREGORIUS Oxonii vulgarat, ſed correctam ſubinde ad graeci textus fidem, auctam ſcholiis et corollariis, et demonſtrationibus contractis breuiorem. Graeca enim et latina ſic tractauerat, vt iudicare ſcienter poſſet, eratque adeo vernaculae intelligentior. Nam propter peritiam in hoc genere adſcitus eſt in Teutonicam Lipſienſem ſocietatem, in cuius ſtatis conuentibus ſaepe de natura et incrementis linguae diſſeruit, vt a grammatico vix melius dici poſſet. Narrationem *de otio Cyri* germanicam fecit, et alias plures ex elegantiori genere diſputatiunculas, variis ephemeridibus inſertas, in media illa mathematica ſeueritate ſcripſit. Habuit ergo omnia BAERMANNUS, quae Mathematices Profeſſori neceſſaria, viroque docto decora ſunt. Sed integra ſanitas corpori imbelli defuit, quippe ita perpetuo aſthmate vexatus eſt, vt, qui eum viderent, plus forte doloris, quam ipſe BAERMANNUS, ſentirent. Et tamen, ſi quis eum huma-

humaniſſimis verbis lugeret, conſolari amicos, et de ſua animi tranquillitate confirmare potuit. Sed collecta nimia humorum copia, expoſitus eſſe malo hypochondriaco coepit, debilitatusque quotidie magis propemodum apoplexiae ſuccubuiſſet, qua extremo anno 1767 correptus erat. Reddita quidem eſt ſanitas, verum ab eo tempore pedes intumuerunt, ſecutoque hydrope ita plane victus eſt, vt die 6 februarii anno 1769 exſpiraret. Erit vero, quoties memoria eius recurret, quam crebris ſermonibus vſurpare ſolemus, erit ergo, quem imitemur, amemus, veneremur: erit etiam, quem exteri carum habeant.

XXII.

Index ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1765 prodierunt.

Auserleſene mediciniſche, chirurgiſch-anatomiſch-chymiſch und botaniſche Abhandlungen der Römiſch-Kayſerlichen Academie der Naturforſcher. 14 Theil. Nürnberg 4. m. K.

Hiſtoire de l'Academie Royale des Sciences. Année 1759. Avec les Memoires de Mathematique et de Phyſique pour la même année, à Paris. 4. avec figur.

Philoſophical Transactions, giving ſome Account of the preſent Undertakings, Studies and Labours of the Ingenious in many conſiderable Parts of the World. Vol. LIV. for the Year 1764. Lond. 4. c. tab. aen.

Kongl. Wetenskaps Academiens Handlingar for Ar. 1765. Vol. XXVI. Stockholm. 8. c. tab. aen.

Der Königl. Schwediſchen Academie der Wiſſenſchaften Abhandlungen aus der Naturlehre, Haushaltungskunſt und Mechanick auf das Jahr 1765 aus den Schwediſchen überſetzt von ABRAH. GOTTHELF KAESTNER. *24 Band. Hamburg und Leipzig. 8. m. K.*

Abhandlungen der Churfürſtl. Bayeriſchen Academie der Wiſſenſchaften, 3 Bandes 1 und 2 Theil. München 4. m. K.

Verhandelingen vitgegeeven door de Hollandſche Maatſchappye der Weetenſchappen te Haarlem VIII Deels 1 Stuk the Harlem 8. c. tab. aen.

Eiuſdem libri 2 Stuk ibid. 8.

Der Drontheimiſchen Geſellſchafft Schrifften aus dem Däniſchen überſezt. 1 und 2 Theil, Koppenhagen und Leipzig. 8. m. K.

La Gazette ſalutaire, ou feville hebdomadaire compoſée de la Gazette d' Epidaure de quelques Ex-

traits, ou obſeruations du Iournal de Medicine et de divers autres articles relatifs à la Medecine, la Chirurgie, la Botanique, la Chymie etc. Année 1765. à Bouillon 4 mai.

Catalogue Hebdomadaire, ou Liſte des Livres, Eſtampes, Cartes, Ordonnances, Edits, Déclarations, Arrêts, qui ſont mis en vente chaque ſemaine tant en France, qu' en Pays étrangers, l' indication des volumes, du nombre et de la grandeur, dont ils ſont formés; les noms des Auteurs, la nature du Papier et du Caractére etc. que l'on a employés et les adreſſes des Libraires, ou autres, qui les vendent. Année 1765. à Paris 8.

Fränckiſche Sammlungen von Anmerckungen aus der Naturlehre, Arzneygelahrheit, Oekonomie und den damit verwandten Wiſſenſchafften 41 *bis* 43 *Stück. Nürnberg* 8.

The Gentleman's Magazine Vol. XXXIV. for the Year 1765 Ian. - Dec. and Suppl. London 8. c. tab. aen.

Dreſsdniſches Magazin oder Ausarbeitungen und Nachrichten zum Behuf der Naturlehre, der Arzneykunſt der Sitten und der ſchönen Wiſſenſchaften. 2 *Band. Dreſsden* 8 *m. K.*

Berliniſches Magazin, oder geſammlete Schrifften und Nachrichten für die Liebhaber der Arzneywiſſenſchafft, Naturgeſchichte und der angenehmen Wiſſenſchaften überhaupt. 2 *Band. Berlin* 8. *m. K.*

Hiſtoire de l' Academie Royale des Sciences et belles Lettres de l'année 1758. à Berlin 4.

Memoires et Obſervations recueillies par la Societé oeconomique de Berne. Partie I - IV pour l'année 1765. à Berne 8.

Abhandlungen und Beobachtungen durch die oeconomiſche Geſellſchaft in Bern, geſammlet auf das Jahr 1765. 2 *Stück. Bern* 8.

Neue

Neue Auszüge aus den beſten ausländiſchen Wochen- und Monathsſchriften. Erſter Iahrgang.

Lehrbegriff ſämtlicher öconomiſcher - und Cameralwiſſenſchaften. Des 1 *Theils* 2*ter Band. Stuttgard* 4 min. *m. K.*

Geſammlete Nachrichten von der ökonomiſchen Geſellſchaft in Francken. Anſpach.

Muſeum ruſticum et commerciale, *oder auserleſene Schriften, den Ackerbau, die Handlung, die Künſte und die Manufacturen betreffend, aus der Erfahrung genommen, und von verſchiedenen in dieſer Verrichtung geübten Männern mitgetheilt, von einigen Mitgliedern der Geſellſchaft zu Aufmunterung der Künſte, Manufacturen und Handlung aber durchgeſehen und herausgegeben. Aus dem Engliſchen überſetzt und mit einigen Anmerkungen begleitet. Andrer und dritter Band. Leipzig* 8 *m. K.* (Germanice reddidit I. I. S.)

Allgemeines ökonomiſches Forſtmagazin, in welchem allerhand nützliche Beobachtungen, Vorſchläge und Verſuche über die wirthſchaftliche Policey - und Cameralgegenſtände des ſämtlichen Wald- Forſt und Holzweſens enthalten ſind; geſammlet von einer Geſellſchaft, deren ordentliches Geſchäffte iſt, Waldungen zu gewinnen, zu benutzen und zu erhalten. 5 *und* 6 *Band. Frankfurt und Leipzig* 8. (Auctore IO. FRID. STAHL.)

Schwediſches öconomiſches Wochenblatt. 1 *Theil. Greifswalda.* 8. (*Auctore* CAT.)

Sammlung der beſten und neueſten Reiſebeſchreibungen in einem ausführlichen Auszuge, worinnen eine genaue Nachricht von der Religion, Regierungsverfaſſung Handlung, Sitten, natürlichen Geſchichten und andern merkwürdigen Dingen verſchiedener Länder und Völcker gegeben wird. Aus den Engliſchen überſetzt. 3 *Band. Berlin* 8 *m. K.*

Dictionnaire vniverſel de Commerce, d'Hiſtoire naturelle et des Arts et Metiers. Tom. V. Contenant tout ce, qui concerne 1) le Commerce, qui ſe fait dans les quatre Parties du monde, par terre, mer, de proche en proche et par des voyages de long cours, tant en gros, qu' en detail. Les productions, qui croiſent et qui ſe trouvent dans tous les lieux, ou Nations de l' Europe, exercent leur Commerce; comme les Metaux, Mineraux, Pierreries, Plantes, Drogues, Epiceries, Grains, Sels, Vins, Pierres et autres Boiſſons, Huiles, Gommes, Fruits, Poiſſons, Bois, Soyes, Laines, Cotons etc. Belletiers, Cuirs cet. Les Etoffes, ouvrages et manufactures d' or et d'argent, de Soye, Laine, Fil, Coton etc. 2) Les compagnies de Commerce, tant Françoiſes qu' étrangeres pour les Indes Orientales et Occidentales etc. avec l' Hiſtoire de leurs Etabliſſemens, leur Regie et Adminiſtration etc. 3) Les Chambres d' Aſſurances. Ouvrage poſthume du Sieur IACQUES SAVARY DES BRUSTONS, continué ſur les memoires de l' Auteur et donné au Public par M. PHILEMON LOUIS SAVARY. Nouvelle Edition, exactement revue, corrigée et conſiderablement augmentée à Copenhage. Fol.

Hiſtoire naturelle, generale et particuliere avec la Deſcription du Cabinet du Roi. Tome XIII. à Paris. 4 mai. av. fig.

Hiſtoire de l' Agriculture ancienne, extraite de l' hiſtoire naturelle de Pline. Livre XIII. avec des eclairciſſemens et des remarques. à Paris. 12.

Siſteme d' Hiſtoire naturelle en IV Regnes, l' Animal, le Vegetal, le Mineral, et celui des Eaux (Anglice, Belgice, Gallice.) Regnum Animale. Pars I. Hag. Comit. fol. c. fig. aen.

Natuurlyke Hiſtorie of vyt voerige Beſchryving der Dieren,

Dieren, Planten, en Mineralen volgens het Zemenſtel van den Heer LINNAEUS met naaukeurige Afbeeldingen. Eerſte deel agſte Stuk. t'Amſterdam. 8 mai.

Diſcours ſur l'utilité de Cabinets d'Hiſtoire naturelle dans un Etat et principalement en Ruſſie 8.

Britiſch Zoologie etc. Part III. Lond. fol. c. tab. aen. viuis colorib. pictis (a tab. L - LXXV.).

Regnum minerale ex ſyſtemate Cel. Gottingenſium Profeſſoris VOGELII. Berolin. fol.

Memoires ſur quelques foſſiles d'Artois pour ſervir à l'hiſtoire naturelle de cette Province par un membre de la ſocieté litteraire d'Arras. à Paris. 12.

L'art de convertir le cuivre rouge en cuivre de roſette, en laiton ou cuivre jaune. fol. c. fig.

Wie ſind die Seemuſcheln auf die höchſten Berge und in die feſteſten Steine gekommen. Bremen. 8. c. fig.

Florae Danicae iconum faſciculus quartus a tab. CLXXXI - CCXL. (Germanice et Latine) Hafn. fol.

Phyſicaliſch - öconomiſche Auszüge aus den neueſten und beſten Schrifften, die zur Naturlehre, Haushaltungskunſt und ſo weiter gehören. 7 Band. 8.

Etrennes d'agriculture, trés vtiles aux Laboureurs, et à tous ceux, qui cultivent ou qui afferment leurs terres; ann. 1766. contenant pluſieurs chapitres ſur les engrais, ſur les prairies artificielles, ſur le trefle, ſur la luſerne, ſur le ſainfoin, ſur le lin et le chanure et des obſeruations generales ſur l'agriculture. Seconde partie, ſuite de la premier. qui a parû en 1762. à Amiens. 32.

Der Königl. Groſsbrittanniſch - Churfürſtl. Braunſchweig - Lüneburgiſchen Landwirthſchaffts - Geſellſchafft Nachrichten von Verbeſſerung der Landwirthſchafft und des Gewerbes erſte Sammlung. Zelle. 8.

Abhandlungen der freyen öconomiſchen Geſellſchafft in

St. Petersburg zu Aufmunterung des Ackerbaues und der Hauswirthſchafft in Rußland. 1 *Theil. Mietau und Riga* 8.

Der Ackerbau nach der allerneueſten Erfahrung, zum Gebrauche der Liebhaber des Feldbaues. 2 *Theil. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Augſpurg* 8.

Der Hausvater, eine ökonomiſche Schrifft, 2 *Bandes* 3 *Stück. Hannover* 8 mai.

Neue ökonomiſche Nachrichten, 13 *bis* 24 *Stück.* 2*ter Band, nebſt nöthigem Regiſter. Leipzig* 8.

Vorſtellungen, um dem Landmann zu zeigen, daß er mehr Nutzen aus ſeinen Alimenten ziehen könnte. Bern.

Delle ſpecie diverſe di frumento e di Pane ſiccome della panizzazione, e di tutte quelle Piante, e parti di eſſe ſingolarmente, che in occaſione di careſtia poſſono panizzarſi o per alimento in altra maniera vſate poſſono al pane ſupplire, memoria del Dottor SAVERIO MANETTI, letta da eſſo in varie adunanze tenute dall' Imperial ſocietà Fiſico-Botanica Florentina nell caduto anno 1764. 8.

Obſervations phyſiques ſur l' agriculture, les plantes, les mineraux et les vegetaux etc. à la Haye et à Paris. 12.

Le bon Iardinier: Almanach pour l' année 1765. contenant vne idée générale de quatre ſortes de Iardins, les regles pour les cultiver, la maniere de les plantes et celle d' elever les plus belles fleurs. Nouvelle Edition conſiderablement augmentée et dans la quelle la partie des fleurs a été entiérement refondue par un Auteur. à Paris 12.

Traité de la culture de differentes fleurs. à Paris 12.

Vollſtändige Abhandlung des geſammten Weinbaues und anderer daraus entſtehenden Producte, nebſt einem

Anhan-

Anhange von allen übrigen den Weinmangel erſetzenden Geträncken etc. 1 *Band. Stuttgard* 8.

Anweiſung zum Seidenbau, wie ſolcher auf das leichteſte und vortheilhafteſte zn treiben ſey. Aus den richtigſten und zuverläſſigſten, theils fremden, theils eigenen vieljährigen Erfahrungen des Züllichauiſchen Wayſenhauſes mitgetheilt. 2 *Auflage. Züllichau* 8. (*von Herrn* IOH. CHRISTIAN STEINBART, Directeur *und Pfarrer des Wayſenhauſes.*)

Premium's offerd by the Society inſtituted at London for the encouragement of Arts, Manufacture and Commerce for 1765. London 8.

Nachricht von den Manufacturen derer Tücher und andrer wollener Zeuge, aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Dreßden 8.

Briefe über die Erfindung einer neuen Dreſchmaſchine. Aus dem Franzöſiſchen ins Deutſche überſetz von * * *Franckfurth am Mayn* 8. *m. K.*

Deſcription des Montagnes et des Vallées, qui font partie de la principauté de Neufchatel et Valangen. à Bern.

Diſpenſatorium pharmaceuticum Auſtriaco - Viennenſe, in quo hodierna die vſualiora medicamenta ſecundum artis regulas componenda viſuntur. Vindobon. fol.

Noua Pharmacopoeorum Taxa, ſeu ordo ac pretium omnium medicamentorum, tam ſimplicium, quam compoſitorum chymicorum atque Galenicorum moderno tempore in officinis publicis pharmaceuticis Viennenſibus in Auſtria magis vſualium iuxta normam diſpenſatorii pharmaceutici Auſtriaco - Viennenſis formata et praeparata. (Latine et Germanice) Vindobon. fol.

Apothecker - Taxe. Stade, 4. (*wovon der Herr Hofmedicus* FISCHER *Verfaſſer iſt*)

Pharmacopoea caſtrenſis, continens titulos et deſcri-

ptiones medicamentorum in ciſtis chirurgorum, qui in exercitu Imperiali Ruſſico ſtipendia faciunt, aſſeruandorum, auctoritate Collegii Imperialis medici. Petropoli 8.

Arzneyen. Langenſalza. 8. (*Auctore* Cl. BALDINGER.)

Nouvelles obſervations ſur la preparation d' antimoine du Sieur IACQUET. 12.

Der hermetiſche Triumph, oder der ſiegende philoſophiſche Stein u. ſ. w. ins Deutſche überſetzt. Franckf. und Leipzig. 8.

Der in ſchweren und verwirrten Kranckheiten vernünftig rathende und glücklich curirende Medicus, oder gründlicher Unterricht, wie in ſolchen wichtigen Fällen, beſonders von jungen Aerzten conſilia medica *am ſicherſten können theils eingehohlt, theils auch fürnehmlich nach Hofmanniſchen und Boerhaviſchen Grundſätzen klüglich ertheilet werden. 2ter Theil. Erfurth.*

Geſundheits Regeln. 8.

Gründliches uud ſicheres Arzney-Kunſt-Wunder-und Geſundheits Buch, worinnen auch alleſamt unheilſame Kranckheiten, als Podagra, Gelb-und Waſſerſucht, allerley Fieber, Zahnweh und andere ſchwere Gebrechen ohne alle Gefahr mit Verwunderung zu curiren. Franckf. 8.

Diſſertation ſur un nouveau remede antivenerien vegetal. à Paris. 12.

Examen d' un livre, qui a pour titre Parallele des differentes methodes de traiter la maladie venerienne, dans lequel on refute les ſophiſmes de l' Auteur et on demontre par les faits le plus authentiques la ſuperiorité des dragées antiveneriens ſur tous les remedes antiveneriens connus jusqu' ici. à Amſterdam 12.

Briefe von Blatterbelzen, dem Parlement von Paris gewidmet. 1 *und* 2 *Theil. Altona.* 8.

Lettre ſur l'inoculation de la petite verole, écrite de la vallée de Tempe. à Cologne 12.

Opuſcule ſur l' inoculation. P. L. M. D. (par Mr. D' AUXIRON, Docteur en Medecine.) à Beſançon. 8.

Réponſe à vne brochure, intitulée: Lettre concernant l'Inoculation, à Beſançon. 8.

Pieces juſtificatives des lettres concernants l'Inoculation, à LONS-LE-SAUNIER. 8.

Réponſe à la ſeconde brochure de M. d'** intitulée: Pieces juſtificatives de lettres, concernants l'Inoculation. à Beſançon. 8.

Rapport ſur le fait de l'Inoculation de la petite verole lû en preſence de la Faculté de Medecine de Paris, et imprimé par ſon ordre pour être communiqué à tous ſes Docteurs, avant qu' elle donne ſur cette queſtion l'avis, que le Parlement lui a demandé par ſon Arrêt du 8 Juin 1736. à Paris 4. par Mr. de l' EPINE, *ancien Profeſſeur et Doyen de la Faculté de Medecine de Paris.*

Obſervations ſommaires lûes le 25 Nov. 1763. dans l'Aſſemblée des Commiſſaires nommés par la Faculté de Medecine de Paris, au ſujet de l' Inoculation de la petite Verole. à Paris 4. (*Auctor eſt* COCHU.)

Maniere d' ouvrir et de traiter les abſces à portée de la main du Chirurgien et des ſecours de la Chirurgie à Paris. 8. av. fig.

Recherches ſur la durée de la groſſeſſe et le terme de l' accouchement. à Amſterdam 8. (*Auctore Cl.* LE BAS.)

Grundlage zum Unterricht einer Hebamme. Roſtock und Leipzig. 8.

Vier Schrifften für den Sächſiſchen Landwirth, die jetzt graſſirende Viehſeuche, die Urſachen derſelben, auch Hülfsmittel und Anſtalten dagegen betreffend, nebſt

 Vor-

Vorſchlägen zu einer freywilligen doch authoriſirten Aſſecurations-Societät des Rindviehſtandes. Leipz. 8.

Le Negociant Citoyen, ou Eſſay dans la recherche des moyens d' augmenter les lumieres de la nation ſur le Commerce et l' agriculture cet. Par M. C. C. A. à Amſterdam et à Paris.

AELIANI de natura animalium Libri XVII. (graece et latine) cum animaduerſionibus CONRADI GESNERI et DANIEL. GUIL. TRILLERI, curante ABRAH. GRONOVIO, qui et ſuas adnotationes adiecit. Pars I et II. iuxta exemplar Londinenſe. Heilbronn. 4.

IO. GEORG. ACKERMANNI diſſ. inaug. de epilepſiae motuumque conuulſiuorum infantum cauſſis praecipuis. Gryphiſwald. 4.

ANT. GERM. ALBERT DE ALBERTIZ Prodromus recenſionis criticae hiſtoriae medicae, cum animaduerſionibus anatomicis et practicis. Vienn. Auſtr. 4.

EIUSD. diſſ. inaugur. ſiſtens ſpecimen hiſtoriae medicae, quo inueſtigatur: an etiam gens Hebraea olim medicinam de induſtria coluerit ac promouerit. Vindob. 4.

ALEFELD diſſ. inaug. de inſigni vſu ſulphuris aurati antimonii in morbis a vitiis lymphae ortis. *Reſp. Petr. Henr. Müller.* Gieſſae. 4.

EIUSD. diſſ. inaug. chir. de ſphacelo, a cauſa interna oriundo, ſalutifero aeque ac nociuo. *Reſp. Hilar. Keil.* ibid. 4.

EIUSD. diſſ. inaug. de epilepſia, febrium intermittentium comite. *Reſp. Io. Andr. Schreiber.* ib. 4.

The Practice of Inoculation impartially conſidered; its ſignal Advantages fully proved: and the popular Obiections againſt it, confuted: in a Letter to Sir EDWARD WILMOT BART. By JOHN ANDREW M. D. To which are added the ſentiments of Dr. HUXHAM, and ſeveral other very eminent Phyſi-

Phyſicians, relative to the ſaid Practice, as communicated to the Author Exeter. 8.

FRANC. ARAND diſſ. inaug. de purpura puerperarum. Gotting. 4.

Traité de maladies des femmes, où l'on a taché de joindre à une theorie ſolide la pratique la plus ſure et la plus éprouvée, avec deux diſſertations pour ſervir d'eclairciſſement à quelques endroits de traité des maladies des femmes, par I. ASTRUC Tome V et VI. à Paris. 12mo mai. c. aen. fig.

SAM. AURIVILLIUS diſſ. inaug. de paralyſi. *Reſp. Petr. Engſtroem.* Vpſal. 4.

EIUSD. diſp. inaug. de doloribus. *Reſp. Erich Rudbaeck.* ib. 4.

Lettre à Mr. BOUWART, Docteur en Medecine, au ſujet de ſa derniere conſultation ſur une naiſſance pretendue tardive, pour ſervir de réponſe 1) aux deux Ecrits de M. LE BAS, Chirurg. de Paris, l'un intitulé: Queſtion importante; l'autre: nouvelles obſervations; 2) à une Conſultation de Mr. BERTIN. 3) à une autre de M. PETIT, touts deux de acad. royal. des Scienc. cet. Par Mr. LE BAS. à Amſterd. 8.

EIUSD. Nouvelles obſervations ſur les naiſſances tardives, ſuivies d'une conſultation de celebres Medecins et Chirurgiens de Paris. à Paris. 8.

Talem Farſotes, ſom mæſt hærja ibland Rikets Allmoge; hællit fö Kongl. Vetenskaps Academien, vid. Præſid. medlaggande den 25 Iul. 1764 af ABRAHAM BAECK, M. D. Stockholm. 8.

Experiments in agriculture made under the direction of the Dublin ſociety in the year 1764. By JOHN WINN BAKER. Dublin. 8.

EIUSDEM Plan for inſtructing youths in the Knowledge of Husbandry. ib. 8.

Epiſtola itineraria ad Ill. CHRISTOPH. IAC. TREW exarata

exarata a D. FERDIN. BAIERO, filio IO. IAC. cum tabula aenea, ſumtibus auctoris. 4.

Von den Krankheiten einer Armee aus eignen Wahrnehmungen in dem letztern Preuſſiſchen Feldzuge mit practiſchen Anmerkungen aus den beſten Schrifftſtellern von E. G. BALDINGER. *Langenſalza* 8.

IAC. BASTERI Opuſcula ſubſeciua, obſeruationes miſcellaneas de animalculis et plantis quibuſdam marinis eorumque ouariis et ſeminibus continentia. Tom. II. liber 2. Harlem. 4. c. fig.

EIUSD. Tom. II. lib. 3. ib. 4. c. fig.

IO. PAUL BAUMER diſſ. inaug. de ſeri profluuiis haemorrhagiarum vices ſuſtinentibus. *Reſp. Alex. Lindirſch.* Gieſſae. 4.

EIUSD. diſſ. inaug. de glandulis et vaſis lymphaticis. *Reſp. Io. Felix Sebaſt. Müller.* ib. 4.

EIUSDEM *Beſchreibung eines zu Erſpahrung des Holzes eingerichteten Stubenofens, welche den von dem königl. preuſ. General-Oberfinanz-Kriegs-und Domainen-Directorio durch die königl. Academie der Wiſſenſchaften ausgeſezten Preiß auf das Iahr* 1764 *genommen hat, nebſt noch zwey Abhandlungen, welche ihr den Preiß ſtreitig gemacht haben. Berlin.* 4. *m. Kupf.*

Gegründete Verſuche und Erfahrungen von der zu unſern Zeiten höchſtnöthigen Holzſaat, zum allgemeinen Beſten herausgegeben von IOHANN GOTTLIEB BECKMANN, *Förſtinſpector in Waldenburg.* I. II. III. *Theile,* 3 *und vermehrte Auflage. Chemnitz.* 4.

M. I. BERTRAND *Kunſt die Wieſen zu wäſſern, oder vollſtändige Abhandlung von dem Waſſer, wie ſolches in der Landwirthſchafft und dem Feldbau nützlich zu gebrauchen, nebſt einigen Abriſſen von Waſſerleitungen. Aus dem Franzöſiſchen überſezt. Nürnb.* 8.

Il Baco da ſeta ou le ver a ſoi, poeme de M. BETTI en vers blancs ou non rimés avec vne hiſtoire de ſoie, et quatre lettres ſur le même ſuiet. à Verona. 4-

IO. BERND. BICKER, fil. HENR. diſſ. philoſoph. de igne. Trai. ad Rhen. 4.

An account of the culture of carrots, and their great uſe in feeding and fattening Cattle. By ROBERT BILLING. Lond. 8.

VINCENT BOCCARINI memoria intorno agli ultimi ſucceſſi del Vajuolo inneſtato in Toſcana. Faenza 8.

FRANC. BIUMI obſeruationes anatomicae, ſcholiis illuſtratae. Tom. I. Mediolan. 4 mai.

GEORG. RUD. BOEHMER diſſ. inaug. Planta, res varia. *Reſp. Io. Frid. Gottl. Friederici.* Witteb. 4.

EIUSDEM diſſ. inaug. Aduerſaria de hiſtoria morbi ariadnaeo in praxi medica filo. *Reſp. et Auctore Chriſt. Geo. Wolſg. Beriſch.* ibid. 4.

EIUSD. Progr. inaug. de iuſta medicarum hiſtoriarum aeſtimatione. ibid. 4.

EIUSD. diſſ. inaug. de ſpaſmi peripherici ſigno in febribus continentibus. *Reſp. Io. Fran. Alb. Möller.* ibid. 4.

EIUSD. diſſ. inaug. de damnis ex retardata abſceſſuum apertione. *Reſp. I. H. Chriſt. Willh. Miſca.* ibid. 4.

HERMANN BOERHAAVE de lue venerea tractatus medico-practicus, continens huius affectionis hiſtoriam, progreſſum, cauſſas, ſymptomata et curationem. Venetiis 8.

GUILIELM. DU BOIS diſſ. inaug. de paſſione hyſterica. Vindob. 4.

ADOLPH IULIAN BOSE de diſquirendo charactere plantarum eſſentiali ſingulari. *Reſp. Chriſt. Staniſl. Grümbke.* Lipſ. 4.

TUSSANT GILBERT BOULLANT diſſ. an vis pulmonis quoad ſanguinis attritum maior eſt, quam ceterarum in eundem effectum corporis partium conſpiratio? neg. *Reſp. Ant. Io. Bapt. Maclov.* Guenet. Pariſiis. 4.

Matiere

Matiere medicale raiſonnée ou precis des medicaments conſiderés dans leurs effets avec les formules de medecine, à l'uſage des eleves de l'ecole Royal. veterinaire par M. BOURGELAT. Lyon 8. Part. I. II. III.

Obſervations et Recherches medicales par une ſocieté de medecins de Londres; ouvrage ſervant de ſuite aux Eſſais d'Edimbourg; traduit de l'Anglois par M. BOURRU, M.D.P. avec fig. Tom. I. à Paris 12.

Conſultation ſur les naiſſances tardives, par M. BOUVART. à Paris 8.

Lettera critica del Chirurgo GIAN ALESSANDRO BRAMBILLA, in cui ſi ſcioglie la queſtione, ſe le inflammazioni, e le gangrene ſi debbano abandonar alla natura ſola o debbano eſſer ſoccorte dall arte medica. Al Signor DON GIOVANNE VIVENZIO, Dott. di Filoſ. e Medic. in Napoli. In Milano 4.

IO. BRAUNER ſyſtematisk indelningaf all Landmannens brukbare iord til ſtändig Afkaſtning utan whila Stockholm 8.

R. BROCKS *Vollſtändiges Handbuch der ganzen practiſchen Arzneygelahrheit, aus den Schrifften der berühmteſten Aerzte und den Werken der gelehrten Geſellſchafften zuſammen getragen, in Ordnung gebracht, und mit einer Einleitung von den Unterſcheidungs-Kennzeichen der Krankheiten.* I *Theil. Berlin* 8.

ANT. BRUGMANNI tentamina philoſophica de materia magnetica eiusque actione in ferrum et magnetem. Franequerae 4.

Contenta

Contenta in hac parte.

I. Hiſtoire de la Societé Royale des Sciences de Montpellier, avec les memoires de mathematique & de phyſique. Tom. I. Pag. 195

II. LIEUTAUD Synopſis vniuerſae praxeos medicae 219

III. PALLAS Miſcellanea zoologica 238

IV. ROEDERERI Elementa artis obſtetriciae 249

V. LORRY de melancholia Tom. II. 251

VI. HAAN Libellus, in quo demonſtratur, quod non ſolum vegetabilia, animalia et mineralia menſtruo ſimplici ſolui poſſint. cet. 265

VII. METZGER neruorum primi paris hiſtoria 268

VIII. Hiſtoire de l'Acad. Roy. des Sciences & belles lettres année 1759. de Berlin 271

IX. Memoire ſur les maladies epidemiques des beſtiaux par Mr. BARBERET 279

X. HAFFNER Diſſ. de hydrope articulorum 288

XI. ALBINI academicarum annotationum lib. VII. 291

XII. HEUERMANN *Vermiſchte Bemerkungen und Unterſuchungen der ausübenden Arzeneywiſſenſchaft, Iſter Band* 301

XIII. NIETZKI Elementa pathologiae vniuerſae 311

XIV. DE LINNE' Syſtema naturae. Ed. 12. Tom. I. Pars I. II. 322

XV. HO-

XV. HOME's an inquiry into the nature, cauſe and cure of the Croup 334
XVI. PENROSE's a Diſſertation on the inflammatory gangrenous and putrid ſore throat, cet. 338
XVII. SMELLIES a collection of preternatural caſes and obſervations in midwifery Vol. III. 341
XVIII. KIRKLAND an Eſſay towards an improvement in the cure of Fevers 350
XIX. SCHLUGAE primae lineae cognitionis inſectorum 352
XX. England illuſtrated or a compendium of the natural hiſtory, geography cet. 353
XXI. Noua phyſico-medica 355
XXII. Index ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1765 prodierunt 369

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XV. PARS III.

LIPSIAE MDCCLXX.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH
Venduntur etiam
Amſtelodami apud I. Schreuder, et Petr. Mortier, Londini apud Io. Nourſe, Pariſiis apud Briaſſon, Patauii apud I. Manfré, Holmiae apud L. Saluium.

I.

Hiſtoire naturelle générale & particuliere, avec la deſcription du cabinet du Roi, Tome treizieme, à Paris de l'imprimerie Royale, 1765. 4. Alph. 2. pl. 10. tabb. aen. 59.

i. e.

Hiſtoria naturae vniuerſalis et particularis vna cum deſcriptione muſei regii. Tomus XIII. etc.

Pergit Cl. BUFFON in hoc tomo in conſideratione naturae generali, quam in praecedenti tomo inchoauerat. Quantum autem iudicare licet, Cl. Auctor demonſtrare annititur, cauſſam omnium phaenomenorum materiae rudioris vim quandam eſſe, hancque cum calore coniunctam moleculas viuas, a quibus omnes effectus ſubſtantiarum organiſatarum pendeant, producere. Licet vero ingenioſe ſatis rem expoſuerit Cl. BUFFON, tamen hinc inde quaedam occurrunt, vbi ſententiae Cl. Auctoris ſuffragari non poſſumus.

Hoc certum eſt, potentias, quae animae competunt, a potentiis materiae diuerſas omnino eſſe.

p. 1. Tranſeamus ad hiſtoriam animalium, quorum primum *Giraffa* ſeu *Camelopardalis* eſt, qui Ill. LINNAEO ceruus (camelopardalis) cornibus ſimpliciſſimis, pedibus anticis longiſſimis dicitur. Animal hoc ex pulcherrimis et maximis eſt; innocuum dicitur, ſimul autem maxime inutile: diſſimilitudo enim crurum poſteriorum cum anterioribus, quae illis multo longiora ſunt, exercitio virium obſtat. Ingreſſus eius vacillans et motus lenti apparent. In deſertis locis Aethiopiae aliarumque prouinciarum Africae meridionalis et Indiae occurrit, neque tamen magna in copia deprehenditur. Quantum ex variis auctoribus eluceſcit, animal hoc, ab inferiore parte pedum anteriorum ad verticem capitis vſque computatum, pedes ſeptendecim altum eſt. Natura manſuetum eſſe dicitur et quoad corpus et naturam camelo potius, quam vlli alii animali ſimile eſt. Ad ruminantia pertinet, cum dentibus inciſiuis in maxilla ſuperiore careat. Ceterum duo cornua parua in fronte habet, quorum ſubſtantia nondum ſatis nota eſt *). Cl. BUFFON enim tale animal non vidit, ſed deſcriptionem hanc ex aliis communicat. Icon huius animalis deeſt.

p. 16. 2) *Lama;* Ouis Peruana MARGRAVII, Camelus (glama) dorſo laeui, topho pectorali LINN. et Paco, Ouis Peruana paco dicta MARGRAV. Camelus (pacos) tophis nullis corpore lanato LINN. Vtrumque animal in America tantum occurrit, monteſque Americae meridionalis inhabitat. Per naturam

*) De *Giraffae* charactere vid. Cl. PALLAS Miſcell. zoolog. pag. 10. Comment. hor. Vol. XV. p. 239.

naturam haec animalia non manſueta ſunt, nunc autem inter domeſtica nutriuntur, licet etiam multa adhuc in deſertis reperiantur. Regnum Peruanum *lamae* ſolum patrium eſt, vbi copioſe occurrit magnumque vſum praeſtat. Eius enim caro edulis eſt, pilique lanam bonae indolis praebent. Oneribus gerendis deſtinantur et ad ducentas libras geſtant. Tarde incedunt, nec vltra quinque milliaria per diem procedunt. Subitum incrementum capiunt lamae tertioque anno ad procreandum aptae ſunt; anno duodecimo viribus decreſcunt et decimo quinto in ſtatu ſenili ſunt. Natura ſua animal hoc mite et phlegmaticum eſt; herbis veſcitur et quidem inter eundum; nunquam tamen ſub nocte cibum capit, quo tempore potius ruminat. Quando laboribus obruuntur, hisque ſuccumbunt, animalia haec fruſtra ad erigendum excitantur, ſique ductores male ea tractare pergunt, ſe ipſa tunc interimunt, dum verſus terram caput vtrinque impingunt. Nec pedibus, nec dentibus ſe defendunt, ſed ſputum tantum in faciem ductoris eiiciunt; ſaliua autem irritati animalis adeo acris eſſe dicitur, vt veſiculas in cute excitet. Lama quatuor pedes alta et quinque vel ſex pedes longa eſt. Caput eius bene conformatum, oculi magni, roſtrum aliquantum elongatum, labia craſſa, ſuperius fiſſa, inferius pendula apparent. Dentes inciſiui et canini in ſuperiore maxilla deſunt: aures quatuor pollices longas facile g[illegible]et. Cauda octo pollices longa eſt; pedes, vt in boue, fiſſi ſunt, a poſtica tamen parte calcare muniti, cuius ope animal ſe in locis aggreſſu difficilioribus affigit. Lana eius in dorſo breuis, ad latera vero et ſub ventre longa eſt. Color animalis vel albus, vel niger, vel variegatus deprehenditur. Valde laſciuum dicitur animal, rem tamen veneream difficulter exercet. Foemella

ſe

ſe in terram proſternit, maſculumque ſuſpiriis inuitat. Pullum vnum, raro duos, parit. Lama non manſueta fortior, viuidior et celerior eſt, quam domeſtica; illa vt ceruus currit et vt rupicapra rupes ſcandit. Gregatim ad tercentum vſque numero incedunt et in regionibus, glacie et niue tectis, melius quam in temperatis ſe habent.

p. 28. *Paco*, animal minus, nec tam vtile, quam lama eſt; pellem tamen meliorem fert. Mores eiusdem et indoles eadem, quae lamae eſt; eadem loca inhabitat; lanam tamen longiorem et denſiorem praeſtantioremque habet. *Paco* reſpectu lamae idem fere eſt, quod aſinus reſpectu equi eſſe ſolet. Figurae duorum horum animalium hic deſiderantur.

p. 34. 3) *Vnau;* Bradypus (dictatylus) manibus didactylis, cauda nulla LINN. et *Ai*; ignauus MARGRAV. Bradypus (tridactylus) manibus tridactylis, cauda breui LINN. Licet vtrique animali ob lentorem in motu et ob tarditatem in greſſu nomen ignauorum, quod etiam aliis animalibus datur, a nonnullis imponatur, tamen ad euitandam confuſionem nomina, quibus in locis natalibus inſigniuntur, retinet Noſter ac notat, animalia haec, quamquam vario reſpectu conueniunt, tamen tum in exterioribus, tum in interioribus differre, ideoque diuerſas ſpecies eſſe. Ita enim *Vnau* nullam caudam et duos tantum vngues in pedibus anterioribus habet; *Ai* autem cauda breui tribusque vnguibus in quouis pede inſtructum eſt: *Vnau* roſtrum longius, frontem magis eleuatam, aures magis conſpicuas, quam *Ai*, oſtendit; color etiam pilorum alius eſt, immo viſcera in vtroque diuerſum ſitum habent et nonnullae partes interiores in hoc aliter, quam in illo conformatae ſunt. Characterem tamen maxime diſtinctiuum ſimulque plane ſingularem numerus coſtarum praebet, ſiquidem in *Vnau* coſtae quadraginta

ginta ſex, in *Ai* autem viginti octo deprehenduntur. Animalia haec ad ruminantia pertinent, licet neque cornubus aut vngulis, neque etiam dentibus inciſoriis in inferiore maxilla inſtructa ſunt: plures tamen ventriculos, ruminantium more, habent, a quibus tamen in eo differunt, quod inteſtina ipſorum admodum breuia ſint. Differunt etiam ab aliis animalibus eo, quod vrina in iisdem et excrementa per cloacam communem, vt in auibus, excernantur. Animalia haec tantum in America deprehenduntur, foliis fructibusque ſilueſtribus veſcuntur, ac multum temporis, dum aliquot paſſus incedunt, aut arbores ſcandunt, conſumunt, ita, vt vnius diei ſpatio vix quinquaginta paſſuum viam abſoluere poſſint.

Ex anatomica deſcriptione notamus, *Vnau* digitis duobus in pedibus anterioribus, digitisque tribus in pedibus poſterioribus, vnguibusque valde longis et curuis inſtructum eſſe. Praeterea ventriculi quatuor, vt in boue, ſed aliter conformati, inteſtina ſingulari modo conuoluta, hepar nulla veſicula fellea inſtructum et canalis inteſtinorum tres pedes longus, lingua craſſa inque anteriore parte ampla deprehenditur. Dentes numero octodecim ſunt, in ſuperiore nimirum maxilla vtrinque dens caninus vnus et dentes molares quatuor, in inferiore autem itidem dens caninus vnus et molares tres, nulli autem inciſiui apparent. Vertebrae dorſales numero viginti tres, vertebrae lumborum autem quatuor ſunt; os ſacrum vertebris ſpuriis quatuor, et coccygis os, octo vertebris conſtat. Ex deſcriptione anatomica animalis *Ai* in genere notandum eſt, illud quoad formam corporis crurumque et numeros dentium cum *Vnau* conuenire, ab hoc tamen differre, quod in quouis pede tres vngues,

p. 49.
p. 60.

 alium

alium viſcerum ſitum vertebrasque ſpurias caudae quindecim habeat.

p. 72. 4) *Surikate*, (viuerrae ſpecies) paruum animal rapax eſt, inque Surinamo et aliis prouinciis Americae meridionalis occurrit. Carnis ouorum et piſcium cupidum eſt, propriamque vrinam li-
p. 75. benter bibit. Quoad figuram corporis et aurium inprimis viuerrae ichneumoni LINN. quoad naſum productum autem viuerrae naſuae magis ſimile eſt. Color in naſo et circa oculos et aures niger eſt, macula in fronte fuſca, latera vero capitis, oris atque gulae alba ſunt; reliquae corporis partes colorem mixtum ex albo, fuſco, flaueſcente et nigro habent. Animal libram vnam vnciasque tredecim pondere aequauit; pedibus tetradactylis inſtruitur. Hepar veſiculam felleam lobosque quinque habet; lingua ampla, tenuis, inque apice rotunda apparet. Dentes, qui cum dentibus carniuororum et inprimis hyaenae multum conueniunt, numero triginta quatuor ſunt, in inferiore nimirum maxilla dentes molares decem, in ſuperiore autem octo, et in quauis duo dentes canini longi, ſexque parui inciſorii reperiuntur. Vertebrae dorſales quatuordecim totidemque coſtae, vertebrae lumborum autem ſex, oſſis ſacri verte-
p. 87. brae ſpuriae quatuor, caudae viginti ſunt.

5) *Tarſier*; nomen hoc a Cl. BUFFON paruo animali ex murino genere ob tarſos inſigniter longos datum eſt. Animal hoc, ratto non maius, pedes pentadactylos, anteriores valde paruos et poſteriores admodum longos, caudamque elongatam in apice piloſam, et oculos magnos habet. Dentes in vniuerſum triginta duo in eo inueniuntur, in qualibet nimirum maxilla duo inciſiui acuti, duoque canini, retrorſum curuati, et in quouis latere dentes molares ſex conſpiciuntur.

6) *Phalanger*;

6) *Phalanger;* nomen hoc paruo animali ex didelphidis genere *) in America meridionali occurrenti, hanc ob rationem impoſuit Cl. BUFFON, quod phalangas ſingulariter conformatas habet; putatque, animalculum hoc ad didelphidem murinam, quam *Marmoſam* dicit, proxime accedere, ab eo autem quoad caudam, maxime elongatam, dein quoad os elongatum et formam dentium differre. Caeterum colorem maris et foemellae diuerſum eſſe, monet. Pedes huius animalis digitis quinque inſtructi ſunt, quorum duo minores, duoque longiores apparent; pollex autem, ceu quintus digitus, ab illis remotus, ad latus tali ſitus eſt. Omnes digiti praeter pollicem vnguibus armati ſunt. Coecum inteſtinum craſſum et valde longum, veſicula fellea itidem magna eſt. Dentes in maxilla ſuperiore octodecim, octo nimirum inciſiui, magnitudine et forma valde diuerſi, et decem molares, in maxilla inferiore autem dentes quatuordecim numerantur. Vertebrae dorſales numero tredecim totidemque coſtae, vertebrae lumborum autem ſex ſunt; os ſacrum duabus tantum vertebris ſpuriis, et cauda viginti nouem conſtat. p. 92. p. 94.

7) *Coquallin*, nomen ex Americano contractum, animal indicat, quod ob figuram ſciuro quidem ſimile eſt, ab eo autem tum indole, tum moribus, diuerſum eſt. Sciuro maius, in ventre colorem pulchre luteum, in reliquis autem partibus colorem ex albo, nigro, fuſco et aurantio variegatum habet. Cauda ſua, vt ſciurus, ſe obtegit; arbores non ſcandit, ſed in cauernis et ſub radicibus arborum ſe abſcondit; ſeminibus et fructibus veſcitur; callidum eſt, nec cicurari ſe patitur. p. 109.

 Palmas

*) Eſt didelphis orientalis PALLAS Miſcell. zoolog. p. 54. Comment. noſtr. Vol. XV. p. 243.

Palmas tetradactylas, plantas pentadactylas habet, et forte ad ſciurum aeſtuantem LINN. pertinet.

p. 117. 8) *Cricetus;* mus (cricetus) cauda ſubabbreuiata, articulis rotundatis, corpore ſubtus nigro, lateribus rufeſcentibus LINN. germanis *Hamſter*. Hoc animal ad rattorum genus pertinet, et praecipue ratto aquatico ſimile eſt. In terrae cauernis habitat; color in dorſo et circa caudam rutilus, circa guttur candidus eſt. Pedes habet admodum breues. Pili ſic inhaerent cuti, vt ex ea difficulter euelli poſſint; ob quam cauſſam aeque ac ob varietatem pelles eius pretioſae ſunt. Pedibus anterioribus terram effodit, plures cuniculos facit, intusque antra ad colligenda frumenta ſibi paret. Veſcitur omnis generis frumento, meſſisque tempore grana colligit. In agro etiam mures venatur. Dum cibum capit, in pedes priores erigitur, et ambobus mandit. Foemella bis vel ter quouis anno partum enititur, vnoque partu quinque ſexue pullos edit. Haec animalia ſe inuicem interficiunt.
p. 126. Hoſtes eorum martes ſilueſtres ſunt. In hoc animali ad maxillam inferiorem vtrinque veſiculae amplae membranaceae ſub cute reperiuntur, quas dictum animal ſacci inſtar tempore meſſis granis infarcit, quae in cuniculos ſuos in futuram hyemem congerit et reponit. Ventriculus ei duplex eſt; veſicula fellea nulla. Linguam, vt rattus, mollem et ſpongioſam habet. Dentes ſedecim, vt in ratto vulgari, ſunt, ſimilesque vertebrae et coſtae, nec niſi quatuordecim vertebrae ſpuriae caudae reperiuntur.

p. 136. 9) *Boback;* nomen polonicum animal notat, quod, a BRISSONIO marmota polonica nominatum, a Cl. BUFFON ad marmotas refertur. A marmota enim alpina non niſi colore differt, qui in *Boback* multo magis pallide flauus eſt: differt etiam quoad pedes, ſiquidem in pedibus anterioribus

ribus pollicem ſeu potius vnguem habet, cum tamen in marmota alpina quatuor tantum digiti absque pollice deprehendantur. De reliquo in omnibus conueniunt. Idem obſeruatur de *Marmota Canadenſi*, quae etiam *Monax* dicitur, vero ab ea cauda longiore pluribusque pilis inſtructa differt. Canadenſis Europaeis minor eſt, ea autem minus eſt animal Sibiriae, a Ruſſis *Jevraſchka* dictum. Huius animalis corpus craſſum, color pilorum fuluus cum griſeo mixtus eſt; extremitas autem caudae fere nigra apparet. Crura breuia ſunt, poſteriora tamen anterioribus longiora. Pedes poſteriores digitis quinque totidemque vnguibus, anteriores autem quatuor inſtructi ſunt. Pedibus poſterioribus inſiſtit, dum cibum capit, quem anterioribus apprehendit. Aeſtate pariunt, et plerumque quinque vel ſex pullos gignunt. Cauernas ſibi parant, ibidemque hyemem tranſigunt. Hoc tamen Sibiriae animal a marmota alpina differre videtur, ſiquidem in eadem regione marmota quoque reperitur, nec vtrumque animal coire dicitur.

10) *Gerboiſe;* ſub hoc nomine generico a Cl. p. 141. BUFFON animalia indicantur, quorum pedes anteriores pedibus talpae minores, poſteriores autem auis pedibus ſimiles ſunt. Quatuor ad hoc genus referuntur ſpecies; 1) *Tarſier*, de quo ſupra mentio facta eſt; 2) *Gerbo* ſeu *Gerboiſe* proprie ſic dicta, quae a Cl. HASSELQUIST mus (iaculus) pedibus poſticis longiſſimis, cauda extrema villoſa, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis nominatur; 3) *Alagtaga* a Cl. GMELIN cuniculus pumilio ſaliens, cauda longiſſima dicta, cuius crura, vt in praecedenti animali ſe habent, pedes autem anteriores, digitis quinque, et poſteriores, digitis tribus cum calcare, pro pollice ſeu quarto digito habendo, inſtructi

inſtructi ſunt. 4) *Daman Iſrael*, ab Ill. LINNAEO mus (longipes) cauda elongata veſtita, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, femoribus longiſſimis vocatur. *Gerbo* magnitudine corporis, muri domeſtico maiori, aequalis eſt; caput vt in cuniculo, oculi autem maiores aures que breuiores apparent; rictus valde paruus, maxilla ſuperior inferiore longior, dentes vt in cuniculo, myſtax longus, cauda valde longa deprehenditur. *Alagtaga* cuniculo minor eſt; aures eius longiores, maxilla ſuperior inferiore multo longior, myſtax admodum longus, dentes, vt in ratto, cauda valde longa eſt. *Gerbo* in Circaſſia, Aegypto, Barbaria et Arabia, *Alagtaga* autem in Tartaria ad Volgam, vſque ad Sibiriam occurrit. Vtrumque tamen animal vnicam ſpeciem conſtituere et varietates tantum eſſe, Cl. BUFFON autumat. Animalia haec nunquam per gradus, ſed per ſaltus, et quidem, vt aues, erecta incedunt. Saltus eorum trium quatuorque pedum menſuram explent. De die dormiunt; granis herbisque viuunt; cuniculorum more cauernas ſibi parant et ad finem aeſtatis grana in iisdem colligunt. Quod ad *Daman* attinet, ex relatione Cl. SHAW, notat Noſter, eum hoc animal cum *Gerbo* comparaſſe.

p. 150. 11) *Mangouſte;* ichneumon; viuerra (ichneumon) cauda e baſi incraſſata ſenſim attenuata LINN. Animal hoc in Aegypto domeſticum eſt, vt felis in Europa; ad fugandos mures et rattos vtiliſſimum dicitur; verum aues quoque, quadrupeda, ſerpentes, lacertas, inſecta et quicquid ei vitam habere videtur, venatur, iisque veſcitur. Neque canum iras, neque felum malitiam, neque etiam ſerpentum morſus metuit, hosque etiam maxime venenatos perſequitur et interficit, ſique venenum ſe accepiſſe ſentit, radicem quandam effodit, cui ab Indis nomen huius animalis *Mungo* (Ophiorrhiza

rhiza Mungos LINN.) datur, quaeque ibidem pro optimo remedio contra morſus viperae ſeu aſpidis habetur. Idem iſtud animal oua crocodillorum et auium exſugit, immo crocodillos minores interficit et vorat. Ripas libenter inhabitat. Greſſus eius variant. Oculi viuidi ſunt; phyſionomia bonae indolis, corpus admodum agile, crura breuia, cauda craſſa et valde longa, pilique rudes et ſaepe ſpinoſi quaſi reperiuntur. Tum in mare, tum in foemella folliculus ad anum reperitur, in quo humor odoratus ſecernitur, ipſe autem folliculus ab animali exaeſtuante aperitur. Subitum incrementum capit animal, nec longam vitam agit. In Aſia meridionali et Aegypto ad Iauam vſque copioſe occurrit. In regionibus temperatis non propagatur, ſed eo delatum, breui tempore obit.

12) *Foſſane* ſeu *Foſſa*, animal ex viuerrae genere, in Madagaſcar obuium, nomen etiam *Genette de Madagaſcar* habet; minus tamen eſt, nec folliculum odoriferum, vt putant, habet. Licet paruum ſit, ferox tamen eſt et difficulter cicurari ſe patitur. Oculus eius globum nigrum, ratione magnitudinis capitis admodum magnum ſiſtit, qui animali huic vultum atrocem dat. p. 163.

13) *Vanſire;* Muſtela Iauanica SEBAE, valde ſimile quidem eſt viuerrae, ſed ab ea quoad dentes differt. In viuerrae enim maxilla ſuperiore dentes octo, in illo autem animali duodecim reperiuntur. Caeterum maxilla inferior aliter in hoc, quam in viuerra comparata eſt, et color pilorum etiam differt, qui in hoc fuſcus eſt. p. 167.

14) *Makis;* nomen genericum eſt, ſub quo tres ſpecies comprehenduntur; 1) *Mococo*; lemur (catta) cauda annulata LINN.; 2) *Mongous*; proſimia fuſca BRISSON. lemur (macaco) cauda nigra collari barbato. LINN. 3) *Vari* ſeu *Varicoſſi*. In his anima- p. 173

animalibus cauda longa et pedes, vt in ſimiis conformati deprehenduntur; roſtrum vero eorum elongatum eſt, inque maxilla inferiore dentes inciſiui ſex reperiuntur, cum in ſimiis quatuor deprehendantur.

p. 175. *Mococo* figuram elegantem habet et ob magnitudinem oculorum et crura poſteriora, quae anterioribus multo longiora ſunt, notatu dignum eſt. Cauda magna ſemper exporrecta, ſemperque mota, triginta annulis nigris et albis, mutuo ſe inuicem excipientibus, notata apparet. Mores huius animales lenes ſunt, facileque cicurari ſe patitur. Obliquo greſſu, more omnium animalium, quae loco pedum manus habent, incedit. Facilius ſaltat, quam incedit. Corpus magnitudinem felis habet, ſed longius eſt. Pili tactu leues ſemper exporrecti ſunt. Partes generationis paruae et abſconditae ſunt. Vox parua eſt.

p. 176. *Mongous* praecedenti animali minus eſt, pilique eius, vt in illo, ſericei ſunt. Salax animal vocem edit grunnitui ſimilem. Teſticuli pro corporis ratione admodum magni ſunt. Cum felibus absque effectu coit. Frigus et humiditatem fugit.
p. 178. Pane et fructibus nutritur. *Vari*, caudatum eſt animal auriculis guloque barbatis, Mococo maius et ferocius. Vox eius rugitum leonis aliquo modo imitatur. Horrenda haec vocis vis in animali mediocris magnitudinis, a ſingulari ſtructura aſperae arteriae pendet, cuius duo rami dilatantur, amplumque cauum formant, antequam in bronchias diſtribuuntur. Roſtrum, habita proportione, in eo maius et longius quam in lemure catta LINN. auriculae multo breuiores, longisque pilis ad margines obſitae reperiuntur. Oculi coloris aurantii ſunt, ita tamen, vt fere rubri appareant. Tria haec animalia circa Madagaſcar et vicina loca, nec vnquam in America occurrunt.

Ex

Ex deſcriptione anatomica notamus, coecum p. 181.
inteſtinum in ſpecie, quam Ill. BUFFON *Mococo* vocat, reliquorum inteſtinorum maximum, linguamque tenuem, ad apicem rotundam, papillis obſitam fuiſſe. Dentes numero triginta octo ſunt; in maxilla ſuperiore quatuor inciſiui et duo canini, in inferiore autem ſex inciſiui duoque pariter canini et in vtraque maxilla vtrinque ſex molares; vertebrae dorſales duodecim, totidemque coſtae et vertebrae lumborum ſeptem numerantur; os ſacrum ver- p. 198.
tebris ſpuriis tribus, et cauda triginta tribus conſtat. *Mongous* ſ. lemur macaco LINN. in pluribus partibus cum *Mococo* conuenit, praeterquam quod cauda vertebris ſpuriis viginti tribus conſtet. *Vari* coecum inteſtinum habet, quod quidem longum, ſed non amplum eſt. Dentes et vertebras eius p. 210.
hic non deſcriptas deprehendimus.

15) *Loris*; ſ. lemur (tardigradus) ecaudatus LINN. Edit. XII. animal paruum Ceylanicum eſt. Nullam caudam, caput rotundum, oculos admodum magnos, ſibi maxime vicinos, auriculas amplas et rotundas habet. Notatu etiam dignum eſt, foeminam vrinam per clitoridem emittere. Vterus in hoc et p. 213.
praecedentibus tribus animalibus duplex eſt, cum ſimplex in ſimiis reperitur. Vertebrae dorſales in hoc animali quindecim totidemque coſtae, vertebrae vero lumborum, quod notatu dignum, nouem deprehenduntur. Os ſacrum, vertebris qua- p. 226.
tuor, et coccygis os, quinque partibus conſtat.

16) *Veſpertilio* Americanus vulgaris SEBAE; veſpertilio (perſpicillatus) ecaudatus, naſo foliato plano acuminato LINN. a Cl. BUFFON *Chauue-Souris fer de lance* nominatur, hanc quidem ob rationem, quod in roſtro appendicem ſeu membranam habet, quae haſtae ferreae (*fer de lance garni de ſes oreillons*) ſimilis eſt. Animal hoc nullam fere caudam,

dam, in maxilla vero inferiore dentes inciſiuos quatuor habet, cum tamen in plerisque veſpertilionum ſpeciebus, ſex deprehendantur.

p. 233. 17) *Serual*, a malabaricis *Maraputé* nominatum, animal ferox eſt, ex felino genere fele ſilueſtri maius viuerraque zibetha paulo minus, a qua ratione capitis differt, quippe quod in *Serual* rotundius eſt. Quoad pilorum colorem pantherae fere ſimile eſt, cum corpus fuluum, maculis rotundatis, nigris pictum, habeat. Oculi fulgidi, myſtax ſetis longis rigidisque ornatus, cauda mediocris, pedes longi vnguibus longis et curuis armati ſunt. Arbores inhabitat, ibidemque auibus viuit et raro in terram deſcendit. Natura ferox eſt, adſpectum hominum tamen fugit, irritatum vero, inprimis ſi domicilium eius deſtruitur, furioſum fit, homines inuadit, mordet, et vt panthera dilacerat. Caeterum iſtud animal cum fele tigrina Senegalenſi et Capitis Bonae Spei, idem eſſe, Cl. BUFFON monet.

p. 239. 18) *Ocelot;* Catus pardus Mexicanus HERNAND. felis (pardalis) LINN. in America occurrit. Quoad figuram et indolem animalibus, *Juguar* et *Couguar* dictis, ſimile eſt. Color eius pulcher et roſeus eſt, in ventre tamen albus. Maculis roſeis, nigricantibus, intra ſuauiter rubentem colorem notatum corpus eſt. Adultum duos pedes cum dimidio altum et quatuor longum eſt, caudamque longam habet. Animal hoc admodum vorax, ſimul tamen timidum dicitur: raro homines inuadit, canes fugit, et ab his exagitatus ſyluas intrat, arbores ſcandit, vbi etiam ad dormiendum et ad captanda animalia ſe retinet, quippe in quae inſilit, ſanguinemque eorum exſugit, quem carni praefert; hinc magnum numerum animalium deſtruere dicitur. Cicurari ſe non patitur, ſed ſemper ferox manet.

manet. Foemella plerumque duos tantum pullos parit.

19) *Margay;* felis ſylueſtris tigrina SEBAE et BRISSONII, feli ſylueſtri quoad magnitudinem et figuram ſimilis eſt, roſtrum tamen breuius, aures rotundiores et caudam elongatam habet. Corpus ex griſeo flaueſcit, maculis nigris virgatis variegatum. Animalia parua et aues vorat. Difficulter cicurari ſe patitur, ſemperque ferocitatem naturalem retinet. In America occurrit. Ad leopardi ſeu pantherae genus aliud quoque animal, *Guepard* dictum, hic refertur, quod quoad pellim lynci ſimile eſt, crinesque quatuor vel quinque pollices longos ad collum et intra ſcapulas habet, qua in re a panthera et leopardo differt. p. 248.

20) *Chacal;* lupus aureus KAEMPFERI canis flauus, lupus aureus BRISSONII canis aureus LINN. et *Adiue* duo animalia ſunt, de quibus Cl. BUFFON dubitat, utrum ſpecies diuerſae ſint, nec ne; notat tamen *Chacal* eſſe maius et ferocius et difficilius cicurari poſſe, quam *Adiue;* caeterum in omnibus ſibi ſimilia eſſe. In Armenia, Cilicia, Perſia et in omni oriente obuium eſt *Chacal*, quod vulpis magnitudinem plerumque habet, cui etiam valde ſimile eſt, praeterquam quod crura breuia habeat. Pili eius pulchre flaueſcunt, quam ob rem nomen lupi aurei obtinuit. *Chacal* medium inter lupum et canem tenet. Cateruatim ad viginti, triginta et quadraginta praedatum excurrit in rura, omneque, quicquid ei occurrit, deuorat. Cadauera, hyaenae ad modum, effodit, huicque victui aſſuetum, ad coemeteria ſemper concurrit atque exercitus et ſocietates peregrinantes ob id ſequitur. Inter quadrupeda idem eſt, quod inter aues coruus; caro enim vel maxime putrida ei nauſeam non mouet, qua in re cum hyaena conuenit, ſed ea peius eſt; ſiquidem hyaena ſolitarium p. 255.

 animal

animal eſt; et, licet fortior et maior, cane aureo, ſit, tamen non adeo moleſta eſt, ſed cadaueribus contenta, viuos non aggreditur. *Chacal* vero qualitates peſſimas canis et lupi coniunctas habet.

p. 272. 21) *Iſatis;* Canis (lagopus) cauda recta, apice concolore LINN. ſpeciem mediam inter vulpem et canem ſiſtit. In regionibus ſeptentrionalibus, mari glaciali vicinis, occurrit. Quoad corporis formam et longitudinem caudae vulpi, et quoad capitis formam cani ſimile eſt. Pellis eius perbella eſt. Color horum animalium interdum albus, interdum ex coeruleo cinereus eſt. Menſe martio coeunt, et in coitu, canum more, ſeparare ſe haud poſſunt. Geſtatio nouem ſeptimanas durat et foemella ſex, ſeptem vel octo pullos edit. Rattis, leporibus et auibus viuit, tamque aſtutum, vt vulpis, eſt. Hoſtes eius gulones ſunt. Vulgari nomine *Peretz* dicitur.

p. 278. 22) *Glouton;* Muſtela (gulo) plantis fiſſis, corpore rufo-fuſco, medio dorſi nigro LINN. In pluribus regionibus ſeptentrionalibus Europae et Americae occurrit. Cum hyaena ſaepe confunditur, qua cum quidem ob voracitatem conuenit, ſed diuerſum animal eſt. Formam fere melis habet: caput eius breue, oculi parui, dentes admodum fortes, corpus craſſum, cauda breuis; color in dorſo niger, ad latera ex fuſco fuluus eſt. Pellis pretioſa habetur. Lento greſſu incedit; arbores ſcandit, tuncque a tergo animalia, inprimis alcen et ceruum rangiferum inſilit et deuorat. Nullum animal, praeter caſtorem, curſu attingit. Ad hominis adſpectum non fugit, ſed ei obuiam it, idque non ob audaciam, ſed, quod viribus omnia animalia ſuperare dicitur, ideoque nullum metuit. Carne et piſcibus veſcitur, cadauera effodit, eaque ad oſſa vſque deuorat.

23) *Mouffette;* nomen genericum eſt, ſub quo p. 287.
tres vel quatuor ſpecies viuerrae LINNAEI comprehenduntur, quae, irritatae, odorem tam fortem, tamque malum de ſe ſpargunt, vt vaporis ſubterranei inſtar, qui *mouffete* dicitur, ſuffocet. In America occurrunt et a peregrinatoribus plerumque *Putorii* nomen accipiunt. Prima ſpecies a Cl. BUFFON *Coaſe*, nomine americano contracto, vocatur; ſecunda *Chinche* appellatur; tertia *Conepate* et a Cl. BRISSON *Putorius ſtriatus* nominatur. Quarta *Zorille* nomen habet. *Coaſe* ſedecim pollices longum eſt. Crura eius breuia, roſtrum tenue, aures paruae, pili obſcure fuſci, vngues nigri et acuti ſunt. In cauernis rimisque rupium habitat; ſcarabaeis, vermibus paruisque auibus viuit. Irritatum animal abominandum odorem de ſe ſpargit. *Chinche* et *Zorille* ad calidiſſimas Americae regiones pertinent, *Coaſe* autem et *Conepate* in regionibus temperatis nouae Hiſpaniae, Louiſianae, terrae Illinenſium et Carolinae occurrunt, atque a prioribus differunt, diuerſasque ſpecies ſiſtunt. Inprimis *Coaſe* ſe diſtinguit; ſiquidem in pedibus vngues quatuor, reliqua autem quinque habent. Caeterum animalia haec fere eandem figuram, eundem inſtinctum, eundemque foetorem deteſtabilem habent, nec niſi colore et longitudine pilorum differunt. *Coaſe* pilis fuſcis veſtitum eſt; *Conepate* autem nigros pilos cum quinque ſtriis longitudinalibus albis habet. *Chinche* in dorſo album et ad latera nigrum eſt, ſimulque nigrum caput habet, excepta ſtria alba, in fronte et nucha; cauda eius denſa longisque pilis inſtructa eſt. *Zorille* praecedenti minus eſt, ſimilem caudam ſimilesque ſtrias albas, aliter paullo excurrentes habet. Animalia haec figuram et magnitudinem muſtelae europaeae habent et a peregrinantibus plerumque *animalia foetentia* ſeu *infantes diaboli* vocantur.

 24) *Pekan*

p. 304. 24) *Pekan* et *Viſon* duo animalia Americana ſunt, quae vix a muſtela marte fagorum vel abietum LINNAEI differunt, et varietates tantum eius ſiſtunt.

p. 309. 25) *Zibelline;* muſtela Zibellina GMELINI et LINN. quoad formam marti, quoad dentes vero muſtelae (ermineae LINN.) ſimilis eſt. Dentes inciſiuos ſex, valde longos et aliquantum curuos, vna cum duobus caninis longis in maxilla inferiore, paruos autem et valde acutos dentes in maxilla ſuperiore habet. Myſtax magnus eſt; pedes ampli et quinque vnguibus armati apparent. Color in aliis ex fuſco nigreſcens, in aliis ex fuſco flaueſcens eſt, qui vero tempore aeſtatis mutatur; ſiquidem color ex fuſco nigreſcens, ex flauo fuſcus, alter autem pallide flauus fit. Animal hoc in Sibiria inprimis obuium, ripas fluuiorum, loca vmbroſa ſyluasque denſiſſimas inhabitat. Ab vna arbore in aliam ſaltu leuiſſimo ſe mouet. Solem fugere dicitur. Rattos, piſces fructusque ſylueſtres in eſcam ſumit. Captiuos inque exilium depulſos animalia haec venari, certumque numerum pellium apportare debere, fama refert. Venatus hyeme fit.

p. 314. 26) *Leming;* Mus (lemmus) cauda abbreuiata, pedibus pentadactylis LINN. figuram muris, caudam tamen breuiorem habet. Corpus eius quinque pollices longum eſt, quod pilis diuerſi coloris veſtitur. Myſtax longus eſt. Rictus paruus, labium ſuperius, vt in ſciuro, fiſſum apparet. In maxilla ſuperiore dentes inciſiui duo longi et acuti, ſimilesque in inferiore et in quauis maxilla vtrinque molares tres, ab inciſiuis, vt in omnibus huius generis ſpeciebus, remoti deprehenduntur. Lingua ampla eſt. Oculi parui et nigri, aures dorſo impoſitae, crura anteriora valde breuia et quinque vnguibus acutis et curuis armata ſunt. Subito greſſu incedit; montes in Norwegia et Lapponia

ponia inhabitat; interdum autem inſignis horum animalium copia in planitiem deſcendit, tuncque agros miſerrime deuaſtant. Cauernas, talparum more, ſibi parant; certo tempore ſe congregant, tuncque coniunctim quaſi moriuntur. Numerus horum animalium tam magnus eſt, vt emortuis aër inficiatur, multique morbi producantur. Herbas etiam, quas corroſerunt, veneno inficere videntur; ſiquidem armenta, quae his veſcuntur, moriuntur.

27) *Saricovienne;* lutra Braſilienſis BRISSON. p. 319. muſtela lutris LINN. Amphibium fere eſt animal canis mediocris magnitudinem habet: caput, vt in fele, rotundum, roſtrum aliquanto longum, vt in cane, dentes et myſtax, vt in fele, oculi rotundi, parui et nigri, aures rotundae, ſubtus poſitae, digiti quinque vnguibus fuſcis et acutis armati, cauda longa, pili breues et valde molles, in dorſo nigri, in capite autem fuſci cum macula alba ad guttur deprehenduntur. Vox eius, vt canis iunioris eſt. Aſtacos marinos et piſces in cibum ſumit. Pellem bonae indolis dat, eiusque caro edulis eſt (*).

28) *Loutre de Canada;* lutra Canadenſis, lutra p. 322. noſtra maior eſt, neque ſpecies ſingularis, ſed varietas tantum eius Cl. BUFFON eſſe videtur.

29) *Phoque,* Phocae; *Morſe,* trichecus roſmarus p. 330. LINN. et *Lamantin,* trichecus manati EIUSD. Nomina haec denominationes genericae ſunt. Sub *Phocae* nomine Cl. BUFFON quatuor comprehendit ſpecies; 1) *Phocam veterum* in mari rubro et mari Indico deprehendendam; 2) *Phocam communem,* ſ. Phocam vitulinam LINN. quae in Oceano reperitur; 3) *Phocam illam magnam* in Transactionibus philoſophicis n. 469. deſcriptam et delineatam; 4) *Phocam admodum magnam,* ſ. Phocam

 leoni-

(*) Optimam huius animalis deſcriptionem STELLERUS in *Actis Petropolitanis* 1749. dedit.

leoninam, a Cl. ANSON deſcriptam. Sub nomine *Roſmari* duas intelligit Noſter ſpecies; 1) *Vaccam marinam*, ſeu *Trichecum roſmarum* LINN. beſtiam dentibus praegrandibus, in mari boreali reperiundam; 2) *Dugon*, quod ſpecies noua maris meridionalis eſt. Sub *Manati* demum nomine comprehendit *Trichecum manati* LINN. *Cayenenſem*, *Dominicenſem*, aeque ac *Senegalenſem*, qui varietates tantum vnius eiuſdemque ſpeciei ſiſtere videntur. *Phocas* et *Roſmaros* ad quadrupeda magis, quam ad cetaceum genus pertinere, Noſter autumat, cum eis manus et pedes ſint, *Manatos* autem, qui duos tantum pedes anticos, ſeu potius pinnas pectorales habent, ad cetaceum genus propius accedere, omniaque haec animalia ab omnibus aliis quadrupedibus differre putat, quod ſola ſint, quae in aëre aeque, ac in aqua viuunt et ideo vnice nomen amphibiorum merentur.

p. 333. *Phocis* eſt caput rotundum, vt homini, roſtrum amplum, vt lutrae, oculi magni, ſurſum poſiti, aures externae fere nullae, ſed duo tantum meatus auditorii ad latera capitis, myſtax circa rictum, dentes, lupi dentibus valde ſimiles, lingua bifurcata, ſeu potius ad apicem ſerrata, collum bene figuratum, corpus, manus pedesque pilis breuibus et aſperis veſtiti, brachia nulla, ſed duae manus ſeu potius duae membranae, quae quinque digitos, in quinque pariter vngues deſinentes, continent; duo porro pedes abſque cruribus, manibus ſimiles, ſed ampliores, retrorſum flexi; cauda valde breuis, corpus, piſcis ad modum, elongatum, verſus pectus vero tumefactum, ad ventrem anguſtum. Cerebrum et cerebellum, habita proportione, maius habent, quam homo. Sociales ſunt, atque erga foemellas inſtinctum peculiarem, ergaque pullos attentionem inſignem habent. Nec frigus, nec aeſtum metuunt. Herbis, carne et piſcibus viuunt. Terram aeque ac glaciem inhabitant.

tant. In terram ſe recipientes repere magis, quam incedere coguntur, cum pedes, vt cauda piſcium, retrorſum flexi, corpus ſuſtinere nequeant. *Phocae* ſocialiter ſeu ad minimum in eodem loco numeroſiores viuunt: loca natalia orae maritimae ad ſeptentrionem ſunt, in temperatis tamen climatibus quoque viuere poſſunt. Species pro diuerſitate climatum variant, immo in vno eodemque climate plures dantur varietates. Sic phocae maris mediterranei et meridionalis a phocis oceani differunt, et phoca veterum nonniſi phoca maris mediterranei eſſe videtur. Sic etiam magna illa phoca, a Cl. PANSONS in Tranſact. Philoſ. deſcripta a duabus his ſpeciebus differt. Foemellae hyeme pariunt, pullosque vel in cumulo arenae vel in rupibus edunt; erectae ſedent, dum pullos lactant, eosdemque diebus quatuordecim praeterlapſis ad natandum aſſueſcunt. Duos tresue tantum pariunt; per plures menſes vtero geſtant, quoniam incrementum per plures annos durat; hinc etiam vita phocarum longa praeſumitur. Vox phocarum pro aetatis diuerſitate variat. Nec fulguris ſplendorem, nec tonitru fragorem haec animalia timent, et a tempeſtate procelloſa et pluuioſa recreantur. A natura foetent, ac ſi in fugam coniiciuntur, ex ore, excrementa foetoris deteſtabilis eiiciunt. Multum et profunde dormiunt, tuncque facile capi, difficulter tamen interfici poſſunt, ſeque ad vltimum vitae halitum vſque defendunt. Caro earum ſaporis non ingrati ideoque edulis eſt; cutis pellem rudiorem et pinguedo oleum dat, quod oleo omnium cetaceorum praefertur. Phocae magnae maris Canadenſis, de quibus auctores ſub nomine luporum marinorum loquuntur, pro eadem ſpecie, quae lupos marinos maris Magellanici ſiſtit, habendas eſſe, Noſter coniicit; ſique relationibus peregrinantium fides habenda ſit, quod nimirum phocae magnae ſeu leones

 marini

marini ventriculos plures, paruae autem phocae vnum habeant, has a prioribus maxime diuerſas eſſe et ad animalia carniuora, illas vero ad ruminantia referri poſſe, putat.

p. 358. *Trichecus roſmarus*, qui vulgo *vacca marina* vocatur, nullam conuenientiam cum vacca terreſtri habet; marini potius elephanti nomen ei competit; quoniam, vt elephantus, duos dentes eburneos, ex ſuperiore maxilla prodeuntes, habet. Eſt ei etiam, vt elephanto, caput difforme; nulla autem brachia, crura nulla, ſed manus et pedes, vt phocae, corpus elongatum, anterius tumidum, verſus poſteriora anguſtum, pilisque breuibus veſtitum habet. Manuum pedumque digiti membrana obuoluuntur inque vngues breues et curuos deſinunt. Ad guttur magnae ſetae, myſtacis inſtar apparent. Lingua ſerrata eſt. Auribus nullae conchae ſunt. Caeterum ſi magni illi dentes eburnei, qui capitis formam mutant, inſimulque dentes inciſiui, qui in vtraque maxilla deſunt, excipiantur, roſmarus in omnibus phocae ſimilis, ſed maior tantum eſt et fortior. Maximae enim phocae ad ſummum ſeptem vel octo pedes, roſmari autem plerumque pedes duodecim, immo ſedecim, longi ſunt, inque peripheria octo vel novem pedes habent. Eadem loca, quae phocae, inhabitant et inter earum agmen fere ſemper reperiuntur. Roſmaris eadem, quae phocis, indoles eſt; aquas aeque ac terras inhabitant, in glaciem pariter ſe conferunt; ſimili modo pullos lactant et inſtruunt; eodem victu veſcuntur; itidem ſocialiter viuunt et cateruatim demigrare ſolent. Roſmari tamen ſpecies non adeo variat et praeter mare boreale raro admodum in aliis locis reperitur. Praeterea phoca veteribus, nec aeque roſmarus cognita fuit. Roſmari ſpecies olim numeroſior exſtitit, nunc autem ob piſcatus frequentiores non niſi

in

in mari glaciali reperiuntur. Praeter roſmarum et elephantum nullum animal dentes longos exſertos oſtendit. Penis roſmari, vt in balaena, magnum os continet; foemella plerumque vnum pullum edit, tempusque geſtationis ad nouem menſes durare, ex magnitudine animalis coniicitur. Animalia haec diu ſub aquis viuere non poſſunt, ſed vel ad lactandos pullos, vel ob alias cauſſas in terram ſe conferre coguntur. Dentes illi longi eis ad adhaerendum et manus ad promouendum corpus inſeruiunt.

Dugon animal maris Africae et Indiae orientalis p. 374. eſt et roſmaris magis, quam vlli animali ſimile. Caput eadem fere ratione conformatum eſt, exque maxilla ſuperiore dentes duo laniarii exſeruntur. Directio eorum non, vt in roſmaro ſe habet; multo breuiores et tenuiores, in maxilla ſuperiore incluſi fere ſunt, ſibique proxime adiacent, cum tamen in roſmaro interuallum notabile deprehendatur. Licet autem hoc animal cum leone marino a quibuſdam confundatur, tamen a phoca, ratione dentium differt.

Manatus nec quadrupes eſt, nec plane ad ceta- p. 377. ceum genus pertinet; a quadrupedibus duos tantum pedes anticos, ſeu manus, nullos autem pedes poſteriores, magnam e contrario caudam habet, ideoque ob partes poſteriores cum cetaceo genere conuenit. Figura animalis difformis eſt; caput maius vt in boue, oculi parui, manus duae prope caput ad natandum; ſquamae nullae; cutis craſſa. Animal hoc admodum mite eſt; flumina intrat, herbis, ad ripas creſcentibus, veſcitur; in ſuperficie aquarum natat, iaculi ope interficitur, caro boni ſaporis eſt. Longitudo quindecim immo viginti pedes, peripheria autem ſex pedum eſt. Aures ei externae nullae ſunt, ſed duo tantum foramina, cutis pilis raris veſtita, coloris cinerei, pollicem craſſa. Foemellae

 duas

duas mammas pectorales habent et vnum pullum edunt. Cauda, vt in cetaceis, depreſſa eſt, dentes anteriores deficiunt, ſed dentes molares triginta duo et vertebrae quinquaginta duae numerantur. Lingua ab inferiore parte ad apicem vſque maxillae inferiori adhaeret. Mas cum foemella, tergo impoſita, coit, partes generationis externae in foemella, vt in homine, ſunt, penis autem, vt in equo. Alii tamen dicunt, partes generationis in vtrisque humanis ſimiles eſſe. Digiti quinque vnguibus inſtructi ſunt. Animalia haec non ſolum in mari et fluminibus Americae, ſed etiam ad oras Africanas inque fluminibus Africae reperitur. *Manatus* tamen *Senegalenſis*, a Cl. ADANSON deſcriptus, a *Manato Cayennenſi* non differt.

p. 395. Ex anatomica horum animalium deſcriptione ſequentia notamus. Situs viſcerum abdominalium in phoca, vt in quadrupedibus, eſt. Ventriculus quoad figuram ab aliis animalibus differt, quippe qui, habita proportione, ad magnitudinem animalis valde longus eſt. Inteſtinum coecum valde breue inque extremitate rotundum eſt, hepar, veſicula fellea inſtructum, praegrande atque magis longum et amplum, quam craſſum eſt. Pulmones magni ſunt, et in quouis latere vnus tantum lobus reperitur. Dentes triginta quatuor, ſex nimirum inciſiui, duo canini et decem molares in maxilla ſuperiore, quatuor autem inciſiui, duo canini et decem molares in maxilla inferiore reperiuntur, inciſiui vero et canini, vt in canibus, felibus et leone ſunt. Coſtae quindecim vtrinque et vertebrae lumborum quinque numerantur; os ſacrum ex vertebris ſpuriis quatuor et cauda ex duodecim conſiſtit.

p. 415. *Roſmari* caput a phocarum capite differt, eiusdemque ſingularis conformatio a duobus illis praelongis dentibus exſertis dependet. Exeunt iſti dentes

tes ex parte anteriore maxillae ſuperioris et deorſum quodammodo extrorſum et retrorſum flexi apparent. Viſcera abdominalia eodem fere modo, vt in phoca, ſe habent, praeter inteſtinum coecum, quod tam paruum repertum fuit, vt externe tuberculo quaſi ſimile appareret. Dentes molares ſedecim numerantur, denteſque duo prominentes pedem vnum et octo pollices cum dimidio longi ſunt, eorumque ſubſtantia interior compacta eſt.

Manati deſcriptio ex embryone deſumta eſt: p. 425.
hinc paucis tantum notamus, ventriculum magnum ſaccum ſiſtere, eiuſque fundo appendicem ſub forma coeci inteſtini adhaerere, praeter hanc autem duas alias appendices eo in loco, vbi curuatura eſt, reperiri. Praeterea vertebras colli ſex, vertebras dorſales ſedecim totidemque coſtas, caudae vero vertebras viginti octo annotatas deprehendimus.

II.

Eſſai ſur l'abus des régles générales; et contre les préjugés, qui s'oppoſent aux progrès de l'art des accouchemens, par Mr. ANDRE' LEURET, Accoucheur de Madame la Dauphine, à Paris chez Prault et P. Fr. Didot. 1766. 8. 1 Alph. 1 ½ pl. tab. aen. 1.

i. e.

Diſſertatio ſuper abuſu regularum vniuerſalium et contra praeiudicia, quibus vlterior perfectio artis obſtetriciae impeditur, auctore ANDREA LEURET.

Conſilium Auctoris celeberrimi in ſcribendo libello, cuius titulum modo indicauimus, hoc inprimis fuit, vt communia quaedam praeiudicia, falſasque

que explicationes regularum vniuerſalium in cura grauidarum, parturientium, puerperarum, lactantium et infantum recens natorum, eo modo refelleret, qui accommodatus eſſet eorum quoque captui, qui artis medicae minus gnari ſunt. Qui, etiamſi Gallis praecipue ſcriptus, ideoque illis potiſſimum oppoſitus ſit praeiudiciis, quae in iſtis terris maxime obuia ſunt; tamen multa etiam continet, quae exteris vſui eſſe poſſunt, ideoque paullo vberius a nobis diiudicanda ſunt.

p. I. Capite primo, quod *de grauiditate* inſcribitur, Cel. Auctor agit de diaeta grauidarum, variisque, quae ad regimen illarum pertinent: de grauiditatis termino, foetusque durante grauiditate verſione (*la culbute*): ſignis ſexus foetuum et gemellorum in vtero adhuc contentorum, aliisque ſimilibus rebus. Pluribus oſtendit, vulgarem methodum, qua certis tantum et vſu ſtabilitis temporibus, venaeſectio in grauidis inſtituitur, valde noxiam eſſe; cum intempeſtiua venaeſectio debiliores et cacochymicas magis adhuc debilitet, neglecta autem neceſſario haud raro grauiſſima damna producat. Hinc ſi plethora adeſt, vel abortus periculum aut morbus inflammatorius imminet, ea ſemper et quidem in brachio in-
p. II. ſtituatur; in pede autem, ſi ſanguis nimio impetu ad caput fertur. Neque in eo caſu vel abortus metus nos a ſanguinis miſſione deterreat, vel vomituritiones, quippe quae non ſolum in laeſa ventriculi concoctione, ſed et in apoplexia, aliisque cerebri adfectionibus, quae venaeſectionem indicant, adeſſe obſeruantur. Indicatur quoque ſanguinis ex ſaphaena miſſio a conuulſionibus ex cauſſa ſanguinea profectis. Interim nonnunquam haec adfectio nullis per omnem grauiditatem remediis curatur, poſt puerperium autem ſponte ceſſat; quod Auctor Cel. exem-

plo

plo foeminae cuiuſdam nobilioris probat. Illa primis grauiditatis menſibus ſemel tantum quouis die conuulſionibus corripiebatur, vltimis vero duos quotidie experiebatur paroxyſmos, qui ſenſim ita prolongabantur, vt tandem aegra ex viginti quatuor horis, ſex tantum a conuulſionibus libera eſſet. Erat tamen ſub paroxyſmo ſemper ſui conſcia, omnesque actiones corporis internae bene ſuccedebant, exterioribus tantum muſculis morboſe adfectis. In initio venaeſectiones paruum leuamen adferebant, poſtea vero nullum, quod etiam de remediis relaxantibus et antiſpaſmodicis valet. Accedentibus tandem ſub ipſo paroxyſmo doloribus ad partum, conuulſiones ſenſim ceſſabant, foetusque viuus naſcebatur. Quamquam vero poſt puerperium peractum aegrae ſanitas vſu aquarum Plomberianarum multum confirmabatur, tamen conuulſiones aliquoties poſtea redibant, praediſponente ſcilicet cauſſa, corpori altius inhaerente. Vt optimum p. 27.
in grauidis purgans Cel. Auctor *magneſiam ſalis cathartici* commendat. Balnea vniuerſalia grauidis non p. 67.
nocere confirmat, pediluuiorum vero vſum ob abortus periculum plane reiicit. Thoraces quoque in grauidis damnat, niſi hoc veſtimentorum genus ita comparatum ſit, vt ſpinam dorſi tantum ſuſtineat, nec abdomen ipſum comprimat. Putat perfe- p. 80.
ctionis periodum in diuerſis foetubus differre, vt v. c. foetus, ſeptimo menſe in lucem editus, perfectior et maturior dici poſſit alio, octauo menſe nato; atque ex hoc argumento probat, eadem ratione partus terminum ad vndecimum menſem produci poſſe, cum cauſſae oppoſitae iis, quae maturitatem foetus accelerant, partum quoque ſerotinum reddere valeant. Concedit quoque breui poſt primam conceptionem tempore elapſo, ſuperfoetationem fieri poſſe, illudque confirmat exemplo nigritarum, quae ex duplici europaei et aethiopis concubitu aethio-

pem et mulattum gemellos pepererunt. Foetus in vtero circumrotationem, quam iam in aliis ſcriptis vltimo geſtationis tempore fieri Cl. Auctor adſumſit (*), pluribus hic argumentis confirmat: abdominis ſcilicet ſubſidentia, quae vltimis grauiditatis temporibus obſeruatur: doloris in lumbis et ponderis in inteſtino recto ſenſu, quo grauidae tunc haud raro afficiuntur: et doloribus ſpuriis, qui aliquot ante partum ſeptimanis haud raro oriuntur. Cauſſam vero deſcenſus capitis, ſeu huius circumrotationis, ponit in copia liquoris amnii minuta et capitis pondere viciſſim aucto. Attamen non negat foetum, ſi magna aquarum copia adeſt, ita poſt primam conuerſionem ſe iterum mouere poſſe, vt abdomen,
p. 93. quod ſubſedit, iterum adſcendat. Omnia ſigna, ex quibus nonnulli ſexum foetus, vtero adhuc incluſi, determinare ſe poſſe gloriantur, vt fallacia reiicit, idemque de ſignis gemellorum iudicium fert, cum nec ſulcus, abdomen diuidens, quem nonnulli vt tale adſumunt, in omnibus grauidis adſit, vel adeſſe poſſit.

p. 112. Secundo, quod *de partu* inſcribitur, capite, Auctor Cel. primum de venaeſectione ſub ipſo partu adminiſtranda exponit. Haec in brachio inſtituatur, ſi haemorrhagia ex inferioribus partibus ſub partus initio accidit, vel abdomen, aquis effluxis, dolet, aut os vteri durius, craſſius et calidius eſt. In pede contra fiat, in omni ſanguinis ex ſuperioribus partibus profluuio, aut ſanguinis ad cerebrum congeſtione, ſi
p. 117. facies ſimul turget. Noxia contra eſt venaeſectio in vteri haemorrhagia ſub ipſo partu, vel ſub grauiditatis vltimo tempore accedente, ſi vehementior illa eſt, cum ſanguinis profluuium ea non ſiſtatur, ſed foemina magis adhuc debilitetur. Hinc potius ex methodo

(*) Vid. *l'art des Accouchemens* p. 73.

methodo Cl. PUZOS membranae foetus rumpantur, quo vterus ſe circa foetus corpus contrahat, et ita haemorrhagia quodammodo ſiſtatur. Quod ſi vero iam antea ob ſanguinis profluuium ex partibus ſuperioribus vena ſecta eſt, et tamen illud non ceſſat, tunc venaeſectio non repetatur, vel Puzotiana methodus ſequatur, ſed verſionis ſtatim ope foetus protrahatur. Clyſmata omnia irritantia Cel. Auctor p. 123.
ſub partu reiicit, nec ipſius ſalis communis leuiorem ſtimulum concedit: emollientia vero clyſmata plurimis laudibus extollit, cum non ſolum partum faciliorem reddant, ſed et puerperae ſanitati in vniuerſum egregie conducant. Purgantia autem et emetica plane proſcribenda ſunt, neque vomitoria in lethargo, aut alio ſoporoſo morbo concedenda ſunt, ſed in hoc caſu potius venaeſectio eaque repetita in pede inſtituatur. Largum quoque ſanguinis ex vtero profluuium, foeminam a morte liberat. Cum p. 131.
partus difficultas inprimis oriatur a reſiſtentia partium molliorum vel duriorum parturientis, analeptica vulgo ſic dicta, plerumque nullum vſum praeſtant, ſed potius reſiſtentiam partium molliorum, aucto humorum motu, augent. Hinc venaeſectio, quae vaſa deplet, ſaepe optimum in hoc caſu remedium: hinc debiliores foeminae haud raro facillimum partum experiuntur: matribusque lipothymia affectis, vel mortuis, foetus tamen in lucem prodierunt; quapropter horum remediorum vſum Cl. Auctor tantum in ſumma inanitione et debilitate concedit. Neque balneorum vaporoſorum vſui p. 134.
fauet, cum ſaepe partus difficilis cauſſa v. c. peluis anguſtia, iis corrigi non poſſit, ſanguine autem caloris vi expanſo, partes molliores magis adhuc turgeant. Cum vulgares catheteres foeminei, fiſſura p. 143.
in vtroque apicis latere inſtructi, ob membranae veſicae interioris ingreſſum in hanc fiſſuram, eam

vt

vt plurimum in introductione, vel retractione catheteris laedant; alium excogitauit Cl. LEURET, qui cannulam ſiſtit, quae nullam fiſſuram lateralem habet, cuiusque aperturam ſuperiorem exacte claudit ſtilus, globulo in apice inſtructus, interius in cannula latens, non vero exterius, vt in alia antiquiore ſpecie, eminens. Immiſſo vero cathetere, ſtilus extrahitur, quo vrina cannulam per ſuperiorem eius aperturam ingrediatur. Si vrethra in vaginam reflexa eſt, Cl. Auctor hoc cathetere non vtitur, ſed illam ope cereoli caui educere iubet. Quodſi vero vrina in ipſo partu retinetur, ob vrethrae compreſſionem a capite foetus oſſibus pubis appreſſo, catheter virilis ita quidem introducendus eſt, vt manubrium primo ſuperiora reſpiciat, deinde vero ita circumducatur, vt inferiora ſpectet, eademque fere methodo iterum educendum eſt. Melius tamen eſt, ſi periculum adeſt in mora, foetum, compreſſionis cauſſam, extrahere. Calculus, partum impediens, ope apparatus inferioris ſiue vaginalis exſcindendus
p. 148. eſt. Addit Cl. Auctor his diſputationem de periculo, cui puerpera, hernia laborans, expoſita eſt et va-
p. 151. rias cautiones neceſſarias addit, tandemque de tumoribus vteri vel vaginae, quae partus difficilioris cauſſa exiſtunt, diſſerit, quos ſcalpello exſtirpare iubet, ligatura primum radici ita iniecta, vt ea cruciatim perfoſſa, extrema filorum, per eam ductorum, exterius inter ſe colligentur. Si vero tumoris radix non hac ratione comprehendi poteſt, parturientis ſitus in latere oppoſito regreſſum tumoris, foetusque deſcenſum egregrie adiuuat. Tumor autem cyſticus, partum impediens, inciſione facta, eua-
p. 153. cuandus eſt. Addita eſt obſeruatio de ea veſicae hernia, qua illa in vaginam prolabitur, quae a cyſtico tumore facile diſtinguitur, cum ea, vel leniter tantum compreſſa, vrina ſponte effluat. Prolapſus vaginae

vaginae vt plurimum oriuntur ex rugis vaginae oſſibus pubis proximis, in partu deletis. Tela enim celluloſa, illas replens, nimis extenſa, elaſticitatem ſuam amittit, vt humores, in ea ſtagnantes, tumorem producant, cuius volumen ſemper in nouo partu augetur. Obſeruantur vero eiuſmodi prolapſus fere ſemper in ſuperiore vaginae columna, quoniam tumores, poſteriori inhaerentes, ob partium ſubiectarum mollitiem rarius extrorſum eminent. Adſtringentes iniectiones, quas multi veterum et recentiorum plurimis ornarunt laudibus, minus vtiles ſunt. Obſtruunt enim orificia vaſorum exhalantium, quae has partes lubricant, obſtructamque telam celluloſam magis calloſam reddunt. Nonnunquam inteſtinorum portio eiuſmodi tumorem ingreditur, quod partum, ob dolorem, a compreſſione inteſtinorum natum, difficilem reddit. Parturientem in hoc caſu Auctor Cl. p. 161.
genibus et cubitis incumbere iuſſit, quod conſilium quoque, inteſtinis hac ratione regreſſis, optime ceſſit. Poteſt quoque in parturiente carcinoma vteri adeſſe, cum illud, vt Auctor Cl. aliquoties vidit, conceptionem foetus et grauiditatis ad iuſtum terminum durationem non impediat. Ex quatuor grauidis, hoc malo affectis, Cl. Auctor vnam, ſaliuatione in ea excitata, ſanauit. Peſſaria ita applicentur, vt p. 164.
margo poſterior coccygem, anterior perinaei marginem, partes laterales tuberoſitates iſchii, media vero pars ſuperficiei inferioris anum reſpiciat, ſuperiore autem orificium vteri altius quidem in vagina ſuſtineatur, quam id, ſi nullum peſſarium adeſt, in ſtatu naturali collocatur; quam veri ſitus peſſariorum deſcriptionem ideo hic adduximus, quoniam multi, iique ſatis magni nominis, ſcriptores artis obſtetriciae docent, peſſaria in apertura peluis ſuperiore aut ſupra eam adhuc haerere debere. Cum vero hac ratione penis virilis in coitu orificium vteri non attin-

gat, ratio non patet, qua conceptio in eiuſmodi caſu fieri poteſt, quod tamen ſaepenumero contingere, experientia docet. In vniuerſum autem peſſaria oualem figuram habeant, concaua ſint in ſuperiore ſuperficie, quo orificium vteri ſuſtineant, foramen autem non nimis amplum ſit, ne illud ipſum orificium eam ingrediatur, cum haec res polypoſarum excreſcentiarum, incarcerationis (*étranglement*) orificii et catameniorum retentionis cauſſa eſſe poſſit. Foemina vero, peſſarium gerens, frequentioribus iniectionibus ſordes abluat, ne eae, circa peſſarium collectae, varia incommoda producant. Alia, quae ad prognoſin ſpectant, omittimus. De placentae ex-
p. 168. tractione Auctor Cl. ita diſputat, vt primo ſpontaneam eiuſdem expulſionem deſcribat, quam natura, nouis accedentibus doloribus, abſoluit, vel abſoluere tentat, doceatque, hoc ipſo tempore naturae conamina ab obſtetricante adiuuanda eſſe (*). Citius hoc expulſionis tempus accedit in robuſtiore puerpera, ſi parua tantum liquoris amnii copia adfuerit, vel iam diu ante partum effluxerit, tardius in debiliore, inprimis ſi multum aquae habuerit, quo in caſu intempeſtiua placentae extractio inuerſionem vteri vel funeſtam haemorrhagiam producere poteſt. Placenta enim nunquam tuto extrahitur, niſi vterus ſe antea contraxerit, quod manu, abdomini impoſita, facile cognoſcitur. Vtero vero contracto, haec quoque extractio caeteris paribus nullum periculum adfert, faciliusque abſoluitur, cum, fundo vteri contracto, orificium eius ob antagoniſmum, qui inter has partes intercedit, minus reſiſtat. In haemorrhagia vero citius educatur, cum contractionem vteri, qua orificia vaſorum clauduntur, egreſſumque ſanguinis impediat, qui in vtero coagulatur. Si vero ſponte foetum ſequitur, neque tamen vterus contrahitur, ille

(*) Similia fere iam habet Auctor in *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. III. p. 216. Comment. noſtr. Vol. VIII. p. 208.

ille manu, orificio eius admota leuiter, quo ſe conſtringat, irritetur. Separatur facillime placenta ab vtero, ſi in ſuperficie, quae vterum reſpicit, paucae eminentiae et depreſſiones neque profundae adſunt, ipſaque placenta non nimis magna et craſſa eſt. In extractione placentae ea ſecundum axin peluis, i. e. primo verſus os ſacrum et deinde verſus anteriora, et ſi laterali parti vteri adhaeret, ſemper in oppoſitum latus trahatur, praetereaque attentio habeatur, quo membranae ſimul extrahantur. Adduntur re- p. 187.
gulae, in ipſa ſeparatione placentae ab vtero obſeruandae. Expulſionem placentularum foetuum abortivorum, ſi nulla haemorrhagia adeſt et orificium difficulter cedit, naturae Noſter permittit, aut ſaltem, iniecta aqua tepida, adiuuat. In haemorrhagia vero, in qua vt plurimum orificium vteri paruam tantum reſiſtentiam opponit, ſeparationem et extractionem, digitis aliquot immiſſis, abſoluere tentat. In reten- p. 193.
tione vrinae poſt partum, catheterem, ſupra deſcriptum, in veſica relinquit, vſque dum elaſticitatem ſuam iterum recuperauit. Apertura vero ſtilo claudatur, ne veſica contracta circa cathererem ab eo perforetur, quod ob paralyſin veſicae, qua fibrae eius minus dolent, nonnunquam inſcia puerpera factum eſt. Hinc alium excogitauit Noſter catheterem breuiorem et craſſiorem et ita fabrefactum, vt exterius ligatura firmari poſſit. Vltimo tandem lo- p. 198.
co varia emendat Cel. LEVRET in methodo polypos ligatura auferendi, cuius deſcriptionem olim exhibuit (*). Inuenit enim, duriores quidem polypos hac ratione optime tolli, ſed non aeque molliores, quorum radix, dum circumuolutione inſtrumenti anſam ligaturae conſtringere tentamus, motum inſtrumenti ſequitur. Hinc loco fili argentei cannabino nunc vtitur, duplicemque loco ſimplicis anſam format, quae tamen

Dd 2

(*) Vid. Memoir. de l'Acad. de Chirurg. T. III. p. 518. Comment. noſtr. Vol. VIII. p. 220.

tamen cum ſine figuris difficulter intelligi poſſint, hic omittimus.

p. 205. Tertio capite *de morbis variis puerperarum* et primo quidem de exanthematibus malignis (*éruptions malignes*) diſſeritur. Deſcribuntur vero quinque ſpecies miliarium, quas omnes a ſe inuicem differre, diuerſamque medendi methodum exigere, Auctor contendit. Vera tamen differentia tantum poſita eſt in diuerſitate partium corporis, vbi morbus potiſſimum vim ſuam exercet, qui v. c. cerebrum, vel thoracem vel abdominis viſcera potiſſimum occupat. Reſpiciendum vero eſt in curatione huius morbi praecipue ad putridam acrimoniam, primis viis inhaerentem. Hinc primo vel ſecundo puerperii die emeticum Noſter porrigit, venaeſectionem vero, licet cerebrum adfectum ſit, plane reiicit, et potius primas vias euacuare iubet. Veſicatoria quoque plurimum laudat, monetque, vlcera inde nata diutius aperta ſeruanda eſſe. Si pectus vero aut abdomen morbus occupauit, venaeſectio in brachio concedi poteſt. Si autem exanthemata ſe oſtendunt, ſtatim veſicatoria applicanda ſunt et *kermes minerale* exhi-
p. 224. beatur. Alias quoque febres putridas puerperarum eadem fere methodo tractat et in variolis quoque illarum, emeticis, kermes minerali et veſicatoriis vtitur, opiata vero nunquam, quamdiu materia euacuanda adhuc in corpore ſupereſt, adhibet, illorumque
p. 230. vſum tantum in ſtatu conualeſcentiae concedit. Addit tandem comparationem purpurae cum varioloſo morbo, cauſſamque, cur nonnullis in locis plures puerperae miliari morbo pereant, in linteorum mutatione, iuſto citius facta, ponit, quam inſigniter no-
p. 235. cere autumat. Furunculi, qui in puerperis proueniunt, ex purgantium neglectu, narcoticorum abuſu aut poſt miliarem eruptionem oriuntur. Hinc

purgan-

purgantia, ſi indicantur, ſemper adhibeantur. Opia- p. 241.
tis, quae a multis in doloribus poſt partum com-
mendantur, minus fauet. Hi enim vel ex corpore
extraneo, in vtero adhuc contento: vel ex tranſitu
liquorum per ſubſtantiam vteri et egreſſu lochio-
rum impedito, (cuius rei cauſſa fere ſemper in antece-
dente puerperio poſita eſt, vt dolores in ſubſequen-
tibus puerperiis ſemper augeantur): vel ex vteri in-
flammatione oriuntur, in quibus omnibus narcotica
vel inutilia vel noxia ſunt. Febris lacteae (*fievre de* p. 252.
lait) nomen reiicit, cum febris appellatio ſemper ſta-
tum praeternaturalem inuoluat, haec vero naturalis
ſit et idea febris neceſſario expectandae, ſaepe faciat,
vt medici minus attenti febrium putridarum initium
negligant. Varia deinde praeiudicia vulgaria exa- p. 255.
minat, v. c. quod foetus dolores colicos experiatur, 259.
ſi puerpera iis caret et contra: quod lac, a puerpera
potatum, lac e mammis pellat, quae res ob lac non di-
geſtum varia incommoda et ipſam metaſtaſin lactis
producit etc.

Quarto tandem capite *de nutricibus* et *regimine* p. 263.
infantium recens natorum diſſerit. Multa de delectu
nutricum monet. Foetui per quatuor priores a natiui-
tate dies lac maternum non porrigit, vſque dum febris
nnlla in puerpera amplius adſit, pluribusque oſtendit,
quomodo foetus ſine lacte humano nutriri poſſint. In-
ter animalia, quorum lacte ali poteſt, capram reli-
quis praefert. Lactare iubet infantes ad illud vſque p. 315.
tempus, quo ſedecim vel viginti dentes habent, i. e.
ad duodeuigeſimum vſque menſem, cum lac inſi-
gnem vſum in dentitione praeſtet, qua occaſione
multa quoque de dentitione in vniuerſum, ordine,
quo dentes erumpunt etc. monet. Venaeſectionem
in infantibus non ſolum in conuulſionibus a denti-
tione, ſed et in aliis morbis, ſi febris adeſt, multum

commendat. Corpora dura gingiuis ad dentium eruptionem adiuuandam applicare, noxium eſt, cum gingiuae exinde calloſae fiant. Plura alia, quae ad regimen infantum diaeteticum et ablactionem attinent, hic omittimus.

III.

Tal om Nödwändigheten och förmånen af de Chirurgiſka Handalagens förkortande i utöfningen, hållet för Kongl. Vetenſkaps Academien, vid Präſidii nedläggande, den 15. Iulii 1767, af OLOF ACREL, Med. Doct. Profeſſor och Regements Fältſkär vid Kongl. Adels-Fanan. Stockholm, trycht hos Direct. Salvius, 1767. 8 mai. pl. 5.

i. e.

Sermo, de neceſſitate et commodis expeditioris breuiorisque encheireſium chirurgicarum exercitii, habitus coram Reg. Academia ſcientiarum, quum Praeſidis munere decederet, ab OLAO ACREL.

Non is eſt celeberrimus vir, qui recentiorum merita de expediendo chirurgiae exercitio per partes ſuas perluſtrans, propriaque ad id ſpectantia conſilia, crebro in noſocomiis et populoſa vrbe cum aegris commercio confirmata, ſubminiſtrans, veterum maiorumque noſtrorum honori aliquid detractum cupiat. Multa enim, ab iſtis detecta, ſuo iure laudes ſibi vindicare non negat. Longe quoque facilius reputat, inuenta iamiam facta corrigere, quam omnino noua in lucem producere; nec errores ipſos ſuo fructu carere, vtpote in quos, niſi maiorum noſtrorum

noſtrorum veſtigiis admoniti, ipſi facile incideremus. Id tamen recentiorum dandum ſollertiae et ſagacitati Noſter arbitratur, quod, prout multarum nouarum encheireſium exſtiterunt inuentores, ita et maiorum nimiam ſimplicitatem expoliuerint et quae ambagibus ſuis peccare viderentur, breuiori, in artis commodum, opera peragere docuerint. Quidnam in his praeſtitum ſit, exemplis, ex vniuerſo chirurgiae ambitu ſuſcitatis, abunde demonſtrat Noſter, in veterum non minus, quam recentiorum monumentis verſatiſſimus. Noſtrarum vero partium in primis erit, eorum momenta quaedam indicare, quae Auctori et ſub hodierna in chirurgia luce ad eandem vlterius perficiendam facere videntur. Quae omnia Auctor Cl. ſecundum partium corporis humani ſeriem perſequitur.

In haemorrhagiis largioribus ſiſtendis, reiectis p. 9. ſtipticis, fidem vnice Cl. Auctor ligaturis tribuit, ad quas tamen peragendas acum ſimplicem duplici iſti, a Cl. RAVATON inuentae, praefert. Vulgarem fungum fomentarium, quercina virtute plane ſupparem, vtroque autem ſpongiam marinam tutiorem exiſtimat; quam, vt tanto firmius arteriae diſciſſae ſeſe applicet, vel digitis in anguſtam moleculam coarctat, vel cera liquata imbuendum curat.

Ad aneuryſmata coërcenda vtitur peculiari in- p. 13. ſtrumento, quod conſtat ex duabus tabulis ligneis, filo ferreo, in ſpiram contorto, inter ſe vnitis. Stiptica iſta validiora infidi quam maxime vſus, quorum ex cenſu ſunt, HELVETII pilulae ex ſanguine draconis et alumine, cortici Peruuiano ſub anodynae medicinae connubio, in profluuiis ſanguinis internis, longe poſtponit. Nec probat gummi iſtud Okiao *) dictum,

*) Quum gluten iſtud paucis tantummodo notum ſit ex OSBECKIO (*Oſtrindiſka Reſa p.* 200) memorare iuuat,

p. 16. dictum, ob inertiam ſuam repudiandum. Iure quoque culpat farraginem iſtam remediorum, vitiis externis dicatorum, faſciarumque et inſtrumentorum copiam.

p. 17. Hirudines ad educendum ſanguinem, ex contuſione intra cranium ſtagnantem, ſi collo applicentur, valde proficuas habet. Nihil vero mali ex terebratione cranii ſuper ipſis ſuturis vel ſinubus frontalibus vel temporum ſiue occipitis oſſe metuit, modo loca, per quae vaſa ampliora prorepunt, vitentur.

In curanda epiphora a fiſtula lacrymali Cl. FOUBERT methodus Noſtro praecipue arridet. Quoniam vero tubulus iſte aureus, ab illo inuentus, ob cylindricam ſuam figuram ſub ſternutatione vel alio fortiori capitis motu haud raro excutitur, alio adiumento Noſter vtitur. Nempe aperto ſacculo lacrymali, oſſeque vnguis acu triquetra perfoſſo, immittit tubulum aureum conicum, margine recuruato inſtructum, per cuius duo foramina filum, in anſam ligatum, tranſigitur. Poſt ſpatium 21 dierum conſolidationem fere perfectam vidit.

p. 20. Pro cataracta extrahenda, modo capſula ipſa non opaca euaſerit et lens cryſtallina iuſtam duritiem habeat, vnico ſcalpello acquieſcit, quo et corneam et ipſam capſulam aperit et cuius cuſpide ipſam lentem eximit. Molliorem vero cataractam

p. 22. preſſione eliminat. Vt trichiaſi et diſtichiaſi medeatur, cutem figura ſemilunari, vel, niſi hoc ſufficiat, quadran-

uat, iſtud ſapore ingrato inſtructum ex pelle aſinina elici et in India orientali contra phthiſin, ore liquatum, vel infuſo theae ſolutum vſurpari — Addere autem his poteſt recenſionis huius auctor ex ſpecimine, quod olim in Suecia vidit, illud tabulam referre nigri coloris, characteribus variis Chinenſibus notatum et ab hac gente nonniſi cariſſimo pretio Europaeis vendi. v. Comment. noſtr. prim. Decad. Supplem. III. p. 475.

quadrangulari forficis ope aufert. Nam emplaſtrum glutinans, a Cl. DE LA FAYE commendatum, non multum iuuat, quin temporis diſpendio nocere affirmat; inſtrumentum autem, ab iſto propoſitum, vix in vſum trahi poſſe. Curam tamen inſuper habere humorum correctionis et deriuationis ab oculis, impenſe iniungit.

Labium leporinum ſcalpello exſcindere ſine alius p. 23.
inſtrumenti adiumento conſueuit; quoniam forfex maiorem vaſorum conquaſſationem efficit et alterutrius manus liberum vſum intercipit. Acus autem transfigendas vel aureas vel auro obductas eſſe, deſiderat.

In hydrope oculi per canalem, facta in tunica p. 24.
ſclerotica apertura, ſerum congeſtum euacuat. Teſticulum et tutius et ſub minori dolore auferre, quam ſecundum Cl. LE DRAN methodum fit, Noſter docet, praerogatiuam ſui artificii a laxiori ligatura praecipue deriuans. Vtut vero Cl. Auctori ambages in praxi chirurgica diſpliceant, in cancro mammarum exſtirpando, enucleationem tamen ſectioni circulari, quae citius tollere malum videtur, praeſtare expertus eſt, quod prius ſcilicet artificium et conſolidationem accelerat et nouam cancri progeniem auertit. Quum vero vnguenta et emplaſtra ſanationi vulneris remoram ſtruant, linteo carpto fere vnice deligationem perficit.

A pectoris paracenteſi nihil omnino auxilii ſpe- p. 32.
rat, niſi ipſe exundantis liquidi fons obturari queat. Affulgente autem ſucceſſus ſpe, feſtinandum, nec conſueto loco, ſed intra coſtam ſextam et ſeptimam, computo ab infima facto, in diſtantia a ſterno et vertebris aequali, ad conſilium Cl. SHARP ſectionem inſtituendam cenſet.

An pneumatocele et pneumatomphalocele vere p. 38.
exiſtant, dubia profert, quae ad ipſam tympaniti-

dem extendit. Varias autem iſtas, ab auctoribus notatas hydroceles ſpecies, ad vnicam reſtringit, ſemper et fere in ſola teſticuli capſula lympham colligi obſeruauit; prout vbiuis fere ſimul obſtructum induratumque teſticulum vel epididymidem reperit. Saccum cultello potius, quam cauſtico aperit, quum hoc ipſum ſub conſueto iſto indurationis vel degenerationis cancroſae connubio noxam inſignem pareret.

In ſcirrhoſis tumoribus reſoluendis minus efficacem reperit Noſter cicutam; HUMBORGII autem effatum de ſcarificationis teſticuli vtilitate horrorem incuſſit.

p. 42. Lectu non minus digna ſunt, quae Auctor Cl. de herniarum curatione diſputat. Vt praeuertatur prolapſui inteſtinorum vel omenti vlteriori, nihil efficacius inuenit, quam ipſius ſacci hernioſi prope annulum abdominalem per vinculum ablationem, ſub qua vero ſollicite cauendum, ne funiculus ſpermaticus ipſe vinculo comprehendatur. Exempla quoque nota ſunt Noſtro praeciſi ad annulum teſticuli, quo iſte tanto firmius clauderetur. Quod ipſum conſilium Auctor tamen non ſequitur, licet virili vi nec monorchides defraudatos eſſe experientia doceat.

p. 46. Superuacaneus quoque illi non potuit non videri numeroſus iſte inſtrumentorum ad euoluendum calculum ex veſica apparatus. Quod iudicium vel paullo ante ſectio a ſagaciſſimo anatomiae et chirurgiae Profeſſore Stockholmienſi, MARTIN, feliciter et in honorem viri cel. haud mediocrem, in difficillimo caſu inſtituta, confirmauit. ACRELII autem noſtri iudicio, ſectio lateralis ſecundum CHESELDENII methodum, ſed fratris COSMI lithotomo pro aperienda veſica eiusque collo, peracta, omnibus reliquis methodis antecellit. Ad primam ſectionem vtitur ſcalpello, quo ipſo, deficientibus aliis inſtrumentis,

tis, acquieſcit. Vua vrſi nihil leuaminis aegris, Auctoris curae demandatis, praeſtitit.

Fuſius recenſet Cl. Auctor duas aneuryſmatis hiſtorias, quarum vna ad arteriam ſubclauiam, altera ad carotidis ſiniſtrum truncum pertinet; vtrumque autem vitium felici auſu dexteritate Auctoris ſanatum eſt. In diſciſſa plane arteria, adeo, vt fines eius diremti ſeſe ſubtraxerint, ideoque vnionem reſpuant, iubet Auctor ſingulum extremum vulgari ſutura nodoſa ſeorſim vinciri. Data hac occaſione, narrat, ſe ſemel vna cum arteria neruum cubitalem vinculo complexum fuiſſe, quo ipſo vero tantum abeſt, vt conuulſiones fuerint enatae vel dolores, vt potius nihil niſi ſtuporis ſenſus in digito annulari et minimo, mutato poſtea colore ſituque vnguium horum digitorum, perceptus fuerit. Quam ſollicite autem diſtingui debeat aneuryſma ab aliis tumoribus, illi aliquando momentis quibuſdam ſimilibus, exemplis comprobat. p. 98.

De membrorum amputatione aliter ſentit, quam Cl. BILGVER, (licet ante cum eodem fere rigore Cl. DE LA PEYRONIE eam damnauerit) quem miratur chirurgiam iſtam in ſphacelo, adeo ad ipſum os penetrante, in aneuryſmate, quod totum membrum nutrimento ſuo defraudat, carie demum, os vndique depaſcente, differre; nec pauciores ex neglecta nimis diu, quam accelerata intempeſtiue membri ſolutione interiiſſe perſuadet. Iuncti vero vitae periculi non tam ipſius huius chirurgiae naturam, quam malum quoddam ſubdole in humoribus nidulans, reum facit. In ipſa vero eius inſtituendae ratione mauult, praeeunte Cl. LOVIS, ſerram tribus digitis transverſis ſupra ſectionem circularem applicari, quam carnem in duas lacinias diſcindere, metuens nempe, ne ex maiori iſta plaga dolorum vehementia creſcat, et ſuppuratio, hecticaque febris ſeſe adiungat. p. 67.

Haec

Haec ſufficiant de libello dixiſſe, mole paruo, ſed rebus grauiſſimo, vt, quae Auctori inſit in chirurgia exſequenda perſpicacia, in locupletanda nouis inuentis ſagacitas, niſi vel aliis tot documentis conſtent, quae et acta academiae ſcientiarum Stockholmienſis, et opus eximium obſeruationum (*) in noſocomio chirurgico, cui Cel. vir praeeſt, factarum, (ne alia attingamus,) exhibent, innoteſcat. Futuros vero, qui, haec legentes, vt Cl. Auctor promiſſa ſua de reliquis momentis hic omiſſis, quae ad chirurgiam commodius exercendam ſpectant, eadem ſollertia expendendis, breui expleat, nobiſcum auide exoptent, non eſt, quod dubitemus.

(*) *Chirurgiſke Händelſer anmärkte uti kongl. Lazarettet ſamlade ach genom utdrag af Dagboken til trycket befordrade på höglofliga kongl. Lazaretts Directionens befallning af* OLOF ACREL. *Stockh.* 1759. 8.

IV.

IV.

De l'Exploitation des Bois, ou moyens de tirer un parti avantageux des Taillis, demi Futaies et hautes Futaies, et d'en faire une juſte eſtimation: avec la deſcription des arts, qui ſe pratiquent dans les Forêts: Faiſant partie du Traité complet des Bois et des Forêts. Par M. DU HAMEL DU MONCEAU, de l'Academie Roy. des Sciences etc. Ouvrage enrichi de figures en taille-douce. A Paris chez H. L. Guerin et L. F. De la tour. 1764. 4. Part. I. Alph. 2. plagg. 8 ſine praefat. Part. II. Alph. 1. pl. 12. Tab. aen. 36.

i. e.

De lignis caedendis et methodis, cum emolumento adhibendis variae aetatis arboribus, deque eorum pretio rite aeſtimando. Accedit deſcriptio laborum artificum, in ſyluis propter varios lignorum vſus ſuſceptorum, tanquam pars completi tractatus de lignis et ſyluis. Auctore DU HAMEL DU MONCEAU.

Quamuis huius elegantis, vt ſolet Cl. Auctor, libri ea ſit praeſtantia, quae multis, praecipue oeconomis vtiliſſima eſſe poſſit, nec non de multiplici eius doctrina egregia ſiſtat documenta: multa tamen, quae ad noſtrum non ſpectant ſcopum, intacta relinquere cogimur, atque harum rerum gnaris ipſum opus vehementer potius commendamus, quam nouo hoc ſpecimine denuo comprobauit Cl. Auctor, oeconomum demum eum eſſe poſſe, qui cum experientia, quam plerique ſufficere arbitrantur, variarum, phyſicarum nempe et mathematicarum,

ſcien-

ſcientiarum pleniorem coniunxerit cognitionem. Dabimus itaque totius operis et inſtituti breuem delineationem, quantum autem laboris et induſtriae adhibuerit Cl. DU HAMEL, quibuſdam comprobabimus ſpeciminibus. Antea vero ſimul monemus; idem opus in noſtram quoque linguam iam translatum communi vtilitati adaptatum fuiſſe (*).

Ipſe Cl. Auctor in praefatione totius operis delineationem nobis tradit, quam, quo lectoribus eo melius appareat, quid in eo contineatur aut quaeri debeat, breuibus tradere animus eſt. Conſtat ex quinque libris, quorum tres priores primam, reliqui ſecundam partem conficiunt. *Liber primus* generalem conſiderationem phyſicam lignorum tradit, vbi eorum analyſis phyſica, chemica, partesque componentes recenſentur, nec non qualitates lignorum, ad varios vſus adhibendorum, tum ratione ſoli, tum ratione habita ſitus, aetatis cet. adducuntur, et mandata principis huc pertinentia pertractantur. *Liber ſecundus* vero ſpeciatim de lignis caedendis agit, (*des Taillis*) quo nomine complectitur arbores, quarum aetas annum quadrageſimum non excedit. Conſideratur

(*) Prodiit hac inſcriptione: *Von Fällung der Wälder, und gehöriger Anwendung des gefällten Holzes, oder wie mit dem Schlagholz, dem halb und ganz ausgewachſenen Oberholz, umzugehen, und alles benannte Holz richtig zu ſchätzen und anzuſchlagen iſt. Nebſt einer Beſchreibung der Handwerker, die ihre Arbeit in den Wäldern verfertigen, als ein zur vollſtändigen Abhandlung von dem Forſtweſen gehöriger Theil. Von Herrn* DU HAMEL DU MONCEAU. *Ins Deutſche überſetzt von* CARL CHRISTOPH OELHAFEN VON SCHÖLLENBACH, *der Reichsſtadt Nürnberg Wald-Amtmann. Herausgegeben von A. W. Winterſchmidt, Kupferſtecher und Kunſthändler in Nürnberg. Gedruckt bey* de Launoy *Erben* 1766. 1767. *in* 4. 2 *Theile mit Kupfern.* Quae translatio accuratum ectypon eſt.

deratur itaque aetas, qua conuenit ligna caedere, quae vario reſpectu varia eſt, potiſſimum propter vſum, quem aliquis quaeſiuerit, quo facto ſimul diverſa artificia eorum, qui ligna caedunt, ſcindunt, adaptant vſibus, carbones conficiunt, aliaque ſtudioſiſſime explicantur, iconibusque nitidis illuſtrantur. *Tertio libro* deinde diſquiſitio arborum longiorum explicatur (*viſite des futaies*). Qui liber propter experientias et experimenta, copioſius inſtituta, excellit, ſigna nempe tradit, quibus arborum aptitudo ad varios vſus dignoſcatur, arborum, vulgo in ſyluis creſcentium, relationem affert, atque de tempore, caedendi easdem, diſpicit, denſitatis lignorum differentias percurrit, et pericula, qua ratione praecauenda ſint, declarat. *Quartus* porro liber caeſorum horum lignorum vlteriores adminiſtrationes exhibet, vbi de cortice, ramis relinquendis aut mox auferendis, de fiſſuris lignorum, earumque cauſſis, de incuruatione eiuſdemque reductione et de permultis aliis, inde parandis inſtrumentis, machinis, vſibusque oeconomicis, fuſe et accurate diſſeritur. *Quinto* tandem et vltimo *libro* ad lignorum iam caeſorum et deſtinatis vſibus aptandorum naturam reſpicitur, ſimulque eorum morbi nonnulli indicantur.

In primo libro, qui phyſicam lignorum doctrinam ſuppeditat, non vegetationis naturam diſquirit Noſter, ſed quod ligna corpora ſunt heterogenea, decompoſitionem eorum conſiderat, quae vel per artem, vel per naturam fit, quo iis inſeruiat, qui pleniori cognitione imbui velint. Fermentationis itaque atque putrefactionis ſigna et effectus cognitos refert, de partibus componentibus, quae ratione ſeiungi poſſint, explicat, ſimul autem, quatenus ex hac cognitione varia phaenomena, in lignis caeſis obſeruanda, diiudicari poſſint, declarat. Salia acida mine- p. 22.
ralia in plantis eſſe probat, quod in ſuccis plantarum

non-

nonnullarum inueniatur tartarus vitriolatus, ſal marinus et nitrum. Libere tamen fatemur, exquiſitam ſalium hiſtoriam et geneſin mediorum nobis non multum neceſſariam videri iis, qui lignorum vſu me-
p. 41. chanico indigent. Obſeruatio vero naturae conueniens eſt, deſtructionem lignorum eſſe in ratione inuerſa formationis, id eſt, recentiores partes vetuſtioribus citius perire. Ratione ſoli, in quo arbores creſcunt, magna eſt differentia. Aſſumit Cl. Auctor, quatuor terrarum genera, terras ſcilicet aquoſas et paludoſas, macras ſiccas, aridas, argillaceas, pingues,
p. 46. et deinde fertiles. (*ſubſtantieuſes et fertiles.*) In paludoſis nunquam arbores bonae notae vegetant, vel quae poſſint operibus durabilioribus adhiberi. Ob nimiam enim ſuccorum aquoſorum copiam et glutinoſorum defectum leuia ſunt ligna, rarioris texturae, facile finduntur, inſectis facillime laeduntur. Terrae macrae, ſabuloſae vegetationi arborum fauent, in primis, quod ex his terris inferiores vapores ad-
p. 54. ſurgentes, radicibus humectandis inſeruientes, incrementum perficiunt, ſed et illae teneriorem lignoſam ſubſtantiam relinquunt. Argillaceae et pingues humidae intumeſcunt, firmiter in partibus ſuis cohaerent, difficulter exſiccantur, nec a ſolis radiis, vix penetrantibus, incaleſcunt, hae incremento arborum non conueniunt, niſi vel arena, vel alius terrae par-
p. 56. te mixtae ſint. Fertiles tandem ob facilem partium ſolutionem, a pauca quoque aqua praeſtandam, quod arborum incrementum laetum permittunt, optimae iudicantur. Signa ſunt non ex colore, qui varius eſt, ſed facile quod fatiſcunt, non tamen in puluerem reſoluuntur, quia calcis ad inſtar funduntur quaſi. Durities et reſiſtentia lignorum, ex arboribus, in eiusmodi terris creſcentibus, deſumtorum, confirmant bonitatem, quod ex numeroſo catalogo arborum, earumque qualitatum, hic ſubiuncto, magis adhuc

adhuc corroboratur. Situs etiam arborum non negligendus eſt, qui vel a climate, vel a loco editiore decliuioreque pendet, vel etiam a modo, quo ſolis radiis exponuntur arbores. Quercus in calidiore loco melior eſt ac in frigidiore. Situs in decliuiore parte montis praeualet planitiei, aeris etiam liberioris perflatu fruitur, requiritur tamen ſimul, vt et terrae fertilis copia adſit et calori ſolari aditus decens pateat. Minus arridet Noſtro vulgaris ſententia, eam, quae meridiem reſpicit, partem arboris duriorem eſſe illa, quae verſus ſeptentrionem vertitur, de qua re iam in Phyſica arborum egit, nec, quae ex circulorum ligneorum indole deſumitur, demonſtrationem valere docet. Pari quoque ratione iudicat de expoſitione arborum ad certam mundi plagam, ſingulam nimirum et praeſtantiam habere, et vitia inducere, multumque reſpiciendum eſſe ad ventos, ad tranſpirationem arborum auctam, interceptam vel ſuppreſſam, et ad frigoris vim hiberno tempore. Opera p. 103. denique varia, ex lignis conſtruenda, exigunt, vt aetatis arboris ratio habeatur. Vegetationis contemplatio docet, quod exteriora ſtrata lignorum tenuiora ſint interioribus, quippe quae ſint annoſiora, ita, vt arbor centum annorum habeat interius ſtratum centum annorum, exterius vero vnius anni. Hinc lignum, ad radicem propius, plus ponderis habet, ac illud culminis, id quod pluribus, inſtitutis experimentis, egregie comprobatur. Vt tamen ſine vitio ſit lignum, neceſſe eſt, aetas nimia vero vix non ſemper interiora vitia ſecum habet atque eadem contrahit, quam ob cauſſam nec magnitudo, nec annorum copia ſufficit ad perfectionem arboris determinandam, ſed contemplatio vegetationis vel laete ſuccedentis vel deficientis. Quae vero pro diuerſitate climatis, ſoli aliarumque iam dictarum conditionum diſcrepat. Satis interim arbitramur, ex pau-

cis his momentis adductis patere, quanta ſit ſollicitudine et attentione opus oeconomo, naturae veſtigia ſequi qui allaborauerit, quantum pretium ſtatuendum Cl. Auctoris laboribus.

Haec ad primum librum pertinent, reliqui fere omnes, a noſtro magis alieni ſcopo, in caedendis, aeſtimandis, vendendisque arboribus inſeruiunt huius
p. 284. rei ſtudioſis. Notamus tantum, Cl. Auctorem arbores, in ſyluis Galliae occurrentes recenſere et vſus earum in genere indicare. Multa quoque tentamina ab eo facta ſunt ad definiendum tempus, quo arbores caedere conueniat. In quo ſane opus eſt, tempeſtatum, earumque viciſſitudinum rationem ha-
p. 320. bere. Etſi enim primo vere arbores laetius creſcant, paullo poſt tamen iterum quieſcunt ſine ſenſibili incremento, quippe quum nec arbores hyberno tempore, in vniuerſum dormientes quaſi, quieſcant, quin gemmas augeant, capillares radicum fibrillas forment, immo trunco ſuo, vt experimentis
p. 333. conſtat, augeſcant. Nonnullae foliis permanentibus ornantur, immo oculi, arboribus inſiti, foliis licet
p. 345. cadentibus, adhuc virent. Maximum pondus menſe decembri ianuarioque habent, minimum iunio atque iulio, priori itaque tempore plus ſucci ineſt arboribus, ea tamen ligni portio, hyeme caeſa, ſemper, etiam exſiccata, ponderoſior manet ea, quae aeſtate caeſa fuit, quum aeſtate ſimul cum ſuccis particulae denſiores euaporent. Nullam tamen attentionem meretur luna eiusque phaſes, nec venti ſicci, quam vtramque conditionem multi ſancte obſeruandam eſſe clamitant, quod iterum facta tentamina aliter definiunt.

Subſiſtere cogimur, quum interſperſas vbique obſeruationes phyſicas nequeamus hic recenſere omnes, elegantes delineationes et rerum propoſi-

tarum

tarum accuratas demonſtrationes, Cl. Auctoris ſolidioris doctrinae teſtimonia, denuo conſulere eos iubemus, quibus intereſt, reportare fructus ex cultura arborum.

V.

Dritte Fortſetzung der vorläufigen Nachricht von einigen das Geſchlecht der Pflanzen betreffenden Verſuchen und Beobachtungen, von IOSEPH GOTTLIEB KOELREUTER, *der Arzneywiſſenſchaft Doctor, Hochfürſtl. Baden-Durlachiſcher Rath und Profeſſor der Naturhiſtorie. Leipzig in der Gleditſchiſchen Handlung* 1766. 8. 10 *Bogen.*

i. e.

Continuatio tertia relationis praeliminaris de variis ad ſexum plantarum ſpectantibus tentaminibus et obſeruationibus. Auctore D. IOSEPHO GOTTLIEB KOELREUTER.

Non eas tantum, quas in prioribus libellis propoſuerat Cl. Auctor (*), obſeruationes hic confirmatas atque plenius illuſtratas reperimus, ſed etiam noua inuenta,reiteratis tentaminibus certa reddita, nunc miramur. Ex quibus metamorphoſis vnius ſpeciei naturalis in aliam praecipue eminet, cuius quidem poſſibilitatem nos aeque ac Noſter, vix ſtatuendam eſſe, praeſumebamus. Quantum itaque hiſce pretium merito ſit ſtatuendum, veris rerum aeſtimatoribus non obſcurum eueniet.

Recenſentur autem denuo tentamina ſexaginta et quinque, inſtituta cum variis ſpeciebus verbaſcorum, nicotianarum, dianthorum, daturarum, ialaparum,

(*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XIII. P. I. p. 43 ſqq.

parum, cheiranthorum, ſidarum, cucurbitarum, aquilegiarum, nec non aliquae olim ſuſceptorum emendationes et in eas animaduerſiones adiiciuntur. In ipſis tentaminibus et cognitam a Cl. Auctore adhibitam ſolertiam et accuratiſſimam differentiarum deſcriptionem, quoad ſingulas partes plantae, hic quoque notamus, ſic, vt poſt deſcriptam hybridae cuiuſcunque plantae indolem, comparatio cum patre matreque plantae inſtituta recenſeatur, ex verbaſcis autem vix aliqua foecunda reddita fuit et ea, quae hinc inde apparuerunt, ſeminum rudimenta exſucca erant et tanquam inutilia reiicienda. Sed, quod ex quinque ſpecierum verbaſci varia coniun-
p. 36. ctione diuerſae exiſtebant plantae, quaeſtio oritur, numne etiam ſponte ſua per naturam tales hybridae generentur plantae, vel quaenam praecipue cauſſa talem impediat geneſin. Spontaneam commixtionem nulla obſeruatio vnquam confirmat; quae enim ab Ill. LINNAEO obſeruata fuit, nondum omni eſt exceptione maior, quin peculiarem aliquam cauſſam acceſſiſſe maxime probabile eſt. Inſecta namque in verbaſcis frequentem admodum eius modi variationem producerent, ni ſapientiſſima naturae lex id praecaueret, ſecundum quam proprium plantae prolificum ſperma, ſufficiente quantitate decenteque qualitate praeſens, aliud quodcunque accedens reſpuit atque a vi foecundante excludit. Sit autem, vt peregrinum ſperma piſtillo applicetur prius, proprium ex antheris quam euoluatur, quod in plantis, natiuo in ſolo non creſcentibus, facile contingere poteſt, tunc non impoſſibilis erit hybridae pro-
p. 44. ductio. Inter alia tamen ad plantarum hybridarum naturam pertinet, eas diuturniorem vegetationis durationem vegetioremque habere ac ſimplices, quippe quae deflorеſcentes non proxime emoriantur, an forſitan ex eo, quod ſemina non perficientes, optimis ſuccis non exhauriuntur?

Nicotiana

Nicotiana ruſtica, paniculataque, non infoecundae in ſtatu hybrido compoſito, nouis compoſitionibus variis factis, tandem *nicotianam ruſticam in paniculatam penitus transmutauit*, in gradu nempe ad- p. 51. ſcendente quarto, vt acutiſſima quoque perueſtigatio vix differentiam aliquam detexerit. Suſpicatur etiam non ſine ratione Noſter, forte alias plantas paucioribus gradibus aſcendentibus perfectas natiuas iterum reddi poſſe, quum ad relationem foecundationis reſpiciendum ſit. Dianthi barbati et chinenſis p. 56. hybridas plantas ſponte naſci vidit Cl. Auctor in hortis, id quod ex ſtaminum imperfectione, huic plantae non inconſueta et foecundatione cum ſpermate alieno deriuandum eſſe iudicat, ſiquidem etiam hybridae facile iterum in natiuas ſponte redeant, vti recenſita, hanc ob cauſſam inſtituta, tentamina docent. Eſt enim in dianthis componendis Cl. Auctoris multiplex ſolertia, ex quibus etiam compoſitionibus miranda ſpecimina prodiere, quorum ſingulorum partes omnes ad amuſſim recenſentur. Colores corol- p. 85. larum non parum mutationis ſunt perpeſſi, plerumque in hybridis medius color perſiſtens deprehenditur, in dianthis hortenſibus autem nulla regula valet, forte ob culturae varietatem. Ex quo coniicit, plantas aeque ac animalia, per longas annorum ſeries praeter naturam tractata, aequilibrio deſtitui, colorem itaque non ſolum, ſed formam, ſitum, proportionem, numerumque partium mutari eodem modo poſſe, ac idem in geneſi hybrida fieri ſolet, immo numne idem in hominibus eueniat, ambigit. Maximam vbertatem foecundorum ſeminum dedit *Dianthus plumarius Sibiricus*, a b. GMELINO pri- p. 89. mum deſcriptus, cum *Chinenſi* foecundatus, cuius corollae albiſſimus color, roſeis carneisque nubeculis pingebatur, nullam cum *diantho glauco*. Praeteri- p. 107. mus reliqua, de aequilibrio quod in plantarum hy-

 brida-

bridarum, tum naturalium, tum artificialium, geneſi conſpicitur, dicturi. Hoc autem ſtrictius latiusque ſumi ac intelligi poteſt; ſtricte quidem in plantis, nulla nondum ratione degenerantibus, deinde in generatione plantarum hybridarum ab vtraque parte maxime infoecundarum. In prioribus ſumma, in his nulla fertilitas ſignum exhibet certum. Huc etiam pertinet planta hybrida ex vtraque parte foecunda. Latiori in ſenſu aequilibrium eſt in plantis naturalibus, aliquo modo degenerantibus, in ſimplicibus hybridis, ab vna alteraue parte, vel vtrisque inaequali proportione foecundis, porro in compoſitis hybridis plantis, eodem modo aliquam fertilitatem monſtrantibus. In vniuerſum, aequilibrium tollitur, ſi vnius alteriusue ſexus ſperma alterum ſuperat. Si itaque matris ſperma ſuperat, maior erit cum matre affinitas et contra. Ex quo ſimul arbitramur, tranſitum ex hybridis in naturalem plantam
p. 110. etiam dilucidari poſſe. Infoecundum ſtatum globuli ſpermatici antherarum vacui, flaccidique luculenter demonſtrant, ſigna a parte matris autem nulla certa habentur. Similitudo hybridarum plantarum, ſexu inuerſo factarum, aequilibrii notam offert, ſed cum limitatione ſumendam, quod proportio et efficacia plaſticae virtutis diuerſitatem, vix percipiendam ſecum habeant. Cheiranthum *annuum*, atque *incanum* perennem meram varietatem eſſe, ex combinatione reciproca probat Cl. Auctor, incanus enim citius flores protrudit, ſemina perfecit et maturauit ita, vt illa foecunda admodum eſſent. Idem de ſida, cucurbitaque valere docuerunt tentamina. Aquilegia vulgaris et Canadenſis, reciproca foecundatione exhibuerunt varias easque multas in colore corollae, numero et longitudine corniculorum varietates, retinuerunt autem foecunditatem ſuam, id quod ab aquilegia vulgari degenerante iamiam prouenire arbitratur.

bitratur. Noſter negat tamen, exinde conſeruationem atque perpetuo nouam hybridarum plantarum propagationem deduci poſſe; quod foecunditas earum eſt limitata, nec omnibus finibus conſequendis ſufficit et quod propriis quaſi viribus, ſicuti a Cl. KOELREUTERO oſtenſum eſt, poſt aliquam ſeriem generationum in natiuam plantam eiusque naturam iterum abit. Reuocat etiam errorem, quo hyoſcyamum album fundo floris purpureo et alium, fundo floris viridi varietatem non eſſe, ſed veram ſpeciem, aſſeruerat, quum nunc ex vtriuſque coniunctione foecundas obtinuerit plantas.

Sed ad alia veniamus. Quae ab italico ſcriptore p. 125. propoſita fuit, florum recenter detecta proprietas, in irritabilitate conſpicua, eam non ſolum Cl. Auctor propriis obſeruationibus confirmat, ſed etiam tum maſculinas, tum femininas plantarum partes ſimili quadam dote inſtructas eſſe docet. Quod ad priores attinet, conſiſtit illa in peculiari quadam ſtaminum ſeſe accurtandi elongandique facultate, in plantarum, quae floribus compoſitis ſuperbiunt, floſculis detegenda. Vidit eandem in hieracio, cichorio, ſcolymo, ſerratula, carduo, onopcrdo, cynara, buphthalmo, centaurea, earumdemque variis ſpeciebus. Succedit autem tentamen in recentibus tantum floſculis, id eſt, qui vel ad ſeſe aperiendum proni ſunt, vel proxime ſeſe aperuerunt; poteſt etiam frequenter repeti et pro conditione tempeſtatis frigidioris calidiorisque motus citius tardiusque conſequuntur, immo fortius debiliusque. Dum autem tremuli hi motus peraguntur, piſtillum per vaginam antherarum cylindracearum vrgeri conſpicimus, mox in vnum, mox in alterum latus, titubante floſculo, mox circulari ratione ſeſe mouente, ſi nempe vnum, vel alterum, vel omnia ſucceſſiue filamenta ſtaminum mouentur. Fieri hunc motum

ad exprimendum puluerem antherarum, quo papillulis piſtilli applicetur, ſumma cum probabilitate coniicit Noſter, quod, licet per vegetationis cauſſas ſponte fieri videatur, hac tamen irritabili natura, ab inſectis aduolantibus quoque praeſtanda, multum iuuari adſerit. Mirum eſt, in aliis plantis hanc conditionem difficilius detegi, nec niſi in opuntia, ber-
p. 131. beri et ciſto heliantheno, obſeruari. In omnibus autem communis lex eſt, vt ſtamina ſeſe ad latus impreſſioni factae oppoſitum vertant, hanc tamen ſcenam poſt applicatum motum, interiecto breui tempuſculo, demum ſuſcipiant. Similem quoque irritabilitatem ſtigmata oſtendunt hiantia, namque illa in martynia, bignoniaque ab applicato puluere antherarum, paullo poſt ſubito ſtringuntur, ita quidem, vt, ſi ſufficiens ad foecundationem puluis applicatus fuerit, omnis noua irritatio irrita poſtmodum fiat. In martynia hoc phaenomenon et nos iam olim ſaepe obſeruauimus, rationem vero et cauſſam phaenomeni, aeque ac Cl. Auctor, nos ignorare fatemur.

Quum etiam de ſtructura globulorum, qui puluerem antherarum prolificum conficiunt, nonnulli dubitauerint, et alibi (*) declaratam eorum conformationem admittere noluerint, multis exemplis, iisque exquiſitis, exteriorem, duriorem nempe et elaſticam eorum membranam, interiorem deinde atque tenuiorem, nec non contextum celluloſum, granulatam ſpermaticam rudiorem materiem continentem, confirmat; quae itaque de Cl. Auctoris excellenti doctrina et aſſidua obſeruandi ſollicitudine teſtantur. Deſcribit etiam ſimul, quae denuo in *hibiſco manihot*, ſereno atque calido menſis iulii die, ipſo generationis in actu, perſpecta fuerunt, tum in piſtillis, tum in antheris, momenta.

Tandem

(*) Vid. Comment. noſtr. Vol. X. P. III. p. 470.

Tandem de cera diſſerit, quam craſſiorem eſſe materiae ſpermaticae partem arbitratur, a calore ſolis non reſolutam, cum ea, tenuior et calore fluida reddita, materies verum ſperma conſtituat. Artem itaque perficere inceptum, nec ad finem perductum naturae opus. p. 155.

VI.

Hiſtoria anatomico-medica, ſiſtens numeroſiſſima cadauerum humanorum extiſpicia, quibus in apricum venit genuina morborum ſedes; horumque referantur cauſſae, vel patent effectus. Opus quadripartitum, cuius liber primus recenſet laeſiones internas abdominis. Secundus exhibet variam ſtragem pectoris. Tertius prodit diuerſam labem cerebri. Quartus vero vitia externa colligit. Auctore IOSEPHO LIEUTAUD, academiae regiae ſcientiarum Pariſienſis et ſocietatis regiae Londinenſis, cubiculario ſereniſſimi Delphini, nec non ſtirpis regiae medico. Recenſuit et ſuas obſeruationes numero plures adiecit, vberrimumque indicem noſologico ordine concinnauit ANTONIUS PORTAL, Doct. Med. et ſocietatis regiae ſcientiarum Monſpelienſis, nec non ſereniſſimi Delphini Profeſſor anatomes. Tomus primus, Pariſiis, apud Vincent, 1767. 4. Alph. 2. pl. 22. cum praefat. et conſpectu capitum pl. 6. Tomus ſecundus ibid. eod. anno. alph. 3. pl. 7. cum conſpectu capitum pl. 2.

Quicunque neceſſitatem anatomes practicae bene perſpicit, non poteſt non eorum virorum la-

bores magni facere, qui ſectiones cadauerum, morbis defunctorum, in libris variis diſperſorum, colligere et vna quaſi tabula oculis noſtris ſubiicere anniſi ſunt. Inter hos ſummam laudem BONETI, MANGETI, MORGAGNIIque opera merentur. Cum autem partim obſeruationibus, a prioribus duobus congeſtis, eadem fides haberi non poſſit, quia multi obſeruatores vel anatomes non ſatis gnari, vel famae magis, quam veritatis ſtudioſi inuenti ſunt, partim diffuſum et luxurians ſcribendi genus aut adiunctae hypotheſes lectorem ſaepius offendant, partim multae deliteſcant in libris obſeruationes, quae ideo in pauciſſimorum vſum cedant: commotus eſt iſtis rationibus Cl. LIEUTAUD, vt ſimile opus aggrederetur; vt nimirum obſeruationes aliorum colligeret, ordine apto diſponeret, ſcriptionis genus, quantum quidem abſque rerum ipſarum detrimento fieri poterat, conciſum et aequale redderet, ab omni autem hypotheſium ſtudio plane abſtineret. Inde praeſens liber enatus eſt, cui plures interſperſae ſunt obſeruationes ipſius Cl. Auctoris aliorumque, quae antea publici iuris non erant. Ordo electus eſt anatomicus, et optimo quidem conſilio, quia morbi ſaepius alia atque alia nanciſcuntur nomina et cauſſae morborum cognominum ſaepius multum inter ſe diſcrepant. Totum opus tripartitum eſt, ita quidem, vt prior tomus vniuerſum librum primum et primam ſectionem ſecundi, poſterior autem reliquam partem ſecundi, tertiumque et quartum librum contineant. Nos paucis inſcriptiones ſingulorum librorum ſectionumque recenſebimus. Liber primus, laeſiones internas abdominis ſiſtens, in ſedecim ſectionibus de peritonaeo, ventriculo, omento, inteſtinis, meſenterio, hepate, liene, pancreate, renibus et capſulis, vreteribus, veſica, vtero, tubis et ouariis, laeſionibus generalibus abdominis, tumoribus et va-

rii generis colluuie in eodem exponit. Liber ſecundus laeſiones internas pectoris conſiderat et in ſectionibus octo de pulmonibus, corde, pericardio, pleura, mediaſtino, thymo, ductu thoracico et aorta, diaphragmate, tumoribus et colluuie pectoris agit. In libro tertio de laeſionibus internis capitis, in octo itidem ſectionibus de meningibus, cerebro, tumoribus internis, colluuie variae indolis, extraneisque corporibus in eodem diſſeritur. Liber quartus demum laeſiones externas complectitur et quinque ſectiones de capite externo, ceruice, thorace et abdomine externo, dorſo et artubus ſiſtit.

Exhibita totius inſtituti ratione, non ingratum fore Lectoribus ſperamus, ſi quaedam ex ipſius Cl. Auctoris obſeruatis excerpamus. In cadauere viri p. 7.
voracis, mediae aetatis, qui poſt aſthma plurium annorum et ſemel iterumque reuerſam leucophlegmatiam, cum tumore ac dolore potiſſimum regionis epigaſtricae obierat, viſcera omnia abdominis ſana inueniebantur, praeter ſolum ventriculum, flatibus mire extenſum: mirandum autem erat, nullum in vtroque ventriculi oſtio obicem occurrere, qui eorum exitum vetuiſſet, ſiquidem et digeſtio ſemper ſatis bene facta erat. In alio viro ſenio propiore, p. 9.
qui per totum morbi decurſum, quamquam dolore obſcuro et grauatiuo ſtomachi affligebatur, vomere non potuerat, ventriculus itidem in immenſum diſtentus apparebat, ac dudum iam atonia laboraſſe videbatur: inteſtinis adeo contractis, vt vix molem ventriculi aequarent: quae obſeruatio ſententiae eorum pondus addit, qui vomitus cauſſam in ſola vi contractili ventriculi ponunt. Poſt vomitum perti- p. 35.
naciſſimum ingeſtorum, aeque ac materiae nigrae foetidaeque cum aluo adſtricta repertus eſt in cadauere vetulae, lobus minor hepatis putridus et excauatus, in quo haerens putrilago ventriculum corroſerat,

p. 75. roſerat, viamque ſibi fecerat. Circa finem inteſtini ilei in pueri cadauere vermes in glomerem, pugni molem aequantem et inteſtinum prorſus obturan-
p. 135. tem, conuoluti deprehenſi ſunt. In cadauere hypochondriaci, qui, haemorrhoidibus ſuppreſſis, febre anomala lenta exſtinctus fuerat, hepar maximum et ſcirrhoſum et vena portae adeo extenſa, vt inteſtini
p. 169. faciem prae ſe ferret, inuenta ſunt. In cadauere viri, poſt ſuperatum icterum de dolore hepatis ac virium reſolutione conqueſti, praeter purulentam in abdomine colluuiem, abſumtumque omentum, hepar magnum, in parte inferiore ingentem abſceſſum, pure ſordido ſcatentem, continens, conſpectum eſt, proxi-
p. 170. maque coli pars putredine tacta. Aliud mulierculae pro aſthmatica habitae, cadauer, hepar ſtupendae molis exhibuit, in quo abſceſſus adeo ingens erat, vt praeter maximam puris foetidiſſimi copiam innumeras hydatides, quarum maiores tres quatuorue
p. 190. pollices latae erant, contineret. In cadauere feminae, chronico ictero exſtinctae, praeter hepar liuidum, durum et exſiccatum, aliaque abdominis viſcera, vario modo affecta, color flauus ad oſſa caete-
p. 211. rasque partes penetraſſe, conſpectus eſt. In cadaueuere pueri, febre acuta, variis ſymptomatibus ac praeſertim hypochondrii dextri tumore et ſubicteritio faciei oculorumque colore ſtipata, enecti, ductus choledochus a lumbrico proceriori, ex cyſtide fellea huc delato, obturatus obſeruatus eſt; ventriculus
p. 248. et inteſtina vermibus quoque ſcatebant. Aeque miratu digna eſt hiſtoria ſectionis cadaueris feminae, febre maligna epidemica exſtinctae, cuius ductus pancreaticus itidem lumbrico, huc adacto, plane erat ob-
p. 291. turatus. Ren ſiniſter vreterque huic appenſus in ſexagenarii, numquam de viarum vrinariarum vitiis conqueſti, cadauere, dilatati atque arenulis referti, conſpe-
p. 296. cti ſunt. Veſica contracta et calloſa, vel ad quamuis

dilata-

dilatationem inepta, mixtionis inuoluntariae plurium annorum cauſſa exſtitit, quae alias ſaepe vrinae excretionem impediuiſſe obſeruatur. Praeter tres p. 316. obſeruationes de vi lithontriptica remedii anglicani, ex actis Pariſienſibus deſumtas, vnam etiam ex ſuis Cl. Auctor addit, vbi in viro, febre lenta iam afflicto, tota calculi veſicae ſuperficies roſa, ſimul autem renes et veſica exulcerata inuenta ſunt. Hydropis p. 357. ouarii, quod ad minimum quinquaginta libras aquae ſordidae continebat et, hac emiſſa, duodecim libras pondere aequabat, et cum tuba fallopiana a natiua forma plane degenere coaluerat, ſtupenda hiſtoria recenſetur. Aeque miranda eſt hiſtoria tumoris ſcirrhoſi p. 391. in iuuene, omnibus vertebris lumbaribus inſidentis et a vaſis maioribus traiecti, qui aegrum poſt aliquot a ſui initio menſes confecit. In tympanite chroni- p. 432. ca inteſtina, nonnihil quidem flatulenta, inculpata tamen apparuere, maximo flatuum prouentu a ſolo peritonaeo cohibito. Miratu quoque dignum eſt, p. 534. in iuuenis leucophlegmatici, ſubita morte exſtincti, cadauere, thoracem ſiniſtrum, pure repletum, deprehenſum eſſe, nullis ferme pulmonis veſtigiis relictis: quum tamen nullum vmquam morbi pectoris indicium fuerit. Cachectici, hydrope pectoris exſtincti, T. II. qui ſolum in latus ſiniſtrum decumbere potuerat, p. 125. cadauer apertum colluuiem ſeroſam non in hoc latere, ſed in dextro conſpiciendam praebuit. In ca- p. 158. dauere feminae, quae antea febre tertiana, acerbiſſimo capitis dolore ſtipata, affecta fuerat, hac autem numeroſis venaeſectionibus fugata, ſubito ſyncope occubuerat, praeter alia venae cerebri et ipſius plexus choroidei inanes et flatulentae repertae ſunt. Idem poſt peripneumoniam, viginti quinque venae- p. 163. ſectionibus debellatam, in cadauere viri, in quo et reliquae corporis partes exſangues fere apparuerunt, nec non in virginis chloroticae, plus quam centum

venae-

p. 188. venaeſectiones paſſae, cadauere obſeruatum eſt. In cadauere viri, ſenio iam propioris, recurrente apoplexia interemti, cerebrum nihil exhibuit morboſi, niſi glandulam pinealem nucis iuglandis magnitudine, ſubſtantiae denſiſſimae et carcinomatis naturam
p. 292. redolentem. Cadauer hominis, qui cephalaea atrociſſima et tuſſi cum ſputo nonnumquam purulento affectus fuerat, pulmones ſanos et ſinus frontales et occipitales (forte ſphaenoidei) pure repletos exhibuit, quum antea quiuis morbum pulmonum ad-
p. 294. eſſe ſuſpicaretur. In ſuſpenſis muſculi maſtoidei ſaepe diſſecti inuenti ſunt, ita quidem, vt extrema bina vltra pollicem diſtarent, ſola vagina membra-
p. 297. nacea, eos inueſtiente, integra relicta. Polyporum laryngis, obſtructa aeris via, ſubitam mortem indu-
p. 303. centium, duo exempla memorabilia recenſentur. In cadauere feminae per decennium haerens thyreoidea glandula, hydatidibus referta, trachea autem carie exeſa et ſarcomate, quaſi pendulo ex ramentis membranaceis dilaceratarum hydatidum obſita, inuentae
p. 328. ſunt. In cadauere hydropici, vltimis vitae diebus de dolore ſummo in latere abdominis conqueſti, reperta eſt cauitas ampliſſima inter binos latiores muſculos, quae vltra duas libras ſanguinis floridi et
p. 329. congrumati continebat. In cadauere iuuenis, qui in laboribus ſuis abdomine crepidini tabulae incubuerat, muſculi bini recti abdominis diſciſſi inuenti
p. 346. ſunt, ſuperſtite duntaxat membrana. Cadauere vetulae, diuturno rheumatiſmo afflictae, aperto, muſculi artuum inferiorum aridi, exſiccati et quaſi tendinei, oſſa nonnulla inter ſe coalita, alia e ſede depulſa, comparuerunt.

p. 365. Obſeruationibus his ſubiungitur demum index totius operis, noſologico ordine digeſtus, quem operoſum laborem Cl. PORTAL acceptum referimus. Qui quidem index, quo vtilior eſſet, ita confectus

eſt, vt altera plagulae columna ſymptomata morbi, quantum quidem de ipſo conſtat, breuibus recenſeantur, oppoſita autem extiſpicia doceat; nominato ſimul eo libri loco, in quo conſcripta obſeruatio legitur. Ordo ipſe prorſus fere idem eſt, quem in ſynopſi praxeos medicae Cl. LIEUTAUD ſibi praeſcripſerat: ita, vt in parte prima, morbos generales internos reſpiciente, febres, morbi interni capitis, pectoris et abdominis; in ſecunda, morbos externos complexa, generales et incertae ſedis, externi capitis, trunci et artuum, ac denique cutis affectus; in tertia morbi ſequioris ſexus et infantum pertractentur.

VII.

Tractatus medico-chirurgico-chemicus de cancro et ſpina ventoſa curabilibus per medicamentum hactenus ſecretum, nunc communicatum, editus a FRANCISCO XAVERIO DE MARE, Philoſ. ac Medic. D. Vienn. 1767. typis Io. Th. nob. de Trattnern 8. 6. pl. c. praefat.

Quo edidit Cl. Auctor hunc libellum conſilio, eodem idem a nobis quoque indicatur. Moleſtiis et cruciatibus enim aegrorum, his morbis laborantium, profecto ſummis permotus et exemplo Ill. STOERCKII excitatus, methodum quandam his morbis medendi, quam ſaepe efficacem inuenit, hic cum eruditis communicat. Abſoluitur tota haec tractatio, praemiſſa ſcirrhi, ex quo carcinoma tandem oritur, conſideratione, duobus capitibus, quorum vnum deſcriptionem carcinomatis habet, alterum ſpinae ventoſae in ſe continet rationem. Quibus omnino expenſis, remedium aliquod eiusque praeparatio vna cum quibuſdam obſeruationibus

chemicis,

chemicis, et applicatio proponitur, tandemque nonnullis horum morborum hiſtoriis illuſtratur.

Scirrhi itaque ſede, quae in glandulis eſt, demonſtrata et cauſſis nonnullis externis aeque ac internis, v. c. coloſtrum in mammis, ſuo ſero orbatum et ſtagnans, nec non menſtruorum ceſſatio, erutis, venit Cl. Auctor ad primum de cancro caput.
p. 17. Quamdiu enim praeter tumorem, qui interdum ex nimia arteriarum diſtenſione cancri animalis refert figuram et duritiem, nullus alius adeſt ſenſus, ſcirrhus eſt; excitato vero dolore lancinante, pruriente, pungente, calente, etiamſi non continuo, cancer occultus ſeu verus vel iam apparet, vel mox apparebit, quoniam ille dolor indubiam prodit differentiam ſcirrhi et carcinomatis. Prouenit hic dolor potiſſimum ab inflammatione, quam, ſi leuis adhuc
p. 22. fuerit, nec diu durauerit, Cl. Auctor, prudenter applicato emplaſtro ſaturnino ſeu aceto lithargyrii, magna aquae copia diluto, ſaepe coercuit. Quamdiu autem dolor abeſt, tam diu abſit quoque ex ſententia Cl. Auctoris omnis externa irritatio, vt affluxus, et optimorum humorum, ad hunc locum im-
p. 40. pediatur. Arbitratur enim Noſter cum Ill. SWIETENIO, cancroſi ichoris corroſiuam et putridam indolem non ſemper a ſanguinis ſeu humorum in vniuerſum cacochymia proficiſci, ſed cancroſam maſſam ſtagnantem affluentes, etiamſi optimi ſint, humores in ſimilem malignitatem mutare. Interim largitur lubenter, cacochymiam humorum ſaepe eſſe carcinomatis cauſſam, tumque ſuadet eius internam correctionem, quo externum remedium, ab eo propoſitum, eo maiori cum fructu applicari queat. Id quod, poſtquam de ſpina ventoſa nonnulla addidimus, trademus.

p. 51. Haec ab acri, in ipſa medulla oſſium nato, humore orta, potiſſimum occupat apophyſes, rarius mediam

diam oſſium partem, cum ibi ſubſtantia tenerrima ſit et veſiculae medulloſae haereant, quibus ſanie corruptis, lamellae oſſeae, ab vtraque parte poſitae, citius attingi poſſint. Hinc ſentiunt hi aegroti ſimiles dolores vt in carcinomate, quos mirae oſſium ſaepe degenerationes, nec non febres, ab irritatione acris materiae pendentes, tandemque mors ſubſequuntur. Ne igitur funeſta haec ſymptomata accidant, praeter remedium a Noſtro commendatum externum, interna aegro propinentur medicamenta neceſſe eſt, vt ſimul ad varias cauſſas, v. c. cacochymias et varias, luem veneream, externam contuſionem, ſemiluxationem etc. reſpiciatur; quorum medicamentorum plurima, a Noſtro laudata, ex BOERHAAVIO et SWIETENIO repetita ſunt. His praemiſſis, deſcribit Cl. Auctor ſuum, quod externe eſt applicandum, remedium, cuius methodum parandi, iiſdem verbis, reddimus:

„Recipe ramentorum ferri lotorum et ſupra ignem in vaſe aperto ſiccatorum et minutiſſime contuſorum, ſalis armoniaci, in puluerem redacti, anaticas partes, vncias quatuor, mixta dentur in retortam terream, optime in fundo et circumferentia lege artis munitam, imponatur haec capellae, admoueatur vas vitreum recipiens, quod bene lutetur. Detur ignis in gradu digeſtionis et, dum retorta calefieri incipit, augeatur ſucceſſiue ad ſublimationis, finitaque ſublimatione, ad calcinationis gradum. Hoc facto, ſucceſſiuae refrigerationi committatur retorta et ex refrigerata fractaque accipiatur calcinatum in fundo haerens, caput mortuum teratur et ſubigatur minutiſſime in mortario lapideo, dein ſubactum imponatur in vas vitreum et affundantur ſpiritus vini rectificatiſſimi, empyreumaticum odorem non redolentis, librae duae, agitentur ſaepius primis octo horis, poſt viginti quatuor horas agitatis, denuo inſtilletur p. 68.

 tribus

tribus quatuorue interſtitiis obſeruatis, acerrimi, vt vulgo vocatur, olei vitrioli nigri vncia vna, ad quamvis inſtillationem ſemper tamen mixta agitando, dein in quiete permittantur per viginti quatuor horas; his elapſis, decantetur tinctura, reſiduo vero in fundo affundantur prioris ſpiritus vini librae duae, agitantur iterum pluries, dein extractio de nouo relinquatur per viginti quatuor horas, his tranſactis, inſtilletur iterum, vt prius, olei vitrioli ſupra dicti (et ita praeparati, ſicuti HELLOT praeſcripſit) vncia vna, efferueſcentia finita vero, infundantur ſpiritus tartari ſimplicis vnciae quatuor, agitentur et, finita agitatione, aliquoties repetita, relinquantur in vaſe per viginti quatuor horas: his elapſis, ſecunda haec ſolutio miſceatur priori decantatae et optime ſimul agitentur, tunc parata eſt ad vſum panacaea noſtra anticancroſa. „

p. 70. Additis praeterea nonnullis obſervationibus chemicis, indolem huius medicamenti ſpectantibus, ad methodum illud applicandi deſcribendam accedit Cl. Auctor. In cancro nimirum aperto labia tumida fungoſa ope penicilli vndique illiniantur, caue tamen, ne tangas vulneris profunditatem, ob inſignes, quos tum ſentiunt aegri dolores: dein, ſiccata inunctione, linteolum ſine vlla preſſione applicetur atque ita ter de die continuetur; caeterum vlcus ſemper purum reddatur et ab iis, quae ſeparata ſunt, liberetur. Idem fieri debet in ſpina ventoſa, vbi cutis aperta apparuit; tumores vero, ſanie imminuta, ſaepe ibi naſcentes, emplaſtro, ex oleo radicis conſolidae maioris, herbae et florum hypericonis, florum verbaſci, cera flaua, ſeuo ceruino et ceruſſa Veneta, aceto lithargyriſato et camphora, in oleo ſoluta, confecto, obtegendi et emolliendi ſunt. Vtroque vlcere ita illinito, cruſta conſpicietur, quae, continuata inunctione, ſponte decidet, qua ſeceſſa, reiterata inunctione noua apparebit cruſta et ſic vlcus ſenſim

ſim purificabitur. Interdum quoque, cruſta ſoluta, ac praecipua quidem in ſpina ventoſa, ſanguis, ex vulnere emanans, nihil mali minatur. Continuata enim inunctione, nouae iterum cruſtae formantur, e quibus demum ſanguis, pure mixtus, effluit et certa ſanationis ſpes, remediis internis non neglectis, affulget. Quod ſi vero nimius ob putredinem adeſſet foetor nulla linteamina eſſe applicanda, monet Noſter, vt eo melius exhalationibus putridis via pateat, ac tum puritatis cauſſa, commendat machinam quandam cauam, ex balenae oſſe ſeu ſimili factam, ſerti ad inſtar locum cingens, quae pro ratione vulneris, abſque vlla tamen preſſione, vario modo poteſt adhiberi.

Quod tandem ad obſeruationes practicas a Cl. Auctore, huic tractationi annexas, attinet, in femina, diu cancrum apertum dextrae mammae habente, poſt varia, ab aliis adhibita, remedia, Noſter hac panacaea ita, vti tradidit, vſus eſt, quae, quamquam omnia bene ſuccedebant, illam tamen aegram ob nimiam virium proſtrationem, morbi diuturnitate inductam, non ſeruare potuit, dum, maxima ſanitatis recuperandae ſpe affulgente, tabe confecta periit. p. 88.

In alia vero, ſcirrho nucis auellanae magnitudine per multos annos maxillam inferiorem partis ſiniſtrae occupante, felicius hanc ſuam adhibuit panacaeam. Cruſta enim ita formata, vti ſupra monuimus, ſemper madebat ille locus, eaque ſponte ſeparata, omnis tumor euanuit, nec quidquam, niſi aliqua huius partis rubedo, remanſit. p. 89.

Puella porro ſpina ventoſa in oſſe calcaneo tibiaque quatuorue digitis a tarſo, pedis ſiniſtri et in cubito dextri brachii horrendum in modum vexata, eadem medendi methodo, datis internis ſimul remediis, a malo hoc liberata eſt, nec non iuuenis, per tres ferme annos ſpina ventoſa brachii ſiniſtri laborans, remediis internis in auxilium vocatis, integre ſanatus eſt. p. 90.

VIII.

Hiſtoire de l'Académie royale des ſciences. Année MDCCLXII. Avec les memoires de mathématique et de phyſique, pour la même année, tirés de regiſtres de cette Académie. A Paris de l'imprimerie royale 1764. 4. 3 Alph. 14 pl. tab. aen. 34.

i. e.

Hiſtoria et Commentarii regiae Academiae ſcientiarum Pariſinae, ad annum MDCCLXII.

Ex hiſtoria academiae ſequentes potiſſimum articuli hic commemorandi ſunt.

p. 35. In obſeruationibus phyſicis vniuerſalibus refertur: 1) non procul ab oppido *Compiegne*, eos, qui nouam parabant viam, magnam oſtreorum petrificatorum copiam ibidem inueniſſe, in ſtrata ita collectam, vt mare hunc locum olim obtegiſſe, ſatis apparuerit: 2) die XI ian. 1762 in arce *de la Mormaire*, inter tonitrua et fulgura, leuem terrae motum perceptum eſſe: 3) Argentorati fabrum cultellarium, dum molam, qua ad acuendos cultros hi artifices vtuntur, circumageret, a molendinario lapide, cum magno fragore diſſiliente, vulneratum eſſe. Cl. MORAND, qui tunc Argentorati commorabatur, in cauſſas huius infortunii inquiſiuit, hicque modum docet, molas iſtas ita fabricandi, vt ſimile quid non accidere poſſit.

p. 53. *Obſeruationes anatomicae* continent hiſtoriam hominis, qui poſt inſignem pectoris oppreſſionem et catarrhum chronicum, tuſſi tandem reiecit ramoſum aliquod corpus, intus cauum, figuram bronchiorum perfecte exprimens. Nulla haemoptoë corporis huius excretionem ſequebatur, et, licet purulenta

rulenta materia per aliquot dies ſcreatu reiiceretur, aeger tamen integram recuperauit ſanitatem. In ſimili corpore, quod, a foemina quadam tuſſi eiectum, Cl. MARCORELLE, qui huius obſeruationis Auctor eſt, examinauit, in ſinibus ramorum veſiculas aëre turgidas deprehendit. Probabile itaque eſſe putat, corpora illa fuiſſe internam aſperae arteriae tunicam, ab externa ſeparatam, creditque, illam iterum reſtitui poſſe.

In *obſeruationibus botanicis* legimus, Cl. MONTET notaſſe, *fungum maximum pedis equini facie*, qui in quercu creſcit, etiam copioſe in truncis fagorum reciſorum inueniri, eademque virtute ſtyptica pollere, quae in quercino deprehenditur. Idem deſcribit morbum, qui in dioeceſi Aleſienſi (*Alais*) moros albas, quae copioſe ibi coluntur, deuaſtauit. Exſudabat ſub eius initio, ex trunco arboris aqua, quae corticem nigro colore tingebat, vnde paulo poſt arbor exaruit. p. 73.

Elogia tria huic hiſtoriae annexa ſunt, Cl. ſcilicet NICOL. LUDOV. DE LA CAILLE, STEPHANI HALESII et IACOBI BRADLEYI. Et STEPHANUS HALESIUS quidem, vir ſolidiore eruditione non minus, quam modeſtia ſua inſignis, cuius ſcripta phyſico-mathematica, omnes eruditos plurimi facere, neminem fugit, natus eſt in comitatu Cantienſi Angliae a. 1677 die 28 ſept. ex ſtirpe ſatis nobili et antiqua. Deſtinatus erat a parentibus ſacro ordini, ad quem, vt recte praepararetur, vndeuiceſimo anno Cantabrigiam mittebatur, vbi excellens eius ingenium, ſummaque eius ad phyſicas et mathematicas diſciplinas propenſio, cito eminebat. Quo tempore etiam chemiam, botanicam et anatomiam non negligebat, vt potius inuentis quibuſdam anatomicis egregias animi dotes luculenter proderet. Admotus deinde fuerat variis muneribus ſa- p. 197. p. 213. p. 231.

 cris,

cris, donec in vicinia vrbis regiae locatus, a. 1718 ſocius regiae ſocietatis eligeretur. Primum, quod offerebat ſocietati huic induſtriae et doctrinae ſpecimen, occupabatur in declarando motu ſucci plantarum, ex quo egregium illud *ſtatices vegetabilis* et *analyſeos aëris* opus, 1727 editum, pronatum eſt. Anno 1733 *haemaſtaticam* et experimenta circa calculum publicauit, hiſque ingenii documentis tantam inter ſuos quoque famam acquiſiuit, vt ab academia Oxonienſi, ſine eius precibus et, licet nunquam in hac academia ſtudiis incubuiſſet, Doctoris theologiae honore ornaretur. A. 1734 libello, de noxiis effectibus ſpiritus vini in ſanguinem, ciues ſuos ab abuſu liquorum ſpirituoſorum reuocare tentauit. A. 1739 aliud ſcriptum edebat, in quo docuit, quomodo aqua marina ad potum apta reddi et, quae ad victum pertinent, in nauibus conſeruari poſſint, atque ob id praemio Copleyano ornabatur. Remedium deinde iſtud Stephenſianum celeberrimum contra calculum examinauit, tandemque poſt tres annos egregium illud ventilatoris inuentum publicauit, a quo tempore, praeter varios commentarios, Tranſactionibus philoſophicis inſertos, nil edidit. An. 1753 ſocius academiae Pariſinae factus, ſenio tandem confectus, d. 4 ianuarii 1761 *Riddingtoni*, quo verbi diuini miniſter erat, licet eleemoſynarius a Principe vidua Waleſiae conſtitutus eſſet, obiit.

Commentarii in hoc volumine ſequentes habentur:

p. 1. 1) *Deſcriptio noui emboli, quo frictiones inſigniter minuuntur ac coria tanto magis durabiliora redduntur.* Auctore Cl. PARCIEUX.

p. 10. 2) *Obſeruationes de quantitate argenti, quod poſt diſquiſitionem docimaſticam cineritia, ſeu ſic dictae capellae*

ſpellae continent. Auctore Cl. TILLET (*). Plura nimirum cineritia, lithargyrio impraegnata, in pulueres tenuiſſimum comminuit, huiusque pulueris vncias duas cum ſex vnciis tartari albi et tribus vnciis nitri depurati commiſcuit, poſthac crucibulo commiſit, igneque excitato et detonatione peracta maſſam fudit. Crucibulum, ab igne remotum, tres pene drachmas plumbi reducti dedit, quod, cineritio impoſitum et ſub fornice more conſueto diſquiſitum, plus argenti praebuit, quam plumbum, nondum in vſum docimaſticum adhibitum, praebere ſolet. Aliud experimentum, rigoroſius a Noſtro inſtitutum, rem magis illuſtrat: ſumſit nimirum duo cineritia, quae, nondum vſurpata, drachmas quatuor pondere aequarunt, poſthac autem, lithargyrio impraegnata, vnciae pondus habuerunt. Haec, in puluerem comminuta, cum tribus vnciis tartari albi et vncia vna cum dimidia nitri depurati commiſcuit et ad methodum ſupra deſcriptam diſquiſiuit, ſicque ex plumbo duo grana cum dimidio argenti obtinuit, cum tamen plumbum, nondum in vſum docimaſticum impenſum, non niſi quartam partem grani argentei aut infra praeberet. Ex his colligit Cl. Auctor, vulgarem argenti docimaſiam non adeo accuratam eſſe, cum argentum, cum lithargyrio in cineritium abreptum, non computarent docimaſtae; quapropter ad accurate definiendum pondus argenti plumbum ex lithargyrio reducere, denuoque ſub fornice docimaſtico in cineritio explorare, ſicque demum pondus argenti, ita depurati, determinare ſuadet. Cum praeterea ex his experimentis pateat, argenti partem cum lithargyrio in cineritium abripi, idque eo magis, quo maius pondus plumbi adhibitum fuerit,

(*) Lecta d. 6. Febr. 1762.

plumbi quantitatem non maiorem, ac neceſſaria ſit, adhibendam eſſe, monet.

p. 17. 3) *Diſquiſitio, de quam plurimis claſſibus eorum omnium graduum aequationum, quae algebraice ſolui poſſunt*, inſtituta a Cl. BEZOUT.

p. 53. 4) *Commentatio de ochra.* Auctore Cl. GUETTARD. Naturam ochrae, variis artibus mechanicis inſeruientis, diſquirens Noſter, primo eius locum natalem deſcribit, triumque eapropter locorum, vbi effoditur, meminit. Primum horum ipſe examinauit, duo alia, ab aliis deſcripta, communicat. Locus a Noſtro diſquiſitus, in parochia *Bitry* ſitus eſt. Fodina haec ad ſummum pedes triginta profunda et ſeptem vel octo ampla eſt; primum ſtratum arena, humo miſta (*ſable terreux*), alterum argilla ex albo cinerea ſeu ex coeruleſcente nigra, tertium argilla ex rubro violacea, quartum ſpecies lapidis arenacei flaui, ſeu ex fuſco flaueſcentis, vltimum ochra format, ſub qua arena deprehenditur. Ochra, quam primum effoſſa, admodum flaua eſt, ſenſim vero in aere, dum exſiccatur, colorem leuiter cinereum obtinet et, ſi in furno, vbi lateres coquuntur, per tres dies noctesque igni exponitur, rubrum colorem acquirit. His praemiſſis, naturam ochrae Noſter nunc conſiderat, variisque veterum de ochra ſententiis additis, aſſerit, ochrae nomen promereri terram quamcunque, quae tactu pinguis ſit, linguae adhaereſcat, in igne induretur, intenſiori igne diſquiſita vitrum impurum praebeat, cum phlogiſto miſta et forti igne tractata, ferreas particulas exhibeat, neque demum ab vllo acido minerali, ſed ab aqua communi ſoluatur. Ex his ſecundum Noſtri ſententiam facile cognoſci poterit, num flauum illud Neapolitanum, *giallolino* dictum, *ſil Syriacum*, *almagra recentiorum*,

rum, ſeu *ſil Atticum*, *bolus Veneta*, *terra viridis*, *terra vmbra*, *terra Colonienſis*, *lapis Armenus*, *creta nigra* aliaeque ſubſtantiae, ad ochras refertae, his adnumerari poſſint, nec ne. Sic flauum Neapolitanum nil niſi colorem cum ochra commune habet; ochram autem, hic deſcriptam, nequaquam pro effectu ignis ſubterranei, ſed pro terra naturali habet Cl. Auctor, ſiquidem ſtrata, quae hic ſe inuicem excipiunt, ordinem ſeruant, qui nunquam pro effectu ignis ſubterranei haberi poteſt. Colligit potius Noſter, ochras argillas eſſe, a materie ferrea tinctas, hasque pariter ac illas non per ignem ſubterraneum, ſed per aquas, vel per alias cauſſas, ab igne non dependentes, depoſitas eſſe. Itaque flauum Neapolitanum reliquasque terras, ſupra memoratas, ochris non accenſet Noſter, hisque non niſi argillas coloratas (*glaiſes*) adnumerandas eſſe, autumat.

5) *Obſeruatio eclipſis quarti Iouis ſatellitis in regio obſeruatorio* die 25 ian. 1762. *facta* a Cl. MARALDI. p. 74.

6) *Commentarius ſuper oculis nonnullorum piſcium*, auctore Cel. HALLERO *). Cum theoria viſus et organi huius ſenſus cognitio inſigniter olim aucta ſit, Cel. PETITI obſeruationibus, qui quadrupedum et auium oculos ſollicite examinauit, Ill. HALLERVS eadem ratione piſcium variorum oculos diſſecuit, eaque, quae praecipue notatu digna in iis detexit, hic Academiae communicat. Dolendum tamen eſt, Ill. Auctorem ob diſtantiam, in qua habitabat, a mari, piſcium tantum in aquis dulcibus reperiundorum oculos diſquirere potuiſſe, ita, vt relicta ſit contemplatio oculorum piſcium marinorum aliorum ſtudiis, quibus eorum copia contigerit. Licet vero ma- p. 76.

*) Lecta d. 20 mart. 1762.

xima pars obſeruationum, quae in hoc commentario continentur, ab Ill. Auctore T. V. *Elementorum Phyſiologiae* (*), in quo de viſu diſſerit, inſerta ſit, praecipua tamen ex eo hic cum Lectoribus communicare, quoniam in recenſione eius, in minutioribus iſtis non morari potuimus, operae pretium eſſe ducimus. *Sectione prima* de *neruo optico* piſcium diſſeritur. Craſſior ille eſt, quam in reliquis animalibus. In omnibus vero piſcibus tubercula, quae loco thalamorum opticorum ſunt (**) caua intus deprehenduntur, vt in auibus, atque ex iis neruus duplici radice, anteriore et poſteriore ſcilicet, oritur, quarum vltima interiorem partem nerui optici tenet, fibrisque medullaribus ſatis conſpicuis componitur. Vtriusque autem lateris thalami transuerſa commiſſura duobus in locis vniuntur; cum contra in piſcibus coniunctio illa neruorum opticorum, quae in quadrupedibus adeſt, non reperiatur, licet ſe in omnibus ita decuſſent, vt neruus, in ſiniſteriore latere ortus, dextrum et dexterior neruus ſiniſtrum oculum adeat. Qua vero parte ſe decuſſant, ibi celluloſis nonnullis filis ſibi inuicem adhaerent. Alii quoque duo nerui praeter opticum, ciliaris ſcilicet et muſcularis orbitam adeunt. Exterius vero vagina ſolidiore et pia matre vaſculoſa obducuntur. Interius laminae medullares complicatae in vnum funiculum coniunguntur, quam fabricam MALPIGHIVS iam in thynno vidit. Inſeruntur in bulbi latere interiore, loco, ſatis ab axi longitudinali remoto; quae *nerui in-*
p. 78. *ſertio ſectione ſecunda* ab Auctore deſcribitur. Maxima hac in re in diuerſis piſcibus obſeruatur varietas, cum in aliis illa cum quadrupedum, in aliis cum auium fabrica conueniat. In cyprino, muſtela, tinca etc. neruus ſatis craſſus, ſcleroticam penetrans, primo

*) Vid. *Comment.* Vol. XII. p. 292 ſeq.
**) Vid. *Element. Phyſ.* T. IV. p. 592.

primo *membranam argenteam*, quae in piſcibus loco choroideae eſt et deinde aliam membranam vaſculoſam emittit, quae piſcibus propria eſt. Ipſe vero neruus cylindricus adhuc per lineae circiter ſpatium procedit, priusquam in retinam expanditur. In omni hoc tranſitu et nonnunquam iam ante ingreſſum in ſcleroticam, neruum arcte comprehendit *membrana nigreſcens* (*Ruyſchiana*) ex pia matre nerui orta. Lamina vero cribroſa, per quam in quadrupedibus fibrae medullares in internum oculi cauum penetrant, in piſcibus plane deficit, ita, vt neruo, digitis compreſſo, medulla non in filamenta diuiſa, ſed integra, maſſae ſub ſpecie, egrediatur. Nerui vero finis in aliis piſcibus circularem ſcyphum (*coupe ronde*), in aliis ſemicirculum refert. In cyprino aliisque piſcibus ex circulari ſcypho plurima filamenta egrediuntur, quae verſus omnem ambitum in tenuem membranam, quam *arachnoideam* Noſter dicit, et vt internam retinae membranam conſiderat, expanduntur. Ad auium vero fabricam, quae in truttae, ſalmonis etc. oculis ſtructura deprehenditur, accedit. Membranae fere eaedem, quas diximus, neruum inueſtiunt. Ille vero non ſcyphum format, ſed in arcum dilatatur, retinamque per rimam membranae nigreſcentis praelongam et ellypticam emittit. Ipſa vero retina appendice ſimili ei, quae in auibus adeſt, ſuſtinetur; *pecten* autem (quod PETITUS in auibus deſcripſit) in piſcibus plane deeſt. Quaenam autem diuerſitatis huius, in diuerſis piſcium generibus obſeruatae cauſſa ſit, ſe ignorare Cel. Auctor fatetur. Docet tamen, vel ex hoc exemplo patere, non commode per analogiam ex vno gere ad alterius naturam concludi poſſe. *Tertia ſectione de retina* diſſeritur, cuius tunicae ſtructuram, ſi p. 81.
ea, quae RUYSCHIUS et ALBINUS, ſummi viri, hac in re praeſtiterunt, exceperis, ſatis adhuc obſcura

ſcura eſt. Suſpicati quidem ſunt varii, eam in duas laminas diuidi poſſe, nemo tamen adhuc id in homine, ob ſummam huius tunicae mollitiem praeſtare potuit. In piſcium autem oculis recentibus haec res facillime ſuccedit, ſi, exterioribus tunicis caute ſeparatis, retina cum humore vitreo ſpiritui vini immittitur. Poſt aliquot enim dies retina in duas membranas ſeparari poteſt, exteriorem ſcilicet pulpoſam, albam, et interiorem medullarem, quam *arachnoideam* Ill. Auctor dicit, quae pulcherrimo ſpectaculo in ſtrias fibrasque rectas expanſa, vitreo humori incumbit. Facillime hoc in cyprino et tinca detegitur, atque in vniuerſum duplex retinae lamella in omnibus animalibus adeſſe videtur, cum in ſue, fele, gallopauone, anſere et ardea illam Cel. Auctor inuenerit. Rubra autem in retina vaſa in piſcibus nunquam vidit. Tegitur vero retina in vniuerſum, in ea, qua reliquas oculi tunicas ſpectat, ſuperficie, muco quodam nigro inorganico, ex *nigra tunica* exſudante, qui veram quaſi membranam refert, quo illorum, qui in choroidea viſus organon quaerunt, ſententia, plane refellitur, cum impoſſibile ſit, vt per eum radii lucis ad illam tunicam penetrare poſſint. Anterius autem retina circa confinia corporis ciliaris deſinit, eique ope circuli, qui vitreo humori agglutinatur, adhaeret. Humor autem *vitreus*, de quo *quar-*
p. 84. *ta ſectione* Auctor Cel. exponit, paruus eſt parumque conuexus. Carent piſces corona ciliari, vt vuea immediate corpori vitreo incumbat. Vaſa vero huius humoris duplicia, anteriora et poſteriora, facile deteguntur. In cyprino ſcilicet et tinca hoc loco ex nigra choroideae lamina taenia aliqua dentata, expanſione retinae tecta, procedit. Huic vas rubrum inſeritur, cuius truncus ad lentem pertinet, ex quo vero primum rami prodeunt, qui totum humorem vitreum circuli inſtar anterius ambiunt. Duplex vero

vero rete vaſculoſum ibi deprehenditur, venoſum atque arterioſum, ex eoque rami oriuntur, qui cum vaſis poſterioribus, mox deſcribendis, circa omnem conuexitatem vitrei humoris pluribus anaſtomoſibus iunguntur. Oriuntur haec vaſa poſteriora ex trunco centrali retinae, vno ramo, qui mox in ramos plures tanquam radios ſecedit, verſus anteriora excurrentes. In ſalmonibus autem aliisque piſcibus, ex eo loco nerui optici, quo ille longior fit et arcum format, arteriolae procedunt, nigro pigmento obductae, quae circa conuexam vitrei humoris partem rete faciunt. Quando vero anterius ad vueam accedunt, membrana acceſſoria ab ea tunica aliisque vaſis augentur, ſicque membranaceam campanulam formant, maculatam, intus albam, quae in acutum mucronem abit, ex quo plurima fila capſulae lentis adhaerent. Centralis quoque nerui optici truncus ramos in his piſcibus humori vitreo dat. Varietates et alias ſubtiliores deſcriptiones, ſine figuris vix intelligendas, hic omittimus. *Quinta ſectio* de *lente* p. 87.
cryſtallina piſcium agit. Maxima illa eſt et multum conuexa, atque in cameram oculi anteriorem ita anterius eminet, vt nulla camera poſterior ſuperſit. Non perfecte ſphaerica eſt. Vaſa lentis cryſtallinae Ill. Auctor in aue lacus Lemani, quam *Mergi* ſpeciem fuiſſe coniicimus, vidit, ex circulo vaſculoſo retinae orta. In piſcibus quoque vaſa ad anteriorem vſque capſulae partem perſecutus eſt. Poſteriora vaſa ex centrali retinae oriuntur. *Choroidaea* piſcium, de qua *ſexta ſectione* Auctor Cl. diſputat, tri- p. 89.
bus, vt ſupra iam monuimus, laminis conſtat, *argentea* ſcilicet externa, *nigra* (*Ruyſchiana*) interna, muco nigro interius obducta et *vaſculoſa*, quae his duabus interiacet, de cuius ortu ſuperius diximus. Vaſa autem ſub ingreſſu nerui optici orta, poſtquam ſcleroticam perforarunt, partem quandam conſtituunt,

tuunt, nondum pro dignitate rei deſcriptam, piſcibusque propriam; annulum ſcilicet, ferri equini figuram habentem, gelatinoſum et rubellum, qui, ſi ſicceſcit, vel ſpiritui vini immiſſus eſt, carnem quaſi refert. Vſum huius organi Cel. Auctor definire non audet. Credit tamen, illud circulo ſanguinis inſervire et ſphincteris lamelloſi munere fungi, atque, ſi breuior fit, illius ope Ruyſchianam tunicam et len-
p. 91. tem verſus neruum trahi. De *vuea* et *corpore ciliari ſeptima ſectione* diſſeritur. Iris ſiue anterior vueae lamina facile in piſcibus a poſteriore ſeparari poteſt. Pupilla autem luce irritata, in iis non contrahitur. In oculo felis iunoris ſubmerſae Cel. Auctor pupillam ab externo calore ſe contrahere, atque deinde iterum dilatare vidit. Repetitum vero experimentum ſucceſſu caruit. Corpus ciliare omnino ex Cel. Auctoris mente lentem cryſtallinam retinet, eique adhaeret, licet plures diſſectores et inter hos beatus ZINNIVS hoc negent. Gluten ſcilicet nigrum radios corporis ciliaris capſulae vnit, ſuperficiesque eorum interior, eiuſdem glutinis ope ſulcis coronae ciliaris agglutinatur. In fele et ardea haec adhaeſio manifeſte adeſt. Leuior vero putredinis gradus hunc nexum tollit, in quo cauſſa latet, cur eam ZINNIVS aliique in hominibus detegere non po-
p. 94. tuerunt. *Vltima* tandem *ſectione* docet Auctor Cel. corneam in plurimis piſcibus planam fere eſſe, licet in muſtela ſatis conuexa ſit. Humore aqueo piſces non carent, viſcoſus tamen eſt. Satis vero fluidus in ſalmone reperitur. Vitreus autem humor gelatinoſam naturam habet.

p. 96. 7) *Methodus inueniendi accuratiſſime motum Veneris vel Mercurii horarium, cum per diſcum ſolarem transeunt, praeſcripta a Cl.* DE LA LANDE.

8) *Com-*

8) *Commentatio de ſalinis comitatus Burgundiae, de vitiis ſalium, quae ſub forma panis ibi venduntur,* (ſels en pain) *deque methodo ea corrigendi.* Auctore Cl. MONTIGNY*). Cum ſal culinare, quod in Burgundiae comitatu obtinetur et in vſu eſt, ob deprauatam indolem neque ad ſaliendos caſeos, quorum tamen magnum ibi commercium faciunt incolae, neque ad ſaliendam carnem aptum ſatis repertum fuerit, incolaeque dictae prouinciae iuſtas ob id querelas ad regem detulerint, Noſter pariter ac Cl. HELLOT iuſſu principis experimenta ſollicite inſtituerunt, de quibus, quid detectum fuerit, ſumma quaſi in hac commentatione communicatur. Partes conſtituentes tam fontium ſalinorum, quam ſalinarum memoratae prouinciae praeter ſal marinum ſeu ſal gemmae ſunt gypſus ſeu ſelenites, ſalia compoſita, quae ex acido vitriolico et baſi terrea, vel ex eodem acido et baſi alcalina conſtant, ſalia porro deliqueſcentia, quae ex acido ſalis marini et baſi terrea conſtant, terra inſuper alcalina admodum alba, tandem argilla colorata valde ſubtilis, et nonnullae partes pingues bituminoſae fortem odorem petrolei de ſe ſpargentes. Sal, quod paruas cryſtallos praebet, alcali terreo abundat; ex quo colligendum eſt, eiuſmodi ſal pro neutro habendum non eſſe. Sal contra, quod magnas cryſtallos dat, pro neutro habendum eſt; magnas autem et puras cryſtallos non niſi per euaporationem admodum lentam obtineri, experientia docet. Sal demum, quod ſub forma panis venditur, omnium maxime impurum eſt, ſiquidem ex cryſtallis paruis et lixiuio, quod e formatis cryſtallis paruis remanet, paratur. Cum autem in lixiuio non ſolum ſal marinum, ſed et ſelenites, ſal mirabile Glauberi, ſal marinum terram pro baſi habens, terra inſuper calcarea et materiae pingues contineantur, atque

*) Lecta d. 21. April. 1762.

atque praeterea ipſa praeparatio ſuper prunis ardentibus inſtituatur, ſal iſtud non niſi impurum atque tum ob peregrinas haſce ſubſtantias, tum etiam ob ambuſtionem amarum, empyreumaticum et acre euadere poſſe, Noſter colligit. Caeterum nullum vitriolum ferri, cupri, aut zinci, neque vllam ſubſtantiam mercurialem, antimonialem aut arſenicalem, neque vllam aliam noxiam ſubſtantiam, vt tamen putarunt, iſti ſali inhaerere, per experimenta euictum eſt. Ad depurandum ita ſal, quod panis formam habet, aquam puram Noſter adhibuit, ita nimirum, vt hac ipſa fruſta ſalina irrorata ab adhaerentibus partibus peregrinis per deguttationem liberarentur; poſthac autem fruſta illa adhuc madida non ſuper prunis ardentibus, ſed in concamerationibus, ſingulari modo conſtructis, ita, vt calor furni intraret, exſiccationi expoſuit, ſicque fruſta ſalina ſicca et pura, a partibus peregrinis liberata, obtinuit.

p. 131. 9) *Examen quaeſtionis inter Aſtronomos exortae de methodo computandi aequationem temporis, inſtitutum a Cl.* DE LA LANDE.

p. 137. 270. 10) *Annotationes in nonnulla phaenomena, quae ad electricitatem poſitiuam ac negatiuam probandam adhibentur, ſuppeditatae a Cl.* NOLLET. Quam Vir Cl. inde ab initio, quo innotuit ac eruditiſſimis phyſicis maximopere ſe commendauit, theoriam electricitatis Francklineanam impugnauit, eam, cum ab omnibus controuerſiis maxime ſe abhorrere profiteatur, ſolius veritatis amore tanto lubentius denuo adgreditur, quo anterioribus examinibus eius theoriae ſe id obtinuiſſe certus animaduertit, ſectatores FRANKLINI, inter quos eminet WILSONVS, coactos fuiſſe, noua, dum antea capta parum ad id idonea cognouerint, experimenta, ad probandam electricitatem poſitiuam

tiuam ac negatiuam conquirere. Haec nunc ſub examen vocat, ac diſquirit, vtrum ita ſint comparata, vt per ea extra dubium duplex illud electricitatis genus conſtituatur. In anteceſſum vero monet primum, ſe non pugnare contra terminos poſitiuae ac negatiuae electricitatis, ſiue quae fit per condenſationem ac rarefactionem, quamuis non poſſit diffiteri, eos eſſe maxime improprios et obſcuros; deinde obſeruat ſedulo ſe non negare, ignes electricos, qui cuſpides et puncta lucida appellantur, conſpici vulgo oppoſita ratione ſitos, prout electriſatio fit vel per globum ſulphureum vel vitreum, ita, vt ex ſitu eorum ſatis certo, licet globus, quo id fiat, videri nequeat, cognoſci poſſit, vtrum conductor vim a materia reſinoſa, an vero vitrea accipiat; tandemque declarat, idque in omnibus ſuis ſcriptis ſe affirmaſſe docet, multoties ſe vidiſſe, corpora, per vitrum electrificata, attracta fuiſſe a corporibus ſulphuris ope electrificatis. Licet vero terminos nouos certis phaenomenis deſignandis deſtinatos, ac ipſa phaenomena vltro cum aduerſariis admittat, veraque eſſe concedat; ex iis tamen non conſequi putat: corpora non alia ratione electrificari, vt volunt, qui Franklinianam hypotheſin aſſumunt, quam impertiendo aliis corporibus eam materiam, qua ipſa abundant, vel recipiendo eandem ab aliis corporibus, in quibus maior eius adeſt copia, adeo vt omnia phaenomena ab vno eodemque vnius materiae flumine producantur. Non agitur itaque de terminis ac experimentis controverſis, ſed eius cardo eo redit, vt propoſitionem hanc vel experimentis vel ratiociniis, inde legitime ductis, probent; cum e contrario Cl. Auctor doceat, phaenomena electrica produci duobus materiae diſtinctis fluminibus, curſu oppoſito in ſe agentibus. Vt vero huic ſuae ſententiae magnam conciliet probabilitatem, oppoſitam Franklinianam dubiam redde-

re conatur examinando parte prima, vtrum aliqua veri ſpecie ſupponi poſſit, fluidum electricum in corporibus condenſari vel rarefieri; ſecunda vero parte conſiderat motus electricae materiae diuerſos, ipſosque perſequendo in iis ipſis experimentis, quae ad declarandam negatiuam ac poſitiuam producuntur, ſatis diſtincte concipi poſſe docet, ſimul et eodem tempore eius materiae duo flumina aduerſi oppoſitique curſus. Quod tanto acumine Auctor tantaque doctrinae phyſices ſolertia exponit, vt nullum ſit dubium, ea ſectatoribus FRANKLINI et inprimis Cl. WILSONO praebitura eſſe occaſionem vberrimam theoriam ſuam vindicandi, eamque multo clariorem reddendi.

p. 161. 11) *Diſquiſitio de ſatellite Veneris viſo vel praeſumto ac de cauſſis breuioris eius apparitionis et longioris occultationis*, auctore Cl. DE MAIRAN.

p. 170. 12) *Obſeruatio de eclipſi lunae, die* 8 *Iunii* 1762 *obſeruata* a Cl. MARALDI.

p. 172. 13) *Commentatio altera de mineralogia territorii Pariſini*, auctore Cl. GUETTARD*). In prima commentatione **) Noſter generalem locorum dedit deſcriptionem, nunc autem ad particularem corporum, ibi deprehendendorum, conſiderationem accedit, de quibus in pluribus commentationibus ſe acturum eſſe, refert. In altera hac commentatione de ſilicibus, ibi occurrentibus, agit, quos reſpectu coloris 1) in ſilices coeruleſcentes; et 2) ex gryſeo flaueſcentes diuidit; reſpectu figurae autem quinque ſpecies enumerat: 1) ſilices lamellatos; 2) globoſos, 3) articulatos, ſeu qui formam ſiliquae habent; 4) anthro-

*) Lecta d. 31 Mart. 1769.

**) Vid. Comment. noſtr. Vol. XI. P. III. p. 398.

anthropomorphos ſeu anthropoglyphos et zoomorphos ſeu zooglyphos; 5) irregulares, qui cum nullo corpore alio comparari poſſunt. De his, quatenus ſingulares formas repraeſentant, ſigillatim nunc agit Noſter, ita, vt non ſolum hi ipſi ſilices nimis profecto ſollicite deſcribantur, ſed et variis iconibus repraeſententur. Hi figurati ſilices, vt Cl. Auctor notat, plerumque a maſſa lapidum, vbi formantur, ſeparati reperiuntur, interdum autem corpori plano affixi deprehenduntur. Nonnulli eorum in lapidibus formantur, qui ex lamellis quaſi conſtant, quae facile a ſe inuicem ſecedunt et, ſi pluuia irrorantur, in ſpeciem argillae coloratae (*glaiſe*) fatiſcunt. Alii in lapidibus formantur magis compactis magisque duris, qui in aere non in lamellas ſeparantur, ſed tractu temporis in eo ſoluuntur et terrae cuidam albae margaceae ortum praebent. Hi colorem album habent, illi vero colorem ex gryſeo virideſcentem. Vtrumque genus ſub primo ſtrato lapidum gypſeorum ſitum obtinet, lapidesque albi ſub lapidibus ex gryſeo-virideſcentibus reperiuntur. Silices autem in interioribus horum lapidum deliteſcunt, nec facile extra eos cernuntur. Caeterum alii horum ſilicum cum chalybe non ſcintillant, alii autem, ſemper tamen difficilius, quam ſilex igniarius ſeu pyromachus, ſcintillas dant. Priores ad illam lapidum ſpeciem, quae cos vocatur, maxime accedere, Noſter autumat. De cotibus autem notat, eos in pluribus locis Galliae et inprimis circa Lutetias Pariſiorum occurrere, a natura indolis calcariae eſſe, in ſilices mutari, et omnes cotes non niſi reſpectu coloris differre, ſique ſint, qui duriores appareant, id tantum a diuerſo gradu maturitatis prouenire. Tandem monet, denominationes corporum naturalium, et inprimis mineralium, quae noſtris temporibus vltra modum adaugentur, citra neceſſitatem accumulandas non eſſe, nihilque tam ri-

 diculum

diculum eſſe, quam enormem illam nomenclaturam, quam ſcriptores hiſtoriae naturalis inſigniter augent. Recte autem monet, ſufficere omnino, ſi corpora et inprimis lapides, per characteres conſtantes, in genera diſcernantur, ſimulque annotetur, haec ipſa corpora ex variis accidentalibus inſigniter variare. Vltimo de cotibus, in Gallia occurrentibus, tabulas adnectit, in quibus loca, vbi cotes occurrunt, eorum colores, effectus aquae fortis in hos lapides, tandemque formae et colores dentritidum, quibus cotes inſigniuntur, annotantur: haſce autem tabulas explicatio octo iconum aere inciſarum, excipit.

p. 205. 14) *Eclipſis lunae partialis* die 8 maii 1762 *obſeruata* a Cl. MONNIER.

p. 206. 15) *Commentarius de oſſibus et dentibus, magnitudine ſua inſignibus*, Auctore Cl. DAUBENTON*). Plura oſſa, in terra reperta, ſub nomine oſſium *Mammuti* ex Sibiria allata, atque in muſeo regio conſeruata, Auctor Cl. cum oſſibus elephantorum recentibus comparat, docetque omnino ad horum animalium ſceleta pertinere. Idem de femoris oſſe, in Canada reperto, probat. Dens vero inſignis eodem fere in loco inuentus, hippopotomi eſt. Aliud os, quod gigantis dicebant, giraffae ſ. camelopardalis radium eſſe, Cl. Auctor, licet nunquam giraffae ſceleta viderit, ex ſola analogia probat.

p. 230. 16) *Annotatio, concernens cauſſam motus detecti in nodis tertii et quarti ſatellitis Iouis, conſcripta* a Cl. DE LA LANDE.

p. 234. 17) *Commentatio prior de natura ſoli regni Poloniae et de mineralibus in eo reperiundis.* Auctore Cl.

GUET-

*) Lecta d. 28 aug. 1762.

GUETTARD *) Regnum Poloniae a Noſtro in partem arenoſam, margaceam, ſalinam et metallicam diuiditur. In priore hac commentatione arenoſam tantum partem conſiderat, ad quam Ruſſia alba verſus orientem et pars Lithuaniae, Curlandia, Samogitia verſus ſeptentrionem, Pomerellia, Pruſſia Polonica, maxima pars Poloniae maioris, Mazouia et Podlachia verſus occidentem, Podolia et parua pars Volhiniae verſus meridiem referuntur. Oſtendit autem Cl. Auctor, ſolum harum regionum arenoſarum ex ſilicibus, quarzo, iaſpide aliisque lapidibus vitreſcibilibus conſtare, quibuſcum fragmenta lapidum calcareorum mixta ſint, ſaepe corpora marina foſſilia continentia, quae tamen interdum ſeparata reperiuntur. Terras praeterea, quae in interioribus maſſae arenoſae ſtrata formant, indolis argillaceae ſeu margaceae eſſe, inque arena ſaepe ſuccinum reperiri et praeter ferri mineras, quae non niſi in locis paluſtribus deprehenduntur, nec vnquam per ſtrata, ſed in fruſtis diſperſis occurrunt, ideoque mineram ferri ſubaquoſam ſeu paluſtrem praebent, nullas alias in dictis regionibus obtineri, perhibet. Tandem aquas minerales, ſed non niſi martiales, atque crebro lacus, raro autem montes, pro monticulis ſeu collibus potius habendos, ibi detegi, refert. p. 237.

18) *Obſeruatio declarans, apparentem diametrum Veneris in ipſo ſplendentis ſolis diſco viſae ſenſibiliter non diminui.* Auctore Cl. DE LA LANDE. p. 258.

19) *Nonnullae phaſes in eclipſi ſolari d.* 17 *octobris* 1762 *obſeruatae* a Cl. DE FOUCHY. p. 262.

20) *Solſtitia aeſtiua per lentem obiectiuam, cuius* 80 *pedum focus eſt, in plano Gnomonis eccleſiae* S. SULPITII *conſtitutam, obſeruata* a Cl. MONNIER. p. 263.

*) Lecta d. 7 aug. 1762.

p. 267. 21) *Diſquiſitio concernens rationem conciliandi obſeruationes in templo* S. SVLPITII *factas cum diminutione obliquitatis ecliptices cognita.* Auctore Cl. DE LA LANDE.

p. 269. 22) *Comparatio altitudinum ſolſtitialium ſuperioris ſolis marginis cum altitudine arcturi anni* 1738, 1743 *et* 1763 *inſtituta* a Cl. MONNIER.

p. 270. 23) Vide ſupra num. 19.

p. 293. 24) *Commentatio poſterior de natura regni Polonici et mineralibus in eo reperiundis.* Auctore Cl. GUETTARD *). Regionibus arenoſis earumque productis perluſtratis, ad reliquas regiones accedit Noſter, ſtatimque monet, Poloniam non pro regno mere plano habendam eſſe, ſed et montes et admodum altos quidem, in quibus lapides et minerae omnis generis contineantur, in ea reperiri. Secundum ordinem, ab Auctore receptum, pars margacea hic primo conſideratur, quae, vt perhibet, tam late, vt metallica, non extenditur, latior ta-
p. 294. men eſt ſalina. Haec ipſa palatinatum Cracouienſem, Sendomirienſem, Lublinenſem, Chelmenſem, Belcenſem, Leopolienſem, vſque ad Volhiniam, immo maximam partem Volhiniae et Podlachiae, forte etiam Kiouiae conſtituit. Regiones hae, quas margaceas vocat, ex lapidibus calcareis et gypſeis conſtant, quae conchilia immixta habent. Praeter ferrum, quod minerae paluſtres largiuntur, nullum inſuper aliud metallum in dictis regionibus occurrit. Caeterum in iiſdem regionibus pauciores lacus paucaque flumina magna deprehendi, Noſter perhibet.

Pergimus

*) Lecta d. 22 dec. 1762.

Pergimus cum Cl. Auctore ad partem ſalinam. p. 307.
Haec ſecundum eius ſententiam ea eſt, vbi fodinae ſalis gemmae fontesque ſalini deprehenduntur, quorum triginta octo enumerat. Spatium, vbi fontes ſalini ſunt, a Sambor vſque ad Kuby viginti ſex milliaria germanica conſtituit; quod autem ad fodinas ſalis gemmae attinet, alia prope Wieliczkam, duo milliaria a Cracouia p. 307.
diſtantem, aliaque prope Bochniam, duodecim milliaria a Wieliczka diſtantem deprehenditur. Praeterea in hac regione terra calcarea cum creta mixta reperitur, interdum ſolum arenoſum eſt, in quo ſilices et conchylia reconduntur; tandem etiam minerae ſulphureae et aquae ſulphureae, nec non lithanthraces deteguntur. De ſalinis infra in peculiari commentatione fuſius agit.

Metallica demum pars, quam montes ſic dicti p. 317.
Carpathici conſtituunt, inter Hungariam et Moraviam nec non Sileſiam vſque ad Moldauiam inter Tranſyluaniam et Ruſſiam rubram ſe extendit. In hiſce montibus omnia genera mineralium et foſſilium contineri, aliorum auctorum teſtimoniis ſuffultus, Noſter docet. Inter fodinas, notatu di- p. 321.
gnas, fodinae Olkutzenſes eminent, quae ſaeculo decimo quarto iam exſtiterunt, quaeque inprimis galenam plumbi maxima in copia praebent. Caeterum rem metallicam in Polonia ob rationes politicas non adeo attendi et incolarum commercium tantum in frumento, lino, cineribus clauellatis, pice vulgari conſiſtere, vixque permitti, vt ex ſcoriis minerae argenti Olkutzenſis argentum extrahatur, Noſter monet. Sub finem deſcriptio figurarum adnexa eſt, vbi in ſex tabulis aeneis varia producta huius terrae et inprimis petrefacta delineata conſpiciuntur.

25) *Diſquiſitio declarans, fieri poſſe, vt Lutetiis* p. 337.
Pariſiorum via facili ac per vnicum canalem ſeu vni-

cum aquae ductum mille aut mille ac ducenti pollices aquae bonae ad eandem altitudinem deducantur, ad quam aqua ex Arcueil in eundem locum pertingunt. Auctore Cl. DE PARCIEUX.

p. 402. 26) *Obſeruationes meteorologicae* an. 1760, 1761, 1762 Varſouiae *factae* a Cl. GUETTARD.

p. 431. 27) *Inueſtigationes phyſico mechanicae ac analyticae, concernentes ſonum et tonos tubarum organico pneumaticarum diuerſimode confectarum.* Auctore Cl. DAN. BERNOULLI.

p. 486. 28) *Diſquiſitio de motu ſolis apparenti et de neceſſitate adhibendi ſolummodo obſeruationes praeteriti ac praeſentis ſaeculi ad deducendum motum nodi Veneris.* Auctore Cl. LE MONNIER.

p. 491. 29) *Annotationes in ſcriptum quoddam de diametro Veneris, lectum in Academia.* Auctore EODEM.

p. 493. 30) *Commentatio de fodinis ſalis gemmae prope Wieliczkam in Polonia.* Auctore Cl. GUETTARD. Fodinae hae ſalis gemmae ad radicem montis ſitae ſunt, ſuper quem vrbs Wieliczka exſtructa eſt. Intrant foſſores haſce fodinas ſiue per puteos funium ope, ſiue per ſcalas ligneas, ſiue per ſcalas, ex lateribus coctis vel lapidibus fabrefactas, quae ex quadringentis et ſeptuaginta gradibus conſtant. Strata ſalis gemmae admodum profunde ſita ſunt. Primum ab ingreſſu ſtratum ex arena vulgari, in Polonia obuia, formatur; hoc excipiunt varia ſtrata argillacea diuerſi coloris, arena plus minus mixta, quorum nonnulla varia conchylia immixta habent. Strata haec argillacea intercipit ſtratum lapideum lamelloſum, indolis calcareae. Vltima ſtrata argilla-

cea

cea per ſpeciem lapidis gypſei ſeparata reperiuntur; ſub quibus demum ſtrata ſalina in conſpectum veniunt. Latitudo et profunditas horum ſtratorum nondum definiri poteſt, cum terminus nondum repertus ſit. Subſtantia huius ſalis valde dura, eiusque color gryſeus vel albus eſt: ſal hoc plerumque opacum, interdum tamen pellucidum reperitur. Nonnunquam medio in ſale partes ſubſtantiae nigreſcentis plus minus magnae reperiuntur, quae ligni petrefacti formam habent, quaeque flamma admota accenduntur, ſponteque ſeſe exſtinguentes odorem olei empyreumatici de ſe ſpargunt. Cum ſtrata haec ſalina ad ſitum horizontalem inclinent, in excauandis hiſce fodinis varia tabulata exſtruere coguntur, quae ex cuniculis conſtant, in quibus columnae ſalinae ad firmandum fornicem relinquuntur. Nonnulli horum cuniculorum per puteos, qui ab vno tabulato ad alterum progrediuntur, perforati ſunt. Per puteos hos ope girgillorum (*trévils*), circa quos funes voluuntur, quiue ab equis trahuntur, enormes maſſae ſalinae extrahuntur. Equi, quoad viuunt, et huic operi pares ſunt, in fodinis manent, ipſaque equilia in fodinis excauata ſeu exſtructa ſunt. Aer in hiſce fodinis purus et ſanus eſt; maxime puritatis curam ibi habent; vnicum incommodum puluis excitat, qui ab equis per pedes in ſolum impactos et ab ipſo labore prouenit. Non reticendum tamen eſt incommodum maxime periculoſum, quod interdum, ſed raro accidit: ſubita nimirum explotio obſeruatur vaporis inflammabilis, qui ſe in nonnullis locis et quidem in cuniculis vetuſtis et derelictis accumulat, quiue a candelis ardentibus, quas operarii gerunt, accenditur. In iiſdem quoque fodinis ſacella reperiuntur, in quibus variae ſtatuae ſanctorum variaque ornamenta, ex meris fruſtis ſalinis facta, deprehenduntur et vbi quatuor quotannis

 miſſae

miſſae celebratur. Operarii per octo tantum horas labore occupati ſunt, quibus praeterlapſis, alii laborem ſuſcipiunt. Fruſta ſalina ope marrae ſeu runcinae et cuneorum ſeparantur, inque cylindros efformantur; parua autem fruſta in dolia immittuntur, ſicque girgillorum ope extrahuntur. Praeterea in iisdem fodinis aqua ſalſa magna in quantitate reperitur, quae a vaporibus humidis terrae prouenit, quippe qui maſſam penetrant, ſal diſſoluunt et cauitatibus fodinarum reddunt. Hae aquae omni cura per machinas extrahuntur. Caeterum maſſas illas ſalinas ab aquis marinis, quae vel per inundationem particularem, vel per diluuium vniuerſale primo ſal contentum, poſthac diuerſas angillae ſpecies lapidesque calcareos, tandemque arenam ibi depoſuerint, prouenire, Noſter coniicit. Sub finem explicatio iconis adnexa eſt, in qua delineatio fodinarum ſalis gemmae prope Wieliczkam deprehenditur.

p. 517. 31) *Obſeruationes botanico meteorologicae* a Cl. DU HAMEL *in arce Denainvilliers factae* an. 1761.

p. 543. 32) *Obſeruatio, qua character genericus plantae* Marſilea *dictae, accuratius definitur.* Auctore Cl. GUETTARD. Planta aquatica eſt, ſtagnis inhaerens, radicibus in aquam immiſſis, variis ramis in ſuperficie expanſis, foliis oppoſitis, oblongis, ſimplicibus, ſuperius non nihil concauis, quilibet vero ramus quatuor ad octo foliorum paria habet. Folia haec, lentis ope contemplata, in ſuperiori ſuperficie paruas eminentias mammillares, pilis varie contortis, et verſus medium ſulcum directos, ornatas habet. Subſtantia foliorum quaſi veſicularis eſt et in inferiori ſuperficie in plana anguloſa diuiditur, ex quibus ſingulis filamentum producitur. Ex qualibet coniugatione foliorum inferius pediculus exit lineam longus,

longus, cui faſciculus rotundus, ex pluribus capſulis ſphaericis compoſitus, adhaeret. Hae capſulae lineam circiter in diametro habent et aliam quaſi capſulam diſſepimentis transuerſalibus conſpicuam intus continent, in qua grana rotunda alba haerent, quae ex filamentis internis ramoſis dependent et ſtamina vera cum ſuis antheris referunt. Inferius paullo inter alas radicis alia capſula ſolitaria haeret, quae externa facie ferme cum prioribus conuenit, ſed grana oblonga, praecedentibus maiora, ſed parciora continet, quae vt piſtilla et fructus conſiderari merentur. Illa minora rotunda in ramis varie diuiſis haerent, haec oblonga pediculis inſident, et ex inferiori capſulae fundo, quaſi ex vna baſi ſurgunt. Ex his igitur diuerſum ſitum ſtaminei et piſtillati floris declarare, modum impraegnationis deſcribere et contra obiectiones defendere annititur Cl. Auctor, quae vero ex vberiori eius deſcriptione et icone adiecta melius intelliguntur.

Ad lemmam cum marſileà comparandam poſtea p. 548. ſe conuertit Noſter, dum foecundationem ſub aquis declarat, in his enim et pilularia, materiam antherarum ſpermaticam inſtar nubeculae effundi aſſumit, quae in aquis non protinus diſſoluta, piſtillis in capſulis apertis ſe applicant. Quod ſi vero hic modus locum non habeat, in plantis his non niſi tum, cum ſtagnis exſiccatis in ſicco haerent, admiſſio pollinis ad apicem piſtilli poſſibilis eſt. Mittimus reliqua, quae de proportione ſtaminum ad piſtilla proferuntur.

Ampla igitur generis definitione exhibita, alia, p. 550. a MICHELIO et LINNAEO tradita, ſub examen vocantur, qua in re, reliquis omiſſis, filamenta, in ſuperficie foliorum poſita et ſuperius indicata, ſtamina dici, differentiam vero capſularum, ſtamina et piſtilla continentium, non attendi monemus. Lemma etiam

et

et marſilea genera diuerſa ſunt, etſi a LINNAEO coniungantur; nam praeter diuerſam figuram ſtaminum, filamentorum et piſtillorum, in lemma quoque ſtamina et piſtilla in vna capſula coniuncta haerent. Planta vero, quae a Noſtro in Polonia diſquiſita eſt, non tantum in aliis ſeptentrionalibus Europae regionibus deprehenditur, ſed etiam in auſtralibus detecta, antea ad lenticulam paluſtrem et ſtratiotem relata eſt. Nouum ſaluiniae genus MICHELIVS conſtituit, LINNAEO autem marſilea foliis oppoſitis ſimplicibus appellatur.

p. 557. 33) *Cometae viſi menſibus maio et iunio* anni 1762 *obſeruationes factae in obſeruatorio regio* a Cl. MARALDI.

p. 562. 34) *Conſiderationes cometae* 1762 *viſi* a Cl. DE LA LANDE.

p. 570. 35) *Obſeruatio tranſitus Veneris per diſcum ſolis* die 6 iunii anni 1761. *ac determinatio eius coniunctionis, nec non poſitionis nodi Veneris*, auctore Cl. JEAURAT.

p. 578. 36) *Tertia deſcriptionum pars, concernens methodum teleſcopia perficiendi, conficiendi lentes obiectiuas, ex pluribus materiis diuerſimode refringentibus*, auctore Cl. CLAIRAUT.

p. 632. 37) *Commentatio de ſubere montano, quod ad ingreſſum et egreſſum viae, quae ad parochiam Mandagout et ad Vigan in dioeceſi Aleſienſi ducit, reperitur, deque pluribus aliis ad hiſtoriam naturalem et chymiam pertinentibus.* Auctore Cl. MONTET. Minera ſuberis montani, quae a Noſtro deſcribitur, in monte reperitur, qui *Moreſes* ſeu *Lou cap de Moriſes*

riſes vocatur. Minera haec raro in Gallia occurrit, inque ſuperficie terrae reperitur. Suber hocce montanum nulli corpori adhaeret, ſed terra obductum obtinetur, quae non niſi cultri aut aquae ope ſeparari poteſt. Figura eiuſdem diuerſa eſt; alia enim fruſta, vix duas tresue lineas craſſa, fungo ſimilia ſunt; alia vero figuram oblongam habent et valde craſſa ſunt; alia autem parua et, vt ſilices, irregularia, plurima tandem aſpera deprehenduntur. Si diuerſa haec fruſta accurate examinantur, in vno partes minus flexiles, quam in alio, reperiuntur, eaeque lignoſae apparent; ſemper autem partes, multa terra incruſtatae, duriſſimae ſunt, quae tamen, terra ſeparata, pari ratione flexiles euadunt. Magna fruſta ſuberis ponderoſa ſunt, parua autem leuia apparent; ſi tamen magna in plura parua diſcinduntur et ab omni terra ſeparantur, ſimili quoque modo leuia euadunt. Si haec fruſta per aliquot dies in aqua macerantur, extremae partes emolliuntur, ſique partes emollitae ſeparantur, ſuber ex variis ſtratis per leuem ochram ſeparatis compoſitum apparet. Si id ab impuritatibus ſeparatur cumque acidis miſcetur, non efferueſcit, idemque vel per ſe vel cum alcali crucibulo commiſſum, fortique igni per aliquot horas expoſitum, aliqua ex parte quidem mutatur, minime tamen funditur.

His de ſubere praemiſſis, de aliis quoque rebus naturalibus mentionem facit Noſter, primoque ſolum, vbi ſuber reperitur, deſcribit. Solum iſtud ex terra luteſcente, cum pauca ochra mixta, conſtat; lapides in eo reperiundi ſpeciem talci ſeu ardeſiae rudioris ſiſtunt et magna in copia ibi deprehenduntur, alii autem ad quarzum pertinent. Ardeſia duplicis generis eſt; alia durior deprehenditur, hacque domicilia teguntur, alia friabilis eſt; vtraque tamen p. 639.

nec cum acidis efferueſcit, nec calcinari ſe patitur, ſed in igne vitreſcit. Praeter hoſce lapides ſaxum quoque ſimplex reperitur, cui mica ſe vnit; nec arena etiam in quibuſdam locis ab hoc ſolo aliena eſt. Ad littora maris ſabulum deprehenditur, quod, dum mare exaeſtuat, eo deponitur: inter alia producta notatu inprimis dignus eſt lapis ſic dictus variolarum, qui copioſe ibi reperitur. Ex caſtaneis, quarum arborum magna ibi copia creſcit, vetuſtioribus ſuccus niger manat, qui pro atramento vſurpatur, cuius ſapor, vt Noſter refert, a ſapore atramenti artificialis parum differt. Aſſerit praeterea, ſe ex cineribus caſtaneorum verum tartarum vi-
p. 655. triolatum obtinuiſſe. Obſeruauit etiam in itinere in officina vitriaria, ſalem marinum, in ſoda contentum, integrum ſe volatiliſaſſe, ſodaeque alcali cum arena mixtum in vitrum ſe mutaſſe, ſalem marinum autem abiiſſe. Atque haec ſunt praecipua, quae decerpere licuit, alia pauca, notatu minus digna, praeterimus.

IX.

Obſeruationes medicae IOANNIS A BONA, Veronenſis Patauinae academiae Profeſſoris ad praxin in noſocomio oſtendendam anno MDCCLXV. praemiſſa oratione prima in gymnaſio habita et mantiſſae loco addita hiſtoria aliquot curationum mercurio ſublimato corrodenti perfectarum, olim edita. Patauii 1766. apud Io. Bapt. Penada. 4. Alph. 1. pl. 4.

Acceptum profecto et imitatione dignum ſingulis fore putamus conſilium, quod inierunt Patauinae academiae moderatores, vt nouam docendi rationem inſtituerent, qua adoleſcentes ad aegrotos, aliquo

quo praemonſtrante, accedere poſſent. Eſt nimirum ſchola clinica anno 1765 Patauii inſtituta, ſenatusque decreto confirmata, et munus in ea docendi impoſitum eſt Cl. A BONA, cuius obſeruationes medicas, anni vnius ſpatio in hoc noſocomio factas, iam indicare animus eſt. Oratione, ex qua inſtituti ratio apparet, praemiſſa, addita eſt diſputatio de ratione pulſus explorandi et de eius differentiis, cui ſubiunguntur duodecim obſeruationes. Tum totidem obſeruationes, cum mercurio corrodente atque hydrargyroſi in lue venerea factae, ſequuntur, cum denuo recuſa hiſtoria octo curationum, mercurio corrodenti perfectarum. Tandem leguntur binae epiſtolae Ill. L. B. GERH. V. SWIETEN ad IOS. BENVENVTVM denuo recuſae, quarum mentio iam alibi *) a nobis facta eſt.

Pulſus explorandi ratio ita proponitur a Cl. Auctore: brachium nec adeo tenſum nec adeo flexum ſit, cuius carpo trium digitorum, indicis, medii, annularis ſumma pars, nunquam pollicis, admouenda eſt, nec nimium arteriam premendo, ſed blande et ſucceſſiue fortius, attente, diu, quia interdum non niſi quinquageſimus, aut alius quiſque vitium prodit, et iterato pulſus mutationes examinandae ſunt manu omnino calida. Quo facto, obſeruationes ipſae ſequuntur, quarum cum de ſingulis dicere nequeamus, ſufficiat, morbos aegrotorum indicaſſe et ſpeciminis loco aegroti quarti hiſtoriam morbi tradidiſſe. Aegrotus 1) perpeſſus eſt morbum pleurae, pulmonisque inflammationum, 2) apoplexiam ſanguineam lethalem, 3) fuit ſenex 80 annorum, qui apoplexiam paſſus eſt. 4) *Senex nonagenarius quarto die morbi in noſocomium delatus eſt. Febre laborabat, quae illum aggrediebatur hora 22 cum rigore totius corporis, praecordiorum anxietate ſumma et lethargo, qui quidem*

p. 21.
p. 46.

(*) Vid. Comment. noſtr. Vol. V. p. 717.

quidem ab initio febris vſque ad horam vigeſimam diei ſequentis durabat. Pulſus omnibus modis inaequales erant. Vrina ſaturate rubra lateritium ſedimentum exhibebat. Statim chinam chinae praeſcripſi ad drachmas duas ſingulis horis. Die ſequenti febris renouata eſt, ſed mitior, nec ita lethargicus fuit aegrotans. Tertio liber a febre fuit, pulſus compoſiti ſunt, anxietates omnes euanuerunt et breui e noſocomio ſumma cum diſcipulorum admiratione ſanus deceſſit. Sumſit corticis vncias quatuor. In ſcholio adnexo monet Cl. Auctor, febrem hanc tertianam duplicem fuiſſe continuam ac ſimul de febribus eiuſmodi pernicioſis, ſtatim cortice curandis, varia addit vtilia. Aegrotus 5) paſſus eſt febrem continuam ſubintrantem eique lethalem, 6) pleuritidem notham rheumaticam, ſeu febrem rheumaticam cum lateris dolore acuto, 7) pleuroperipneumoniam ſeptimo die lethalem, 8) febrem rheumaticam, 9) peripneumoniam notham; 10) eundem morbum, qui vero quarto die in legitimam tranſiit peripneumoniam, vndecimo die lethalem. Aegrotus 11) fuit 50 annorum, mania affectus, cui hanc mixturam aceti propinauit: Recipe camphor. vnc. j (*) ſacchar. canar. mucilag. gumm. arab. ad vnc. j. his ſimul in mortar. vitr. trit. add. acet. calid. vnc. dimid. aqu. flor. ſambuc. vnc. vj. ſyrup. flor. rhoead. vnc. j., quae cochleatim tota ſumenda intra biduum et ſic pergendum. Aeger ſeſqui menſis ſpatio conualuit. 12) Vltimo de aegrota morbo verminoſo complicato cum vomica pulmonum et febre

(*) Nos quidem errorem typographicum hic inuenire putamus et drachmam vnam aut dimidiam ſufficere, quia non ſoluitur, et Cl. LOCHERUS, qui commemoratur a Noſtro et acetum in mania laudat, ad totidem ſoluenda drachmam tantum dimidiam camphorae ſumſit, cuius caeterum formula cum hac plane conuenit. v. Commentar. noſtr. Vol. XII. p. 32.

bre tertiana duplici cum diarrhoea климат biliosa laborante agitur. Vbi Cl. Auctor cum VALLISNERIO vermem latum eſſe catenam vermium cucurbitinorum arbitratur.

Curationes alias, mercurio corrodente peractas, quae ſequuntur, iam mittamus, prius de hiſtoria aliquot curationum, eodem perfectarum, mantiſſae loco adiecta, quaedam expoſituri. Quem ordinem ideo ſequi poſſe confidimus, quia haec ante nouem annos a Cl. BONA conſcripta, in lucem edita, octies recuſa et ob argumenti affinitatem, emendatior vero, denuo huc traducta eſt, varias propoſitiones continens praemiſſas, quibus illae obſeruationes confirmantur. Litteris itaque Ill. VAN SWIETEN lectis, vſus eſt Auctor Cl. ad mercurium corroſiuum ſoluendum ſpiritu vini, quia frumenti ſpiritus ibi non facile inuenitur et obſeruauit, granum vnum melius ſolvi in duabus ſpiritus vini vnciis, quam aquae, cui tamen eandem vim mercurii indolem venenatam infringendi et corrigendi tribuit, quam ſpiritui vini. Atque ſic pro ſex portionibus dedit, duas nimirum quotidie, mane et veſperi, cum decocto hordei; interdum auxit quoque doſin, ita vt ſeſquigranum de die aegro propinatum ſit. Diebus primis Cl. Auctor vt plurimum alui deiectionem, poſtea vrinam vel ſudorem copioſiorem obſeruauit. Quod ptyaliſmus hac mixtura nunquam vel rariſſime oriatur, videtur in parca eius doſi poſita eſſe cauſſa. CARTHEUSERVM aliosque, qui illud remedium reiecerunt, refutat, eius praeſtantiam et vtilitatem defendit et ex nouem obſeruationibus demonſtrat: primis diebus a ſumto ſublimato, vel dolores nouos variis in locis excitari, vel conſuetos exaſperari; interdum aluo praegreſſa liquida, aluum cogi et ita vt ſtipticum et roborans agere; non deſperandum eſſe de curatione, effectu non ſtatim apparente aut

morbo increſcente; coeli et tempeſtatis varietatem non parum poſſe ad effectuum medicamenti mutationem; vim remedii, quae excretiones promouet, pro varia aegroti conſtitutione varie determinari; ſanguinis miſſionem ante curationem inſtitutam iuvare, vt excretiones promptius contingant; ſputum leuius nullius momenti eſſe; febrem, ſitim, dolorem capitis ad medicamenti effectus pertinere, ſi primis diebus minori doſi, non adiecto ſyrupo violarum et omiſſo decocto hordei, datur, quod periculum fecit Cl. BONA, poſtea vero, maiori doſi etiam data, eadem non amplius obſeruari; ſiccis et calidis corporibus ex aqua liquatum, addendo pauculum ſyrupi violacei, melius conuenire, quam ex vini ſpiritu; valentius vtiliusque eſſe remedium ſublimatum, quam inunctionem, et tandem valere etiam in aliis morbis, vti vir, per omnia membra doloribus rheumatico-arthriticis, a frigore poſt corporis incaleſcentiam ortis, affectus et febre correptus, aliis remediis fruſtra adhibitis, mercurio corroſiuo curatus eſt.

p. 89. Tandem quaedam de nuperrimis Cl. BONAE curationibus, mercurio corroſiuo peractis, exponamus. Priuſquam ille propinatur, magni facit praeparationem aegri per venaeſectionem, balnea emollientia et decocta radicum, addito lacte. Quibus enim praemiſſis, minorem mercurii doſin ad curationem ſufficere, immo nonnullos mercurio, qui ita non curari potuerunt, forſan curatos eſſe, inſtituta praeparatione, opinatur. Ex aegrorum duodecim hiſtoriis iisque additis ſcholiis confirmatur, miaſma venereum per plures annos quandoque latere, donec in motum cieatur, vlcuſcula glandis apparentia et euaneſcentia confirmatae luis ſignum eſſe pathognomonicum; luem veneream nunquam a natura, ſed a ſpecificis remediis curari; recentem morbum cito curari; ſanguinem e vena aegrorum, lue

lue affectorum, miſſum, ſemper cruſta plus minusue craſſa obductum, eamque cruſtam inter ſigna certiora luis eſſe ponendam, ſique ſanguis iterum miſſus molliorem tenuioremqne cruſtam non habeat, difficiliorem fore curationem, ideoque maiorem ſublimati quantitatem requiri. Phlebotomiam ab initio ſemper neceſſariam putat et in iis, qui ex neruis laborant et quibus maior humorum acrimonia, quam viſciditas eſt, quum nerui ab acri remedio, quale ſublimatus eſt, laederentur, tutius inunctionem adhiberi aegrotus quintus docet,qua ſi non penitus ſanetur aeger, iuuat ſinere, naturam interim analepticis inſtaurando, donec morbus curationi opportunior euadat. Si aegri, ſumta mercurii ſublimati quantitate, melius ſe non habent, iuuat, in iis rurſus balnea adhibere, quia fortaſſe lymphae viſciditas tanta eſt, vt a balneis et decoctis non ſatis attenuata, mercurii vi obſtare poſſit. Eadem ex cauſſa etiam ptyaliſmum interdum oriri fatetur copioſum. Bubones cito ſuppurari diutiusque apertos ſeruari vult. Obſeruauit porro, modicum ſaliuae fluxum et vrinae copiam eſſe media, per quae mercurius, ſibi relictus, miaſma venereum vt plurimum eliminat; ſublimatum tuto grauidis propinari; difficilem vero curationem praeſagiri debere, ſi miaſma venereum motum muſcularem infirmat, quia ſignum eſt, illud lympham membranae cellularis neruorum inquinaſſe, ad quam vix medicamenta ex mercurio peruenire poſſunt. Inter diuerſas venereis morbis medendi methodos inunctionem ſecundum methodum Monſpelienſem aliamque VTHENII et mercurio corroſiuo peragendam excellere, horum vero auxiliorum aliud alii corpori et gradui morbi conuenire putat. De praeparationis methodo, de vario decoctorum et lactis vſu nonnulla monet. Porri venerei, qui ſunt neruearum papillarum productiones, eroſo a miaſ-

mate epithelio, quo firmantur, excreſcunt cum dolore, inflammantur, quandoque indurantur et carcinomatis naturam induunt. Erumpentes luem adeſſe teſtantur, hinc mercurio curantur. Nonnullis adhuc de curatione venerei morbi in vniuerſum et de actione et vſu mercurii viui in eodem expoſitis, naturam miaſmatis nos latere affirmat Cl. Auctor, nonnulla de cauſſa ptyaliſmi a mercurio excitati et de periculis, eum conſequentibus, profert, atque tutiorem methodum in mercurio corroſiuo inueniendam praedicat.

X.

De oſteoſteatomate, diſſertatio inauguralis d. X. aprilis 1767 propoſita a M. IOANNE GOTTHELF HERRMANN, Chemnicenſi Miſnico, Med. Bacc. Lipſiae, ex officina Breitkopfia, 4. mai. pl. 7½. tab. aen. 5.

Haec diſſertatio de oſteoſteatomate, quam nunc indicamus, ob argumenti dignitatem, ob elegantem iconum diligentiam, atque ob ſtudioſam a Cl. Auctore adhibitam operam, commendationem noſtram omnino meretur. Is poſt breuem deſcriptionem fabricae oſſium et geneſis exoſtoſium, peculiare conſiderat tumoris, ad oſſa nati, genus, oſteoſteatoma dictum, quod, inter exoſtoſin veram et ſpuriam medium quaſi locum tenens, praeter ſubſtantiam oſſeam, copioſam quoque continet materiam ſpiſſam, ſebaceam, fibris tendinoſis et cartilaginoſis refertam ac plerumque ad oſſa, ope cartilaginis ligamentoſae coniuncta, poſt violentam eorum diductionem naſcitur. Diuidit vero hanc diſputationem in duas partes, ac in priore diſquirit nexum oſſium ope cartilaginis ligamentoſae et geneſin particularum

rum oſſearum huius cartilaginis diiudicat, cauſſasque diductionis oſſium examinat ac docet, interdum exoſtoſes benignas ad vertebras, interdum abſceſſus gigni, vti ex plurimis obſeruationibus adiectis patet. Sequuntur deinde duae oſteoſteatomatis hiſtoriae, tandem differentia eius ex plurium exoſtoſium, oſteoſteatomati ſimilium, comparatione oſtenditur. In altera parte examinat Cl. Auctor cauſſas oſteoſteatomatis, eius ſymptomata, incrementum, geneſin et internam indolem, cariem oſſium, inde natam, diagnoſin, prognoſin, indicationes curatorias in principio huius morbi et in eius augmento, tandem addit indicationes ſymptomaticas. Ex his praecipua tantum enarremus.

Nexus corporum vertebrarum perficitur carti- p. 6.
lagine ligamentoſa, ſtratis nimirum fibrarum, quae varia directione decuſſantur, in quorum interſtitiis haeret gelatina ſolida quaſi et conſiſtens, ac in medio nucleus gelatinoſo cartilagineus; oſſa peluis nectuntur et cartilagine, quae ad ligamenti naturam accedit, et villis quaſi ligamentoſis ac robuſtis; os vero pubis commiſſura cartilaginea vnitur, quae annulum ſiſtit ligamentoſum et ſpatium intermedium repletur ſubſtantia ligamentoſa. Haec autem cartilago interuertebralis, quamquam in ſenibus interdum coaleſcit, hoc tamen in margine per exoſtoſes exortas, nunquam vero in media parte cartilaginis denſioris fit. Litem, vtrum oſſa peluis in grauidita- p. 12.
te et partu diducantur, nec ne? non componere audet Cl. Auctor, cum nemo adhuc, blandam extenſionem et ſucceſſiuam contractionem oſſium peluis locum habere oſtendit. Haec vero oſſium diductio interdum efficitur niſu maiore in mouendis corporibus nimis ponderoſis. Cruſtas oſſeas et exoſtoſes p. 14.
veras benignas interdum in corporibus vertebrarum, ex earum cartilaginibus interoſſeis diductis, gigni,

 demon-

demonſtrat Cl. Auctor tribus ſpeciminibus ſpinarum dorſi ſenilium, quas ex egregio muſeo oſſium morboſorum Cl. LUDWIGII deprompſit atque hic ac-
p. 18. curate deſcripſit. Eandem vero laeſionem cartilaginis interoſſeae vertebrarum interdum, vel in ſanis hominibus, ob difficilem reſorptionem humoris extrauaſati ac tenſionem contextus celluloſi, multoque facilius in cacochymicis, abſceſſus latentes, cum carie coniunctos, excitare, variis obſeruationibus, hinc in-
p. 22. de collectis, ac inprimis hiſtoria morbi BREUERI, Celeb. quondam Chirurgi Lipſienſis, qui abſceſſu latente ſpinae dorſi et carie corporum vertebrarum periit, maximopere confirmatur. A ſimili tandem cauſſa, diſtenſione nimirum violenta oſſium, cartilagine ligamentoſa iunctorum, interdum oſteoſteatomata procreari poſſe, duae hiſtoriae morborum abunde docent, quae, quod rariores ſunt, breuiter indicari merentur.

p. 24. Prior enarrat, Gorlicii virum viginti ſeptem annorum conqueſtum eſſe de dolore inſigni ad ſuram cruris ſiniſtri, qui ſenſim totum crus ac femur occupaſſet ac noctu inprimis moleſtus fuiſſet, in inguine vero ſiniſtro ſenſim eminuiſſe tumorem durum, renitentem ac lente increſcentem, donec in duorum annorum ſpatio aeger febre lenta confectus ſit. Cuius cadaueris abdomine diſſecto, apparuiſſe tumorem enormem, ſebaceum, protuberantiis cartilagineis refertum, quo inciſo, tres menſuras liquoris ſeroſi flaui emanaſſe, neque tamen hinc imminutum fuiſſe eius volumen. Adhaeſiſſe vero hunc tumorem inprimis corporibus tertiae, quartae, quintae vertebrae lumborum ac tribus ſuperioribus partibus oſſis ſacri. In media eius parte adfuiſſe cauitatem, ibique ſubſtantiam tumoris magis tendinoſam et ad ſpinam dorſi plane oſſeam repertam eſſe, ac pondus totius oſteoſteatomatis triginta circiter libras aequaſſe.

Poſterior

Poſterior hiſtoria morbi, a Cl. LUDWIGIO obſeruata et communicata, notatu multo magis digna eſt et Cl. Auctori occaſionem ad hanc diſſertationem edendam ſuppeditauit, cum, iconibus elegantiſſimis adiectis, omnes mutationes ob oculos poni potuerint. Accidit Lipſiae, vt vir quadragenarius, ciſtam, p. 27.
libris plenam, ponderoſam mouens, ſtatim dolore ad regionem oſſis ſacri afficeretur, ibique ſenſim tumor durus enaſceretur. Aeger interea incuruato paululum corpore incedens, negotiis tamen ſuis vacans, negligebat conſilia medicorum, qui diſſuadebant, ne tumorem diſcutientibus et emollientibus remediis externis turbaret, ſed his, ex medicaſtrorum conſilio, tumori applicatis, abſceſſum inducebat, qui, cum eum nemo incidere tentaret, ſponte rupit, effluxitque ſanies et grumoſa materia, tandemque aeger febre lenta periit. Diſſecto cadaueris abdomine, tumor vteri grauidi inſtar eminebat, ad quem melius diſquirendum, ſoluebantur femora ex acetabulis, et vertebra lumborum tertia ſimul ſeparata, oſſa coxarum cum tumore integumentis denudabantur, et patuit, cartilaginem ligamentoſam oſſis ſacri et ilei ſiniſtri partim tantopere excreuiſſe, partim calloſam factam eſſe, ſtriis oſſeis vbique interſperſis. Radix tumoris erat ad nexum oſſis ſacri cum oſſe ileo ſiniſtro. Dein- p. 30.
de oſtendit Cl. Auctor differentiam horum oſteoſteatomatum ab aliis exoſtoſibus ſimilibus, ex auctoribus collectis, quippe quae membranaceam quaſi maſſam, variis concretionibus oſſeis exterius obſitam, offerunt.

Altera pars diſquirit cauſſas oſteoſteatomatis, p. 33.
quae vel externae ſunt, ictus, lapſus, percuſſio, nimia diſtenſio, valida preſſio, contuſio, cet. vel internae, deprauata humorum indoles, peculiari cacochymia inquinatorum, v. c. rhachitide, lue venerea, ſpina ventoſa. Hic autem inprimis niſus vehemens aegri, ci-

 ſtam

ſtam librorum mouentis, ſola cauſſa enati tumoris
p. 35. fuit. Symptomata eius praecipue ſunt tenſio partium vicinarum, dolor ſenſim increſcens, laeſio actionum partium, febris lenta cum corporis macie et tabe,
p. 37. tandemque mors. Incrementum huius oſteoſteatomatis inprimis declaratur ex adiecta tabula aenea prima, quae hunc tumorem in ſitu ac magnitudine naturali, in cauitate peluis haerentem, a parte anteriori exhibet, quippe qui a tertia lumborum vertebra ſiniſtrorſum deſcendit, totam ſuperficiem anteriorem oſſis ilei ſiniſtri, totumque os ſacrum obtegit et vſque ad os ileum dextrum productus eſt. Tabula ſecunda oſtendit huius tumoris faciem poſteriorem, oſſibus peluis adhaerentem, a tertia enim vertebra lumborum, eminentia permagna ſubrotunda deſcendit, in lobos quaſi diuiſa et variis tuberculis obſita, quae vſque ad os coccygis extenditur et cuius diameter perpendicularis $10\frac{1}{2}$ pollices, transuerſalis $8\frac{3}{4}$ pollices aequat; in eius vero media parte aderat foramen, vbi tumor, emollientibus tractatus, ſponte ruptus erat et ſaniem emiſerat. Tabula tertia, viuis coloribus illuſtrata, eius geneſin et internam indolem explicat, eiusque figura prima ſiſtit portionem tumoris recentis ab anteriori eius parte in cauitate peluis ſita, deſumptam, ac oſtendit variam materiam, in hoc tumore haerentem, aliam ſcilicet denſam et quaſi membranaceam, aliam pinguedini condenſatae ſimilem, albam, ſucculentam, ceu areas ſiſtit, in quarum interſtitiis haeret alia mellea, qualis in atheromate eſſe ſolet, atque moleculae oſſeae hinc illinc interſperſae ſunt, quae quidem in eadem portione oſteoſteatomatis exſiccata, quam figura ſecunda exhi-
p. 42. bet, melius ac diſtinctius conſpiciuntur. Ipſam vero cariem oſſium peluis cum hoc tumore coniunctam fuiſſe, manifeſte declarat tabula quarta, vtpote quae oſtendit, laminam oſſeam internam ſiniſtri oſſis

ilei

ilei ſuperficiei valde eſſe deſtructam et diploen variis excreſcentiis oſſeis eleuatam, os ileum vero ad finem criſtae maxime depreſſum ac tenuiſſimum; os ſacrum, in cuius nexu cum ileo ſiniſtro hiatus inſignis, diductionem horum oſſium prodit, ad mediam fere partem vna cum oſſe coccygis deſtructum eſt ac variis excreſcentiis oſſeis refertum. Similes laeſiones oſſium peluis deprehendimus in tabula quinta, in eorum facie poſteriori; ibi enim non ſolum proceſſus articulares ſiniſtri et ſpinoſus vertebrae vltimae lumborum, ſed poſterior etiam pars oſſis ilei ſiniſtri, pars apophyſis ſpinoſae primae vertebrae oſſis ſacri et reliquae eius apophyſes vna cum oſſe coccygis deſtructae ſunt; praeterea in toto oſſe ſacro multae excreſcentiae oſſeae irregulares apparent. Omnes has tabulas ad naturam accuratiſſime delineauit Cl. REICHEL, qui, vt aliis pluribus, ſic inprimis his iconibus ſuam inſignem peritiam delineandi prodidit.

Diagnoſis oſteoſteatomatis, profecto vix prius p. 44.
explorata eſt, quam ſi hic tumor increſcendo ad integumenta progreditur, vel alias partes ex naturali ſitu depellit, atque tum digitis diſquiri poteſt. Pro- p. 46.
gnoſis initio huius morbi vix certa habetur, hic vero tumor, ſi iam tantopere increuit, vt digitis tangi poſſit, vix amplius coërcetur, ſed cum ipſius corporis decremento vlterius augetur et triſtem prognoſin habet, quae multo triſtior eſt, ſi iſte tumor partes minus nobiles tangat, cum ita lente creſcat, ſalvis praecipuis actionibus corporis, donec, aucta partium vicinarum compreſſione, dyſcraſia humorum, ſenſim euoluta, lentam mortem inducat. In princi- p. 48.
pio huius morbi eo inprimis reſpiciant indicationes curatoriae, vt praeter aptam diaetam, ſuadeatur quies corporis inprimis membri laeſi, quod, ſi fieri poſſit, faſciis muniatur et aeger per aliquod tempus in lecto ſe detineat; adhibeantur ſimul medicamenta

roborantia externa et interna, v. c. frictio partis laeſae, fomenta et cataplaſmata; cortex Peruuianus et martialia; victus ſit tenuis, potus diluens ex lacte et iuſculis cum herbis reſoluentibus, animus ſit tran-
p. 50. quillus. In vlteriori progreſſu morbi varia contraindicantia hanc methodum medendi difficiliorem reddunt. In abſceſſu quidem pus emollientium vſu ad partes externas duci ſolet, in hoc vero tumore eorum vſus plane eſt reiiciendus, quippe qui eius incrementum accelerat; nec magis proſunt medicamenta diſcutientia, emollientibus adiuncta, cum cacochymiam inducant; nec reſoluentia interna, tumoris enim incrementum accelerant, nec aegris modo euacuantia, modo roborantia medicamenta propinentur, cum partim humores tenues nimis expellant, partim eorum reſolutionem non ſatis coërceant. Ipſa vero exſtirpatio oſteoſteatomatis vix vnquam locum habet, niſi id forte apto loco inhaereat. Semper itaque lethalis exitus huius morbi eſt timendus, nec internis, nec externis remediis boni quid effici
p. 53. poteſt. Quamuis vero inſanabilis ſit hic morbus, medici tamen eſt, vt ſymptomata grauiora interdum leniat, dolorem ſcilicet ac tenſiones nonnunquam nimis moleſtas, quae emollientibus externis, cum puluere herbae hyoſcyami mixtis, ſopiri ſolent, vt et antiſpaſmodicis internis vel medicamentis opiatis.
p. 55. Sub finem adiiciuntur iconum explicationes.

XI.

XI.

Spicilegia zoologica, quibus nouae inprimis et obſcurae animalium ſpecies iconibus, deſcriptionibus atque commentariis illuſtrantur, cura P. S. PALLAS, Med. Doct. acad. Caeſ. nat. cur. et ſociet. reg. angl. ſodalis. Berolini apud Gottl. Aug. Lange 1767. faſcic. I. pl. 5½. tab. aen. 3. faſcic. II. pl. 4. tab. 3. faſcic. III. pl. 4½. tab. 4. faſcic. IV. pl. 3. tab. 3.

Singuli horum *ſpicilegiorum* faſciculi, ex Auctoris Cl. conſilio in praefatione declarato, continebunt tres vel quatuor tabulas aeneas, totidemque aut plures plagulas ſcripturae, ex quarum decuria iuſtum volumen orietur. Inſerere vero his faſciculis Auctor, patriae redditus, ſucceſſiue conſtituit, plurima ex iis, quae in *miſcellaneis zoologicis*, in Belgio ab eo editis, quae ſuperius indicauimus *), continentur, aucta tamen et emendata, aliisque iconibus accuratioribus illuſtrata. Fatendum tamen eſt, nonnullas ex figuris, his *ſpicilegiis* inſertis, licet accuratiores ſint, tamen minus quoque elegantiores eſſe iis, quae in miſcellaneis deprehenduntur.

In *faſciculo* primo de *antilopibus* primo generatim exponit Cl. Auctor, eaque, quae de hoc genere in *miſcellaneis* **) diſputauit, aucta et emendata hic ſiſtit. Hoc inprimis de ſpeciebus *antiloparum* valet, quarum ſedecim enumerat, obſcuris nonnullis ad finem additis, non ſub hoc numero comprehenſis. Ex his cornua ad modum caprinorum compreſſiuſcula et verſus dorſum arcuata habet ſpecies 1) *leucophaea*, ſiue *capra coerulea* KOLBII, *Kob* BVFFONII: cornua erecta vncini in modum recuruata 2) *rupicapra*, p. 1. p. 6.

*) Vid. volumen hoc Parte II. p. 238.
**) Vid. *miſcell. zoolog.* p. 1. et Comment. l. c. p. 238 ſeq.

pra, quam ab ilice differre, contra BVFFONVM docet. Sola haec europaea frigoriſque patiens eſt. Cornua in frontem reduncula gerunt: 3) *dama* (*nanguer* BVFF.) quae dama antiquorum eſt: 4) *redunca* (*nagor* BVFF.) et 5) *tragocamelus*, paradoxum plane animal, quod PARSON in *Tranſact. philoſoph.* Vol. XLIII deſcripſit. Cornubus in lyrae antiquae formam tortuoſis ſunt, 6) *ſcythica* (*capra tatarica* LINN. *ilex imberbis* GMELINI, *ſaiga* BVFF.) quae cornubus flaueſcentibus ſubdiaphanis inſtruitur, cum reliquae huius generis ſpecies nigra cornua habeant: 7) *pygargus* (*tzeiran* BVFF.) 8) *dorcas* (*gazella* EIVSD.) 9) *kevella* (*kevel* EIVSD.) et 10) *bubalis* (*vache de barbarie*, vulgo *bubale* BVFF. an *capra dorcas* LINN.?) animal formae minus elegantis quam congeneres, mite, capite caudaque longiore inſtructum, quibus bouinum fere habitum acquirit. Recta et rugoſa cornua gerunt 11) *bezoartica* (*paſan* BVFF. *capra gazella* LINN.) cuius varietates *algazel* BVFF. et *capra bezoartica* LINN. ex Noſtri mente ſunt et 12) *grimmia* (*moſchus grimmia* L.) quae in *miſcellaneis zoologicis* Cl. Auctoris et in hoc ipſo *ſpicilegiorum* faſciculo deſcribitur. Recta et velvti manu torta habent cornua 13) *ſcripta* (*guib* BVFF.) et 14) *oryx* (*condou* BVFF.): tandemque ſpiralia 15) *ſtrepſiceros* (*condoma* BVFF.) et 16) *cervicapra* (*capra ceruicapra* L. *antilope* BVFF.) cuius vberior deſcriptio huic quoque faſciculo inſerta eſt,
p. 19. oſtendunt. Habitat vero haec vltima ſpecies in India et Africa, atque in theriotropheo principis Auriaci grex earum aſſeruatur, quae ibi prolem educunt. Habitus fere *damae* noſtratis eſt. Cornua mas tantum gerit et quidem nigra, paulo ſupra oculos in vertice erecto diuergentia, ſubulata, ſpiraliter tortuoſa, apice laeuia, rugis annulata, quas ſutura longitudinalis interrumpit atque connectit. Color ſe-

cundum aetatem et ſexum variat. Femina e griſeo fulueſcit aut in collo caneſcit. Mares primis annis eodem fere colore ſunt, aetate vero ſenſim nigreſcunt. Addita eſt huius quoque animalis ana- p. 32.
tome. Altera, quae hic deſcribitur *antilopum, grim* p. 38.
mia eſt, de qua olim Auctor Cl. iam in *miſcellaneis* *) egit.

Secundi faſciculi initium deſcriptio *apri aethiopi-* p. 1.
ci **) facit, de quo iis, quae ſuperius monuimus, tantum addimus, animal hoc coitum cum *ſcrofa europaea* et *indica* plane recuſaſſe et haec animalia necaſſe. De dentibus generis ſuilli, occaſione dentium p. 9.
huius animalis, diſſeritur, cum dentes primores plane in eo deficiant. Ii vero in diuerſis ſpeciebus inſigniter numero differunt. Nam in ſue *babyruſſa* et *taiacu* ſuperius 4 inferius 6: in *apro noſtrate* vtrinque 6: in *domeſtico* vero ſaepius ſupra 4 infra 8 reperiuntur. Forma vero et ſitus ad conſtituendum characterem ſufficerent, niſi plenarius eorum defectus in apro aethiopico id prohiberet. Alterum animal, cuius p. 16.
hiſtoria in hoc faſciculo continetur, *cauia* eſt *capenſis*, quam, cum in *miſcellaneis* ***) iam de eo animali dictum ſit, indicaſſe tantum ſufficiat.

In *tertio faſciculo* primum de *veſpertilionibus* in p. 1.
vniuerſum Cl. PALLAS exponit et differentias dentium in diuerſis ſpeciebus fuſius explicat ****). Prae- p. 24.
ter *veſpertilionis ſoricini* deſcriptionem, quae iam in *miſcellaneis* data eſt, alia ſpecies, quam *veſpertilionis cephalotae* nomine Noſter inſignit, ob capitis magnitudinem et formam inſolitam, hic fuſius delineatur. Paulo minor ea eſt, quam *veſpertilio ſpaſma:* caput p. 10.
grande, buccatum, roſtrumque craſſum, retuſum ſubtus

*) Vid. ibid. p. 12. et Comment. l. c. p. 240.
**) *Miſcell.* p. 16. *Comment.* l. c.
***) *Miſc.* p. 30. *Comment.* l. c. p. 241.
****) Vid. *Miſcell.* p. 48. *Comment.* l. c. p. 242.

tus plano productum habet. Superius labium ſulco bipartitur: nares vero diſtantes, tubuloſae et diuergentes ſunt, tubulis cartilagineis, compreſſiuſculis, poſteriore latere inciſis, inciſurae margine interiore inuoluto, vt conchoidei quaſi appareant: auriculae minores: cauda breuior et interfemoralis membrana in medio exciſa eſt, tantumque a tarſis incipit, cum ea, quae ab alis oritur, ad digitos vſque deſcendat.

Quartus faſciculus auium nonnullarum deſcriptiones continet et primo quidem Auctor. Cl. de
p. 1. *pſophia crepitante* LINN. ſeu *grue pſophia* diſſerit, de qua iam in miſcellaneis *) expoſuit, cuius auis hic ele-
p. 10. gantior figura exſtat. Deinde de *numidis* ſiue *meleagridibus* graecorum exponit, docetque primum, *meleagridum* nomen, quod apud veteres auctores occurrit, non vti ex recentioribus KLEINIVS et LINNAEVS fecerunt, *gallopauonum* generi, ex America oriundo, adplicari poſſe, ſed ad *numidas* LINN. quae in Africa habitant, pertinere. Deinde duas nouas a *vulgari* ſiue *galeata* ſpecie plane diuerſas deſcribit,
p. 15. quae in viuariis Belgicis occurrunt, *numidam* ſcilicet *criſtatam* et *mitralem*. Prior *vulgari* minor eſt, palearia nulla habet, ſed plica tantum ad angulos oris longitudinali inſtruitur. Caput nudum: corolla frontis larga e plumis confertis atris, angulusque, plumulis obſitus, a corolla verſus narium interuallum procur-
p. 18. rit. Poſterior ſtaturam *vulgaris* habet, galeaque verticis conica minore inſtruitur. Vertex totus et ambitus roſtri rubri coloris: oris anguli ligula longiuſcula, lineari-acuta, apice rubra, vtrinque dependentes: ſub gula palear longitudinale ſemiouale, quo ad *meleagrides* LINN. ſiue *gallopauones* accedit: colli ſu-
p. 20. perior pars nuda, coeruleſcens. Addita eſt huic faſciculo obſeruatio de *gallinis vertice tuberoſis*. Vti in

*) Vid. *ibid.* p. 266. et *Comment.* p. 243.

in pluribus auibus domeſticis eiusmodi *criſtae* ſiue *tophi plumacei* occurrunt, ita maxime in gallinaceo genere reperiuntur, in quo, inprimis in feminis, generationum ſucceſſu, morbus ille haereditarius ita augetur, vt cranii tuber tandem foraminulis multis pertuſum et carie quaſi exeſum ſit, cuius cauum luxuriantis cerebri productio repleat. Gallinae vero omnes, in quibus hoc deprehenditur, ſtupidae ſunt, nec longaeuae, quod ſatis morboſum illud eſſe vitium probat.

De *quinto* et *ſexto* horum ſpicilegiorum *faſciculo*, quibus primus tomus eorum completur, quos Cl. Auctor ante iter, iuſſu Imperatricis Ruſſiae ſuſceptum, ad finem perduxit et qui demum anno huius ſaeculi ſexageſimo nono publicati ſunt, alio loco dicemus.

XII.

Philoſophical Tranſactions, giving ſome Account of the preſent Undertakings, Studies, and Labours, of the Ingenious, in many conſiderable Parts of the World. Vol. LVI. For the year 1766. London, printed for L. Davis and C. Reymers, 1767. 4. Alph. 1. plag. 20. tab. aen. 17.

i. e.

Tranſactiones philoſophicae, quae laborum, ab eruditis in variis orbis terrarum partibus noviſſime ſuſceptorum, quandam exhibent notitiam. Vol. LVI. ad annum 1766.

1) *Obſeruationes eclipſis ſolaris, die 16 aug. 1765 factae in obſeruatorio Marchionis* DE COURTENVAUX, *Columbino ſito prope Lutetias Pariſiorum, 5′ 13, 8″ ab obſeruatorio regio verſus boream, et* p. 1.

20″ $\frac{1}{5}$

20″ ⅓ *temporis verſus ortum*, a Cl. MESSIER, *ex gallico idiomate translatae* a Cl. MATTH. MATY.

p. 4. 2) *Adnotationes ad inſcriptionem Teiuenſem, Palmyrenorum lingua ſcriptam*, *in litteris* Cl. JOHN SWINTON ad Cl. THOM. BIRCH.

p. 10. 3) *Epiſtola* Cl. DAN. PET. LAYARD ad Cl. WILL. HEBERDEN, *ſiſtens relationem de aqua Somershamenſi in Comitatu Huntingdonienſi*, *ac referens litteras* Cl. MICH. MORRIS *ad* Cl. LAYARD *de eadem re*. Eſt aqua mineralis, cuius fons ex arena et argilla protruditur, deponit ochram et ſtagnans obtegitur cuticula varii coloris; frigida eſt, ſapore adſtringente atque auſtero. Ex 24 experimentis chemicis cognouit Cl. Auctor, acidulas has Somershamenſes continere martem, pyritem ſolutum, acidum vitriolicum, terram calcaream, ochram, ſelenitem, ſal muriaticum et alumen, ac ſiſtere aquam martialem, valde impraegnatam vitriolo martis et alumine. Calculi humani, ei immiſſi, diſſoluuntur. In vniuerſum autem ſanguini bene admiſcetur et vim diureticam
p. 22. exſerit. Litterae Cl. MORRIS ſiſtunt experimenta ſex, cum eadem aqua inſtituta, quibus detexit, hanc aquam continere martem, ſelenitem, alumen, ſal marinum cum pauco alumine et vitriolo, ſub forma aquae magiſtrae aluminis et vitrioli, quae cryſtalliſationem non permittit. Ob alumen itaque, quod ex hac aqua Auctor Cl. obtinuit, ab omnibus aquis mineralibus Britannicis differt. Vim vero medicam tribuit Cl. Auctor inprimis alumini, cuius ſatis magna copia ineſſe videtur.

p. 27. 4) *Relatio de nummo Imperatricis Criſpinae, nondum diuulgato, in litteris* Cl. JOHN SWINTON *ad* Cl. THOM. BIRCH.

5) *Ob-*

5) *Obſeruatio deliquii ſolaris die 16 aug. 1765. Lugduni Batauorum a* Cl. LULOFS *facta ac perſcripta ad* Cl. CAR. MORTON. p. 30.

6) *Litterae* Cl. JAMES PARSONS ad Ill. Comitem DE MORTON *de cornu rhinocerotis duplice.* Erat a rhinocerote Africano ex Capite Bonae Spei allatum; altitudo perpendicularis cornu anterioris aequabat 18 pollices, ambitus baſeos 21½ pollices, altitudo perpendicularis poſterioris cornu 19½ poll. ambitus 18 poll. Longitudo vtriuſque baſeos ad oſſa naſi 14 poll. pondus vtriusque cornu 14 libras et vncias 10 aequabat. Aetas rhinocerotis, vti ex comparatione cum aliis oſſibus rhinocerotis apparet, circiter 20 annorum fuit. Haec obſeruatio probat, animalia huius generis duplici cornu inſtructa, in Africa ſaepius occurrere, neque MARTIALEM poëtam taxandum eſſe erroris, quod rhinoceroti geminum cornu tribuerit *). p. 32.

7) *Excerptum duarum epiſtolarum*, die 7 et 12 dec. 1765 *ſcriptarum a* Cl. WILLIAM BORLASE, Ludguani *in* Cornubia *commorante*, ad Cl. E. M. DA COSTA. Stannum natiuum genuinum, ad hunc vſque diem a nullo mineralogo viſum, Cl. BORLASE, *hiſtoriae naturalis Cornubiae*, de qua in ſupplementis diximus **), Auctor, nunc demum in Cornubia inuentum, hic deſcribit. Menſe maio anni 1765 in cumulo p. 35.

*) De *rhinocerote bicorni* LINN. vide b. KLEIN *quadruped. diſpoſ.* p. 29. qui duo eiuſmodi cornua deſcribit. Conf. Cl. I. F. EBERHARD *Thiergeſchichte*, Halae 1768. 8. p. 273. et Tab. II. fig. 1. et 2.

**) Vide Comment. noſtr. Supplem. IV. Dec. I. p. 722. De fodina vero ſtanni prope St. *Auſtle* reperiunda Cl. BORLASE libro citato p. 163. fuſius differit.

mulo medio, fragmentorum minerarum ſtanni (*ſtream work*) qui non longe ab vrbe *St. Auſtle* in *Cornubia* reperitur, in profunditate 5 pedum ſub terrae ſuperficie, gleba aliqua inuenta eſt, pondere ſex librarum. Haec diffracta, duplicem ſiſtebat incruſtationem, quae nucleum circumdabat ſtanni puriſſimi, cui ſubſtantia quaedam quarzo ſimilis (quam tamen experimenta inferius no. 39 commemoranda, arſenicum eſſe probant) admixta erat. Exterior cruſta $\frac{1}{8}$ pollicis craſſitiem aequabat coloremque fuſcum ſtramineum habebat. Interior magis nigreſcebat, maculis albeſcentibus interſperſis et $\frac{1}{3}$ pollicis craſſa erat. Cruſtae illae tertiam includebant ſubſtantiam, cryſtallis lamelloſis tenuibus compoſitam, quae ex parte aliqua, ſtanno liquefacto ſimili, oriebantur et cellulas formabant, in quibus varia grana ſtanni puriſſimi conſpiciebantur. In alio fragmento eiuſdem glebae, quod Auctor Cl. a Cl. ROSEWARNE, qui in vrbe *Truro* fundendarum minerarum curam gerit, accepit, ſtannum purum, foliaceum, ex ſubſtantia quarzo ſimili eminebat. Tantam vero copiam ſtanni in vniuerſum haec gleba continebat, vt, nullo fluxu addito, liqueſceret et 20 vnciae glebae 12 vncias ſtanni continerent. In alia eiuſmodi coagmentatione minerarum ſtanni (*ſtream work*), quae prope *Grampond* eſt, menſe iulio eiusdem anni, gleba pondere 12 librarum inueniebatur, ſtannum ſolidum ſiſtens, cruſta tenuiore obductum, quae tamen facile a ſubiecto metallo ſecedebat. Quamquam vero experimenta, a Cl. DA COSTA ſubiecta, omnino oſtendunt, ſtannum verum his glebis contineri; rationes tamen variae tum phyſicae, tum metallurgicae, nos adhuc dubios reddunt, vtrum glebae illae ſtannum natiuum, i. e. a ſola natura, non igne productum ſint. Ipſe enim Cl. BORLASE loco citato (p. 163) concedit, in eiusmodi locis, quales fodinae prope St. *Auſtle* et

Gram-

et *Grampond* ſunt, fragmenta ſtanni puri nonnunquam reperiri, a Iudaeis, qui fodinas Cornubiae ſub initio ſeculi decimi tertii coluerunt, olim eliquata, aquarum vi in ſuperficie ſua quodammodo exeſa et cruſta rubiginoſa tecta. Cum qua cruſta ſubſtantiam, quae nucleos ſtanni puri includit, maxime convenire, ab amico, qui has glebas ipſe apud Cl. BORLASE et ROSEWARNE anno 1765 menſe auguſto examinauit, accepimus, ita, vt omnino haec res vlteriori examine digna iudicanda, mineralogique admonendi ſint, ne glebas has, quae ſatis manifeſte olim ignis vi eliquatae fuerunt, vti Ill. LINNAEUS iam fecit *), ſtannum natiuum eſſe autument, prius quam mineralogi meliores iis, quales vulgo in Cornubia reperiuntur, veritatem huius rei magis confirmauerint.

8) *Litterae* Cl. EDWARD WORTLEY MONTAGU ad Cl. WILLIAM WATSON, *quae continent relationem itineris ſui a Cairo in Aegypto ad montes, ſcriptos vulgo dictos, deſerti Sinai.* p. 40.

9) *De duobus cometis nouiter detectis in obſeruatorio marino Pariſienſi* a Cl. MESSIER, *ex gallico idiomate tranſlatum* a Cl. MATTH. MATY. p. 57.

10) *Litterae* Cl. ALEXAND. BRICE *ad* Ill. Comitem DE MORTON, *quae cometam, ab ipſo viſum, concernunt.* p. 66.

11) *Relatio, concernens globulos microſcopicos, regiae ſocietati a reu. Patre* DI TORRE, *Neapolitano, donatos, atque ad examinandum Cl.* BAKERO *traditos.* De quatuor his globulis microſcopicis, Vol. p. 67.

 ante-

*) *Syſt. nat.* ed. XII. T. IV. p. 236.

antecedente *) memoratis, Cl. BAKER notat, eorum vſum, licet mirifice res, vt dudum notum eſt, amplificent, iam diu euiluiſſe. Cum enim focus eiuſmodi globuli non niſi quarta parte diametri a ſuperficie diſtet, admodum ingenioſis artificiis opus eſt, ad obſeruandum per globulum diametri dimidii puncti Pariſienſis, a cuius ſuperficie res conſideranda non remotius, quam in diſtantia $\frac{1}{144}$ parte digiti Pariſienſis, ponenda: et inuentis illis artificiis quiſque eorum, qui per eiuſmodi globulos microſcopicos obſeruauit, fatebitur, obſeruationes eiusmodi, ob defectum luminis, nimis moleſtam oculorum intenſionem, ac nimis arctum viſionis campum, valde incertas eſſe et occaſionem incautis ac imperitis praebere, coniecturas pro obſeruationibus venditare. Hinc etiam in eorum locum lenticulae microſcopicae ſubſtitutae ſunt. Cl. BAKER Reu. TORRE quidem laudibus proſequitur dexteritatem in conficiendis eiusmodi globulis, fateri tamen cogitur, ſe, licet omnem adhibuerit diligentiam, in obiectis ad eas obſeruationes accommodatiſſimis, nihil diſtincti ac certi potuiſſe obſeruare.

p. 72. 12) *De tranſitu Veneris per diſcum ſolis anno* 1761 *d. 6. iun.* Auctore Cl. F. MALLET.

p. 92. 13) *De hepatitide cum ſymptomatibus malignis coniuncta atque curata*, a Cl. ROBERT SMITH, chirurgo Edimburgenſi. Mulier 26 annos dolore inſigni lateris dextri ſub coſtis ſpuriis vna cum febre acuta afficiebatur, ſenſimque oriebatur tumor hepatis et aegra deiectionibus maxime debilitabatur. Emollito tandem tumore, hunc incidit Cl. Auctor et materia purulenta et glutinoſa, albumini oui ſimilis, exiit, tertia vero nocte

*) Vid. Philoſ. Tranſact. Vol. LV. p. 246. ſqq. Comment. noſtr. Vol. XV. p. 71.

nocte aegra in delirium ac tuſſim enormem incidit, quapropter iniectionibus emollientibus et antiputridis vſus eſt, interneque corticem Peruuianum exhibuit. Licet vero horum remediorum vſu bonum pus obtineret, nihilominus tamen interdum exiit e vulnere ſanies copioſa, partes externas laedens. Poſt decem tandem hebdomadas, obſeruata priſtina medendi methodo, vulnus cicatrice clauſum eſt et aegra vſu pilularum mercurialium plane conualuit.

14) *Experimenta cum cortice Peruuiano inſtituta*, p. 95. a Cl. ARTHUR LEE. Deſcribit hic Cl. Auctor 25 experimenta, e quibus praecipua tantum recenſeamus. Infudit in vncias duas pulueris corticis Peruuiani ſeſquilibram aquae deſtillatae, ac poſt 24 horas filtrauit et deſtillatione accepit liquorem limpidum colore ingrato flauo. Reſiduum continebat drachmam vnam reſinae et liquor porro euaporatus drachmas tres ſubſtantiae gummoſae amariſſimae; hinc concludit, infuſum aquoſum continere aromaticam corticis partem, paululum reſinae et copioſum gummi. Reſiduum, ſpiritu vini extractum, dedit tincturam, quae aqua mixta depoſuit drachmas tres et grana 18 reſinae; hinc apparet, corticem Peruuianum continere aromaticam partem, ab infuſo aquoſo calido extrahendam, gummoſam aqua inprimis ſolubilem, et reſinoſam ſpiritu vini ſoluendam. Tinctura ex vncia vna corticis Peruuiani et quatuor vnciis ſpiritus vini facta et filtrata ſine preſſione, duo grana reſinae, filtrata cum preſſione, grana ſex continebat, quapropter preſſionem in filtrandis tincturis commendat. Drachmae duae pulueris laminae externae corticis Peruuiani in ſpiritu vini digeſtae, ſuppeditabant grana duo reſinae, eadem vero quantitas laminae internae granum vnum ſemis. E duabus tincturis corticis Peruuiani, ſimili modo paratis, drachma vna illius,

 quae

quae per duas horas erat digeſta in balneo maris, tria continebat grana reſinae, drachma autem vna illius, quae per 24 horas in calore digeſta erat, granum vnum; hinc commendat balneum maris ad tincturas fortiores reddendas. Drachma ſemis pulueris corticis Peruuiani, infuſa per 24 horas alcali volatili cauſtico, dedit tincturam, quae cum acidis non effervefcebat. Aqua calcis cum puluere corticis Peruviani digeſta, ſublimatum corroſiuum in ſolutione aquoſa non praecipitabat. Puluis corticis Peruuiani cum ſalis communis ſolutione infuſus, colorem purpureum accepit, ſaporem vero ſalſum retinuit. Tinctura corticis Peruuiani cum aqua calcis mixta, reſinam praecipitabat. Reſina corticis Peruuiani ab aqua calcis ſtatim ſoluebatur et calx reducebatur. Infuſa ſpirituoſa vel aquoſa, quae 24 tantum horas digeruntur, eaſdem vires extrahunt, quas infuſa, per aliquot dies parata, continent.

p. 105. 15) *Nouorum quorumdam in re electrica experimentorum ſpecimen, quod regiae Londinenſi ſocietati die* 14 *ian.* 1766 *mittebat* Cl. IO. BAPT. BECCARIA.

p. 119. 16) *Methodus propoſita metiendi gradus longitudinis in parallelis aequatoris a* Cl. I. MICHELL.

p. 126. 17) *Obſeruationes de aſcaridibus et cucurbitinis et potiſſimum de taenia, tam humana, quam leporina a* Cl. IO. PHILIP. DE LIMBOURG. Cl. Auctor icone illuſtrat quatuor extremitates taeniarum, in leporis inteſtinis repertarum, ac varias partes taeniae humanae, vermes cucurbitinos et aſcarides, atque contendit, aſcarides ſingularem ſiſtere ſpeciem vermium; vermes cucurbitinos non veros eſſe vermes, nec ex his taeniam formari, ſed potius ſiſtere annulos taeniae ſeparatos; taeniam ſaepe inueniri multiplicem, eius-

eiusque ſpecies multiplices et ex ouis, vna cum cibis vel aqua deglutitis, oriri.

18) *Relatio de hernia permagna, in litteris* Cl. GEORGE CARLISLE ad Ill. epiſcopum DE CARLISLE. Octogenarius laborabat hernia inguinali lateris dextri, quae ſenſim ſcrotum tantopere implebat, vt penis plane obtegeretur, ac interdum vrina eroderet tumorem; obiit tandem aeger. In eius ſectione latitudo tumoris erat 17½ poll. longitudo 15 poll. ambitus 34 poll. membrana dartos cartilagineam fere duritiem habebat. Aperto abdomine, apparuit hepar permagnum; ventriculus autem in ſitu haerebat longitudinali. Cardia nimirum iuxta lobum ſiniſtrum hepatis poſita erat, pylorus autem, duodenum, ac reliqua inteſtina in ſacco herniae latebant, praeter partem coli lateris ſiniſtri. Ductus choledochus, qui ad ſaccum deſcendebat, inſignem longitudinem habebat et in ambitu aequabat 2½ poll. Veſica in ſitu naturali erat ac ſana. Teſticuli maxime varicoſi erant; inteſtina cum ſacco herniae coalita; annulus abdominis tantopere extenſus, vt manum reciperet, ipſeque ſaccus herniae firmiſſimus erat. p. 133.

19) *Tria ſchediaſmata, quae concernunt experimenta cum aëre factitio inſtituta* a Cl. HENRY CAVENDISH. Primum notat Cl. Auctor, per aërem factitium hoc loco intelligi in genere certum aëris genus, in aliis corporibus in ſtatu non elaſtico reſidentis, atque arte ab iis ſeparati. Fixum vero aërem eſſe eam peculiarem ſpeciem aëris factitii, quae ex ſubſtantiis alcalinis per ſolutionem in acidis, vel per calcinationem elicitur. Deinde methodos principes ac artificia deſcribit, quibus aër ex corporibus ſeparatur et tandem experimenta ipſa exhibet p. 141.

et quidem ſchediaſmate 1) ea, quae concernunt aëre m inflammabilem ex zinco, ferro ac ſtanno per ſolutionem in acidis productum: 2) exhibet XVI experimenta cum aëre fixo inſtituta; in 3) tandem occurrunt experimenta cum aëre, per fermentationem ac putrefactionem producto. Quae omnia cum ſatis ingenioſe excogitata ſint, omnino vlteriorem phyſicorum attentionem merentur.

p. 184. 20) *Relatio vlterior de cocco Polonico* *) a Cl. WOLFE, *Warſouienſi*, *communicata* a Cl. HENRY BAKER. Cl. Auctor detexit marem huius inſecti, eumque vna cum foemina, modo ex ouo eductos, ad naturam, eosdemque microſcopio adauctos icone delineat, ac ſimul depinxit ſcleranthum perennem, calycibus clauſis LINN., ad cuius radices hoc inſectum inprimis menſe iunio, iulio et auguſto reperiri ſolet in Podolia ac Vkrania. Corpus et caput maris maculas purpureas fuſcas habet, alae ſunt albae, pellucidae, maculis opacis purpureis; color foeminae eſt purpureus fuſcus.

p. 186. 21) *Relatio vlterior de iaculatore, piſce, cuius mentio facta eſt in tranſactionibus philoſophicis anni* 1764, *art. XIV* **) a Cl. HOMMEL *in Batauia, vna cum deſcriptione alius ſpeciei*, a Cl. PALLAS exarata, in litteris Cl. I. A. SCHLOSSER ad Cl. PET. COLLINSON. Ad capienda inſecta, iaculator caute ſe appropinquat obiecto, donec ei ex obliquo poſitus ſit, tum fixis oculis perſiſtens, nec os ex aqua emittens, guttam aquae eiicit, atque hinc inſectum capit. Noua ſpecies hic delineata dicitur *ſciaena iaculatrix, quinquemaculata, pinnis ventralibus adnatis, maxilla infe-*

(*) Vid. Philoſ. Tranſact. Vol. LIV. art. 15. p. 91. Commentar. noſtr. Vol. XIV. p. 311.
**) Vid. Commentar. noſtr. Vol. XIV. p. 310.

inferiore longiore et in India orientali non adeo rara eſt quam prior.

22) *Relatio de amphibio bipede* a Cl. JOHN ELLIS *ad ſocietatem regiam.* Singulare hoc animal, *ſiren lacertina* ab Ill. LINNAEO vocatur, qui, vti alio loco *) iam monuimus, illud academica diſſertatione, Vpſaliae an. 1766 edita, deſcripſit et cum illud branchias et pulmones ſimul, pedesque brachiatos vnguiculatos habeat, ſingularem *amphibiorum* ordinem eius cauſſa conſtituit **), *meantium* ſcilicet. Habitat vero illud in Carolinae auſtralioris paludoſis et ab incolis *Leguana paludoſa* (mud-inguana) vocatur. Duo autem ſpecimina hic delineantur et deſcribuntur, quorum minus 9 pollicum, maius vero 31 pollicum longitudinem habet. Caput anguillae ſimile eſt, ſed magis compreſſum, oculi parui, palpebris euidenter inſtructi. Os paruum eſt, palatum vero et maxilla inferior multiplici ſerie dentium ſatis acutorum inſtruuntur. Cutis nigra gelatinoſa quaſi, ſquamulis tecta. In vtroque corporis latere maculae albae reperiuntur, lineaeque laterales albae a pedibus ad caudae extremum excurrunt. Pinna caudalis nullis radiis oſſeis inſtruitur, ſed caudae anguillae ſimilis eſt et magis adipoſa. Opercula branchiarum dupliciter pennata ſunt, quorum tria in quouis latere numerantur et operculis branchiarum laruarum lacertarum ſimiles ſunt. Numerus orificiorum branchiarum, operculorum numero reſpondet. Hoc tamen animal non lacertae alicuius laruam, ſed declaratum animal eſſe, probant: pedum numerus, quorum duo tantum, digitis quatuor vnguiculatis inſtructi, parui, ſub operculis branchiarum ſiti, numerantur, cum laruae la- p. 189.

 certarum

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XV. P. II. p. 329.

**) Vid. Syſt. nat. Edit. XII. T. I. P. II. in addendis ad finem paginae 395.

certarum quatuor pedes habeant, digitosque muticos: deinde vox cantillans: et tandem magnitudo, qua omnes reliquas lacertas, in Carolina reperiundas, inſigniter ſuperat.

p. 193. 23) *Obſeruationes de animalibus, quae vt plurimum ab auctoribus dicuntur amphibia*, auctore Cl. PARSONS. Reiicit Cl. Auctor vulgarem notionem amphibiorum, quae et in terra et in aqua ſimili modo viuere dicuntur, cum potius vel praecipuas functiones vitae in terra faciant et occaſione tantum aquam petant, vel inprimis aquam inhabitent et occaſione tantum in terram ſe conferant; hinc aues aquaticae minime huc pertinent, quae tantum alimenta in aqua quaerunt. Claſſis phocarum victum quidem ſibi parat in aqua e piſcibus, functiones autem vitales praecipuas, ſomnum, generationem, educationem pullorum, cet. inprimis in terra exercet. Differentiam eſſentialem inter amphibia et animalia terreſtria potiſſimum exhibet foramen ouale auricularum cordis, quod in illis nunquam, in his vt plurimum clauditur. Phocas praeſertim in terra degere, demonſtrat Cl. Auctor ex ſimilitudine earum carnium cum carnibus animalium terreſtrium, quae, ſi diu ſub aqua verſarentur, nimis relaxatae putreſcerent. Cum vero foramen ouale cordis in phocis non clauſum ſit, quoniam mater pullum ſtatim poſt partum aquam intrare docet, ad aliquod quidem tempus, dum ſub aqua ſunt, ſanguis circulatur ſine ingreſſu in pulmones, ſimulac vero in terram redeunt, denuo per pulmones ducitur. Viperae, caſtores, ratti, ranae, lacertae aquaticae, hippopotamus, teſtudo, ſemper praecipuas functiones vitales in terra ſuſcipiunt. Reliqua amphibia, quae aquam inhabitant et modo interdum terram petunt, ſunt anguillae et ſerpentes aquatici, quorum branchiae bene

bene obtectae ſunt, ac muco copioſo cutis ſatis defenduntur, ne areſcant, nec circulatio ſanguinis ſtagnet; reliqui vero piſces moriuntur, ſimulac branchiae areſcunt. Phocae autem veris pulmonibus reſpirant aërem et per aliquot horas extra aquam viuere valent.

24) *Relatio de peculiari commodo ſtructurae aſperae arteriae nonnullarum auium, atque teſtudinis terreſtris*, Auctore EODEM. Conſiderat Cl. Auctor peculiarem ſtructuram ac flexus aſperae arteriae in cygno fero, grue, gallo indico, grue numidica atque teſtudine terreſtri. In *cygno fero ſ. marino* *) deſcendit aſpera arteria ſub epiglottide vna cum oeſophago vſque ad 4 vel 5 pollices ab vltima vertebra colli, vbi oeſophagus ad inteſtina progreditur, trachea vero, arcuatim ducta, iuxta oſſa iugalia carinam ſterni ingreditur et ad eius finem regreditur, arcum antrorſum, ſurſum et retrorſum format, ac tandem cauitatem pectoris petit et in duo bronchia diuiditur, quae ad pulmones ducunt. Vſus longitudinis tracheae fortaſſe eſt longior retentio aëris inſpirati, nam hic cygnus ferus victus quaerendi cauſſa ſaepe diutius ſub aqua retinetur. In *grue* flectitur aſpera arteria ad carinam ſterni peculiari modo, qui vix deſcribi, ex icone vero adiecta ſatis intelligi poteſt, ac ſimili modo in bronchia mutatur, quam in cygno fero. Mirandum eſt, in congeneribus auibus, v. c. ciconiis, minime inueniri ſimilem ſtructuram tracheae. In *gallo indico* deſcendit aſpera arteria cum oeſophago vſque ad medium oſſium iugalium, ampliatur, reflectitur, arcum format, tandemque in bronchia mutata, in pulmones tranſit. Flexio aſperae arteriae *gruis numidicae* p. 204.

*) Apparet ex hac deſcriptione cygnum ferum non varietatem cygni vulgaris, ſed diuerſam ſpeciem eſſe, cum in hoc aſpera arteria recte procedat.

numidicae etiam peculiaris eſt, vt ex icone apparet, eaque vario modo et retrorſum et antrorſum flectitur, donec in bronchia mutatur. In *teſtudine terreſtri* deſcendit aſpera arteria, ac mox diuiditur in duos ramos, qui in vtroque latere arcum circularem formant, ac tandem pulmones ingrediuntur. Vſus eius eſſe videtur longior retentio aëris inſpirati, vt animal ex arbitrio pulmones vel contrahere, vel expandere, atque hinc ſe in aqua mouere poſſit.

p. 216. 25) *Litterae* Cl. WILL. MOUNTAGNE *ad* Ill. Comitem JAMES DE MORTON, *quae ſiſtunt nonnullas obſeruationes variationum acus magneticae, factas in naue annis* 1760, 1761 *et* 1762 a Cl. DAV. ROSS, *chirurgo.*

p. 224. 26) *Litterae ad praeſidem ſocietatis regiae, quae continent nouam methodum metiendi velocitatem venti, et experimentum cognoſcendi, ad quamnam quantitatem aquae nix, modo delapſa, adſcendat,* a Cl. ALEX. BRICE.

p. 229. 27) *Nonnullae obſeruationes de regione fodinisque metallicis Hiſpaniae ac Germaniae, cum relatione de formatione ſmiridis.* Auctore Cl. W. BOWLES, communicatae a Cl. P. COLLINSON. Deſcribit montes Caſtiliae circa Reynoſam, ſatis altos, ita vt vel auguſto menſe niue adhuc tegantur. Summitates horum montium lapide arenario conſtant, calcareus vero et gypſum in decliuioribus reperitur. Smiris vero oritur, ſi ferri materia fluida ſaxo arenario ita iungitur, vt ſingula grana arenae cum ea quaſi cryſtalliſentur. Fontes ſalſi etiam in ſatis excelſis locis reperiuntur, vti Cl. Auctor exemplo eorum, qui ad vrbem Molinam ſunt, probat. Vapores metallici venarum, ſub terra reconditarum, fertilitatem ſoli, iis ſuperimpoſiti, non deſtruunt, quod Auctor exemplo

varia-

variarum fodinarum Hiſpanicarum, nec non fodinarum St. Mariae in Alſatia, Clausthalianarum et Fribergenſium probat.

28) *Commentarius de indole electrica turmalini, auctore* Cl. TORBERN BERGMAN. Primum Cl. Auctor turmalinos Ceylanenſes ab academia ſcientiarum Stockholmienſi acceptos, quoad figuram, colores atque polos deſcribit, deinde experimentis, cum iis inſtitutis, hanc legem fundamentalem conſtituit: *cuiusuis turmalini alterum polum dilatatione electricitatem acquirere poſitiuam, contractione negatiuam; alterum vero contrariam habere indolem, adeo, vt contractione fiat poſitiuus et dilatatione negatiuus*; et ex hac fundamentali propoſitione omnes, quotquot ipſi innotuerunt, proprietates electricas, turmalino in ſpecie competentes, explicat, docetque, quo modo controuerſia, inter Cl. viros WILSONVM et AEPINVM, de turmalini phaenomenis electricis geſta, componenda ſit. p. 236.

29) *Theoria parallaxum altitudinum in hypotheſi telluris ſphaericae a* Cl. F. MALLET, *ex gallico in anglicum idioma translata a* Cl. M. MATY. p. 244.

30 a) *Catalogus* 50 *plantarum horti Chelſeani, ſocietati regiae exhibitarum a ſocietate pharmacopaeorum in annum* 1765, *ſecundum inſtitutum* Ill. HANS SLOANE, *per* Cl. WILL. HUDSON. p. 250.

30 b) *Obſeruationes eclipſis ſolaris die* 5 *Aug.* 1766, *inſtitutae in obſeruatorio Marchionis* DE COURTENVAUX *Columbino,* 20° *verſus occidentem ab obſeruatorio regio Pariſino et in lat.* 48° 55′ 28″ *a* Cl. MESSIER, *translatae a* Cl. M. MATY. p. 259.

31) *Lit-*

p. 262. 31) *Litterae* Cel. Principis DE CROY *ad* Ill. Comitem DE MORTON, *quae ſiſtunt obſeruationes eclipſium ſolarium diei* 16 *aug.* 1765 *et* 5 *aug.* 1766 *Caleſii inſtitutas, vna cum nonnullis adnotationibus in primam earum; quas ex gallico idiomate conuertit* Cl. MATH. MATY.

p. 268. 32) *Obſeruatio deliquii ſolaris diei* 5 *aug.* 1766 *Caleſii facta.*

p. 270. 33) *Relatio de extracta parte oſſis humeri, magnitudine* 3 *pollicum et* 10 *linearum, quae regenerata eſt materia oſſea; cum deſcriptione machinae, quae inſeruiit ad retinendas partes ſuperiores et inferiores oſſis in ſitu apto, tempore regenerationis, quaeque etiam vtiliſſima eſt in fracturis, ad collum humeri factis*, a Cl. LE CAT *ex gallico idiomate translata* a Cl. I. O. IUSTAMOND. Miles 41 annorum vulnerabatur globulo tormenti, duos pollices ſub capite humeri ſiniſtri, cum fractura oſſis, ac poſt 7 menſes ſanatus eſſe videbatur. Poſt duros labores ſibi deinde attraxit abſceſſum in humero antea fracto, atque eductis variis fragmentis oſſeis, tandem vulnus cicatrice claudebatur, relicta debilitate brachii. Paullo poſt a pleuritide reſtitutus, denuo abſceſſus humeri cum carie oriebatur; ſeparauit itaque Cl. Auctor 3 pollices et 10 linearum oſſis carioſi, cauitatem impleuit linteo carpto et formam brachii retinuit in longitudine naturali machina peculiari, duplici cochlea diuerſae directionis inſtructa, cuius icon hic additur, et poſt 5 menſes natura plane reſtituerat partem reſectam, vt vſus plenarius brachii recuperaretur.

p. 278. 34) *Litterae* Cl. WARGENTIN *ad* Cl. MASKELYNE, *quae continent tentamen nouae methodi determinandi longitudinem locorum, ex obſeruationibus eclipſis ſatellitum Iouis.*

35) *Lit-*

35) *Litterae* Cl. JOHN ELLIS *ad Ill. Praeſi-dem, de Colubre Ceraſte, ſ. vipera cornuta Aegyptiaca.* Hoc animal Aegyptiacum nondum inuenitur in muſeis Europaeis, eiusque morſus maxime venenatus eſt. Caput ad cornua valde depreſſum eſt, poſterior pars multo craſſior collo, roſtrum breue, ſimum, oculi habent pupillam nigram, iris colorem flauo-griſeum, orbitas circumdant ſquamulae hemiſphaericae, lingua eſt bifurcata, maxilla ſuperior dentibus expers, duo oſſa palati decem dentes acutos habent, maxilla inferior dentes quatuor. Super orbitas eminent duo tentacula acuta, quae quartam partem pollicis aequant, ac circulo ſquamularum erectarum circumdantur. Corpus verſus collum eſt gracile, in media parte diametro pollicis vnius, cauda decreſcit et in acutam extremitatem terminatur, caput, dorſum et ſuperior pars caudae eſt colore ochraceo cum maculis irregularibus, reliqua colore albo; longitudo a naſo ad anum ſiſtit 22 ½ pollices, caudae 3 ½ poll. venter 145 ſcutis obtegitur, cauda vero 86 ſquamis. p. 287.

36) *Excerpta ex diario meteorologicarum obſeruationum Quebeci obſeruatarum inter* 1 *aprilem* 1765 *atque trigeſimum aprilem* 1766 a Cl. ALEX. ROSE, *atque communicatarum per* Cl. P. MURDOCH. p. 291.

37) *Deſcriptio duorum nummorum Parthianorum, nondum diuulgatorum*, *a* Cl. JOHN SWINTON *in litteris ad* Cl. CHARL. MORTON. p. 296.

38) *Relatio de felici operatione hydropis pectoris a* Cl. WILLIAM MORELAND, *communicata a* Cl. WILL. WATSON. Foemina grauida hydrope pectoris in latere dextro laborans, ſe ſubiecit operationi empyematis et, facta inciſione inter ſextam et ſeptimam coſtam, p. 302.

coſtam, effluxerunt 7 librae aquae limpidae et aegra deliquium animi paſſa eſt, ſed poſtea nulla fere ſenſit incommoda, vulnus intra menſis ſpatium clauſum eſt et aegra peperit iuſto tempore feliciter, beneque deinde ſe habuit.

p. 305. 39) *Litterae* Cl. EMAN. MENDES DA COSTA *ad* Cl. M. MATY, *quae continent ſupplementum ad relationem de detecto ſtanno natiuo Art. VII*) pertinens.* Mineram ſocietati regiae miſſam, verum eſſe ſtannum natiuum, ex eius nexu cum arſenico demonſtratur. Etenim poſt exactum examen vidit Cl. Auctor, mixturam quarzoſam, inter mineram et ſtannum poſitam, non eſſe quarzum, ſed potius arſenicum, quod ex odore deterrimo, quem ſpargebat, ſi igni adſpergebatur, intellexit.

p. 307. 40) *Supplementum ad relationem de amphibio bipede* Cl. JOHN ELLIS, *Art. XXII**) ſiſtens deſcriptionem anatomicam huius animalis*, auctore Cl. JOHN HUNTER. Lingua eſt lata, oſſe inſtructa, vti in variis auibus; in poſteriori et laterali parte oris inveniuntur tria foramina, quae rimulis branchiarum piſcium ſimilia ſunt; ad radicem linguae incipit trachea, ac deſcendendo in bronchia pulmonum diuiditur; pulmones duplices ſunt, a corde per totum abdomen deſcendentes vſque ad anum. Cor vnum ventriculum vnamque auriculam habet; ſanguis ex vena caua ducitur antrorſum ac ſurſum in ſulcum hepatis, atque in ſaccum pericardio ſimilem, ex hoc in venam ad ſiniſtrum auriculae latus poſitam, quae ſanguinem ex capite, pulmonibus ac bronchiis recipit et in auriculam ducit; aorta arcum format, ac deinde ramos emittit; hepar vnum lobum ſiſtit cordi

*) Vide paullo ſuperius p. 497 ſq.

**) Vide ſuperius p. 505 ſq.

cordi adnatum, veſica fellea deſtituta eſt ductu hepatico, hepaticocyſticus ex eius fundo progreditur, cyſticus ex eius poſteriori parte exit et inteſtino inſeritur prope pylorum; lien eſt anguſtus, ſed longus, ac meſenterio adhaeret. Sub inteſtino recto adeſt veſica, muſculis abdominis adhaerens et in rectum ſe aperiens; in vtroque latere recti inueniuntur duo corpora, quorum poſteriores extremitates anteriori fini renum adhaerent, ſed non determinare audet Cl. Auctor, vtrum ſint teſticuli, an ouaria?

XIII.

IO. FRIDERICI CARTHEUSER, Med. Doct. et Prof. Publ. Ord. Acad. Reg. Boruſſ. ſodal. et Acad. Elect. Mogunt. ſcient. vtil. aſſeſſ. Fundamenta materiae medicae tam generalis, quam ſpecialis. Tomus I. editio noua, praecedente emendatior ac longe auctior. Francofurti ad Viadrum apud Anton. Godofred. Braun. 1767. 8. Alph. 1. pl. 15. et Tomus II. ib. eod. Alph. 1. pl. 17.

Priorem huius de materia medica conſcripti libri editionem recenſentes *) ſummam rerum contentarum exhibuimus; nouam nunc editionem indicantes, ea tantum, quae mutata ſunt, recenſebimus. In genere itaque, vt ex prooemio patet, notandum eſt, pauca, quae Cl. Auctori non amplius placuerunt, ablata, nonnulla in meliorem ordinem redacta, multa emendata et longe adhuc plura addita eſſe. Acceſſerunt nimirum quinquaginta fere capita noua, quae ſelectorum, vel noſtra aetate fere vbiuis vſitatorum

*) Vid. Comment. noſtr. prim. Decad. Supplem. II. p. 291.

tatorum ſimplicium deſcriptionem complectuntur. Nomina botanica, vt plurimum ex BAUHINORUM, TOURNEFORTII et LINNAEI ſcriptis deſumere Noſtro placuit, loca tamen ſpecialia, ne centies repetita libri eiuſdem recenſio lectoribus taedium pareret, addita non eſſe, notat. Seriem ſectionum quodammodo mutatam deprehendimus. Sectio enim tertia, quae de inſipidis et ſubdulcibus mucilagineis et gelatinoſis agit, in priore editione ſectionem decimam quintam conſtituit et quarta ſectio de dulcibus, ſubdulcibus leniter amaricantibus, auſteriuſculis atque balſamicis, vnguinoſo-oleoſis et pinguibus agens, in priore editione ſectio decima quarta eſt. Sectio decima, quae ſententiam Cl. Auctoris de acribus alterantibus explicat, in priore editione ſectionem de dulcibus praecedit, hic autem eam ſequitur.

Quod ad ipſam tractationem attinet, multa capita prorſus noua, alia autem valde mutata deprehen-
p. 101. dimus. Sic in ſectionis ſecundae capite quinto infuſi illius, quod ope aquae ex teſtis oſtrearum et cochlearum calcinatis paratur, quodque a Cl. WHYTT
p. 120. tanquam lithontripticum laudatur, mentio fit. Caput octauum, quod de cryſtallo montana, lacte lunae et terris ſigillatis agit, hinc inde mutatum legimus.
p. 162. Quae in ſectione tertia de radicibus ſalab et orchidis vulgaris, de farina illa, ſagu dicta, de vipera de-
p. 192. que ſtinco marino dicta ſunt, noua reperimus. In ſectione quarta capite primo multa de natura, prin-
p. 196. cipiis, viribus et vſu vnguinoſo-oleoſorum et capite ſecundo nonnulla de natura, differentia ac viribus pinguedinum animalium magis enodata ſunt; praeterea de ſeminibus ſeſami, de oliuis et nucibus been, de cera, atque fructibus cacao plura hic re-
p. 341. periuntur. In ſectione ſeptima caput quintum de ſale mirabili Glauberiano natiuo eiuſdemque ſpeciebus notioribus multo ſtudio in hac noua editione

ela-

elaboratum eſt. In ſectione decima nouum caput de cardamindo legimus. In ſectione vndecima radicibus amaris radix exotica mungos adnumeratur; de radicibus porro ariſtolochiae, ſcrophulariae, et de cortice ſimarubae, et in ſectione duodecima de turpetho vegetabili, de hermodactylis, atque radice ſenega capita noua inſerta deprehendimus. p. 475. p. 503. p. 531.

In tomo ſecundo balſamicis et aromaticis adnumerantur nardus ſiue ſpica Indica et Celtica, ſchoenanthus et malabathrum ſeu folium Indum, ruta, botrys ambroſioides, ageratum, leucoium luteum ſeu flores cheiri, lignum cedrinum, cortex caryophylloides Amboinenſis, ſeu cortex culilawan, cortex Winteranus verus, gummi galbanum, bdellium et opoponax, ſtyrax liquida, aracus aromaticus, vulgo vaniglia dictus, naphtha ſeu petroleum, piſſaſphaltum, aſphaltum et mumia mineralis Perſica. In ſectione decima quinta capita de radice ſaponariae, de radice ginſeng et ninzin, de lichene cinereo terreſtri, de muſco clauato, de vua vrſi, branca vrſina Germanica, de anagallide et de millepedibus, nec non lumbricis terreſtribus noua ſunt. Tandem nouum quoque caput de natura ac viribus aquae marinae et caput de aquis ſoteriis mineralibus auctum reperimus.

Sed haec in vniuerſum de noua hac editione dicta ſint; quaedam nunc hinc inde decerpere liceat. Radices ſalab et orchidis inſignem copiam mucilaginis fouere et recentes debilem odorem hircinum ſpirare, inque morbis ab humoribus iuſto tenuioribus vel acida acrimonia prouenientibus, auxilium non ſpernendum praebere, vim vero earundem aphrodiſiacam, adeo olim laudatam, nullam eſſe, Cl. Auctor aſſerit. p. 170.

p. 184. Gelatinam viperarum ſale volatili vrinoſo, non explicito tamen, longe magis, quam plerorumque aliorum animalium gelatinas, abundare et ſubſtantiam carnis ſtinci gelatinoſam, quae cum viperarum gelatina quoad naturam comparatur, copioſo pariter ſale volatili vrinoſo, itidem implicito turgere, Noſter autumat; vis autem ſtinci aphrodiſiaca, ab aliis laudata, ab Eodem in dubium vocatur.

p. 519. Radicibus amaris indigenis gentianae rubrae, dictamni albi, trifolii fibrini, radix mungos a Cl. Auctore adiungitur, quae intenſe amara aegris, febre quadam putrida maligna correptis, opitulari et in hydrophobia pariter ac rabie canina inſignes et plane ſpecificas vires exſerere dicitur. Radices ari-

p. 514. ſtolochiae, longae verae nimirum, rotundae, clematitidis vulgaris et fabaceae ex Cl. Auctoris ſententia interne parcius et prouide vſurpandae ſunt, ne acrimonia ſua, nonnihil erodente, noceant.

p. 569. Turpethum vegetabile et radicem bryoniae, cum ſaepe in operando iuſto violentiores reperiantur et vehementia vt plurimum ventris tormina aliasque affectiones ſpaſmodicas excitent, e ſelectiorum catharticorum cenſu relegendas eſſe, Noſter innuit.

p. 573. Hermodactylis, ſi praeſcribantur, alia cathartica, eaque magis actiua, nec minus leniora quaedam aromatica addere, Noſter ſuadet et priora ideo quidem, vt purgandi virtutem paullulum intendant, poſteriora autem, vt flatus, quos hermodactyli ob viſcoſitatem ſuam gignere ſolent, diſcutiant.

p. 576. Radicem ſenegam, quae ab omnibus botanicis polygalae ſpeciebus adnumeratur, inter laxantia ac leniora emetica referendam eſſe, vſumque eius ad curationem nephritidis ſabuloſo-pituitoſae, cataractae recentioris pluriumque aegritudinum, quae diuretica, diaphoretica ac potentiora remedia diſſoluentia ad ſui ſublationem poſtulant, cum fructu haud ſpernendo

nendo transferri poſſe, Cl. Auctor aſſerit, atque huic radici Virginianae, ob aliquam naturae ac virium ſimilitudinem radiculas et herbam polygalae noſtratis, quae a C. BAUHINO polygala maior vocatur, ſubſtitui poſſe, autumat.

Botrys ambroſioides, vt chemicum, a Noſtro inſtitutum, examen oſtendit, ex copioſo principio ſpirituoſo, aromatico-camphorato, pauco oleo, nec non ſale quodam ſalſo et fixa ſubſtantia reſinoſo-gummea conſtat; hinc eam inter medicamenta ſatis efficacia carminatiua, anthelmintica, vterina, pectoralia *) et anticachectica pertinere, Noſter aſſerit. Ageratum foliis ſerratis C. BAUHINI ſeu vulgo ita dictum eupatorium MESUAE quoad indolem et virtutem tanaceto analogum eſſe, Noſter oſtendit. T. II. p. 132. p. 138.

Cum ſantalo flauo propter magnam naturae analogiam lignum cedrinum ad eandem medicaminum claſſem reuocari poſſe, Cl. Auctor arbitratur. Arbor, quae iſtud foeneratur, a C. BAUHINO *cedrus conifera foliis laricis* nuncupatur. De vſu medico ſpeciali nihil addidit, cum nondum perfecte exploratum ſit, locum tamen inter ordinaria pharmaca mereri, putat. p. 169.

Corticem culilawan principiis valde actiuis, ſpiritu nimirum, oleo aethereo et ſubſtantia fixa reſinoſa ac gummea inſtructum eſſe, inque morbis a craſſis, mucido tartareis ac pituitoſo putridulis humoribus et nimia inſimul partium ſolidarum humiditate, p. 196.

*) Cum planta haec a nonnullis in quacunque phthiſi pulmonali laudetur, omnes ſane, qui ad eam velut ad ſacram anchoram confugiunt, de attendenda huius plantae indole monendi ſunt, ne abſque diſquiſita cauſſa in quacunque phthiſi *calidam* hanc plantam commendent, quam pauciſſimis tantum phthiſicis paucisque aliis pulmonicis vtilem eſſe, certum eſt.

ditate, flacciditate et atonia potiſſimum oriundis, ab eo auxilium exſpectandum eſſe, oſtendit.

p. 368. Aracum aromaticum, qui vulgo vaniglia dicitur, principio ſpirituoſo ac reſinoſo oleoſo turgere et ſiccum quoque ſal volatile oleoſum floribus benzoinis analogum, in naturali mixtione continere, hinc virtute calefaciente, diſcutiente, roborante, ſtomachica, carminatiua et emmenagoga pollere, Noſter autumat.

p. 383. Diſcrimen, quod auctorum nonnulli inter naphtham, petroleum et oleum terrae faciunt, eſſentiale non eſſe, Autor monet. Differentiam enim, quae in conſiſtentia, puritate, colore, odore caeterisque proprietatibus, ſenſibus obuiis, occurrit, accidentalem tantum eſſe, oſtendit. Ceterum petroleum remedium naturae admodum calidae et magnae activitatis eſſe, atque caute tam interne, quam externe vſurpandum, dictumque oleum ſub tempeſtiuo ac congruo vſu interno morbis multis ac variis egregie mederi, ſub intempeſtiuo autem et incongruo magna aegrotantibus incommoda ac detrimenta inferre poſſe, aſſerit.

p. 403. Mumia mineralis Perſica, quae nobilior, ſpiſſior ac ſenſim paulo indureſcens, piſſaſphalti ſpecies Noſtro eſſe videtur, ſecundum eiuſdem ſententiam inter efficaciſſima medicamenta referenda eſt. Si enim aliqua eius portio cum ſufficiente butyri quantitate liquata, interne ad quatuor circiter, quinque aut ſex grana vna vice adſumatur, ſanguinem, poſt contuſiones aut caſum ab alto extrauaſatum ac coagulatum, potenter reſolui et mirifice pariter viſcerum apoſtematibus, vlceribus et rupturis internis mederi, aſſerit. Parem, immo longe adhuc maiorem ac plane mirandam efficaciam in luxationibus membrorum et oſſium fracturis monſtrare, quando vſus externus interno iungitur et vnguentum

tum ex mumia cum butyro liquefacto, aut, ſecundum HASSELQUISTII relationem, cum oleo oliuarum paratum, parua ſaltim quantitate membro luxato aut oſſi fracto poſt reductionem decentem adplicatur, Noſter perhibet. Radicem ſaponariae vir- P. 447.
tute radicem ſarſaparillae multum ſuperare et loco eiuſdem in adfectibus venereis, ſcabioſis, ſcorbuticis aliisque morbis cum fructu haud ſpernendo vſurpari poſſe, Noſter arbitratur. Radices ginſeng P. 453.
et ninzin, quas incolae Chinae, Iaponiae pluriumque Aſiae regionum tanti aeſtimant, multoque pretio vendunt, radici petroſelini noſtratis Cl. Auctor vix praefert.

Lichenem cinereum terreſtrem RAII, quem P. 457.
TOURNEFORTIUS lichenem pulmonarium ſaxatilem, digitatum, maiorem, cinereum appellat, copioſas partes terreas, vaporoſum porro quoddam elementum putridulo mucidum, atque fixa etiam principia reſinoſa ac gummea continere: vaporoſum autem iſtud principium in ipſa planta non generari, ſed humori aqueo ex terra humida, cui lichen ſpongioſus adnaſcitur, copioſe intranti et putredinoſa corruptela nonnihil deprauato, geneſin praecipue debere, Noſter oſtendit. Quod autem ad virtutem illam ſpecificam, licheni contra rabiem caninam adſcriptam attinet, eum ob principium acre, ſubſtantiae gummeae inhaerens et ob ſatis validam proinde virtutem diureticam demorſis nonnihil opitulari, ſuamque ſymbolam, ſi tempeſtiue adhibeatur, ad hydrophobiam auertendam conferre poſſe, autumat. Medicamenta enim ſubtili ac penetrante acredine donata actiua diuretica eſſe, haecque inter praeſtantiora hydrophobiae virulentae tum auertendae poſt morſum, tum curandae, remedia referri poſſe credit.

Puluerem anagallidis, aduerſus hydrophobiam P. 504.
laudatae et quidem integrae plantae ſiccatae ſingu-

 lis

lis praeparatis reliquis palmam praeripere et bis quotidie ad drachmam dimidiam in aqua ſua deſtillata, aut proprio decocto aquoſo adſumi poſſe, Noſter contendit.

p. 557. Millepedibus nullas vires adſcribit Cl. Auctor, quod in eorum principiis conſtitutiuis nullam ſin-
p. 597. gularem virtutem inuenit. Aquam marinam, praeter ſal ſalſum vulgare, ſingulare quoque ſal neutrum amarum, nec non tenerius quoddam nitroſum, et ſubtilem ſubſtantiam vnguinoſo-bituminoſam, quae corpuſculis ſalinis tenacius adhaereſcat, in poris ſuis recondita fouere, hinc ad diſſoluendas quaſcunque impuritates mucidas, viſcidas, tenaces in ventriculo, inteſtinis aliisque cauitatibus et amplioribus non minus, quam anguſtioribus canalibus deliteſcentes, vtilem eſſe, atque ideo ad curationem variarum aegritudinum chronicarum valere, Cl. Auctor oſtendit; peculiarem autem effectum ab immerſione maniacorum et hydrophoborum in aqua marina non expectat et dulcem aquam frigidam fontanam ac fluvialem marinae hac in re minime cedere, immo, cum ſalutarium effectuum cauſſam in memoratis morborum ſpeciebus magis ad frigus, quam ad ſalſedinem eius et eminentiorem grauitatem ſpecificam redire putet, fontanam ideo ob maiorem plerumque frigiditatem ſuam, iſta nonnunquam praeſtantiorem eſſe, arbitratur.

XIV.

XIV.

Noſocomii ciuici Pazmanniani annus medicus tertius ſiue obſeruationum circa morbos acutos et chronicos ab HENRICO IOSEPHO COLLIN, Medico Viennenſi et eiusdem noſocomii phyſico factarum, pars prima. Vindobonae typis I. T. de Trattner 1764. 8. pl. 17½.

Expletam nunc videmus ſpem, quam fecerat Ill. STOERK, vti iam Lectoribus alio loco indicauimus *), futurum eſſe, vt, ſi ipſe non amplius ob munus aulicum praeeſſe noſocomio ciuico Viennenſi Pazmanniano, obſeruationesque annuas nobiscum communicare potuerit, Cl. COLLIN veluti in munere, ita et in hoc labore ipſi ſuccedat. Continet vero primum hoc volumen morborum acutorum hiſtorias, in dicto noſocomio a menſe iulio 1760 ad eundem menſem a. 1761 obſeruatas, quo anno 590 aegri morbis acutis ibidem laborarunt, ex quibus 47 mortui ſunt. His additae ſunt de febribus intermittentibus obſeruationes et experimenta cum cicuta per tres et vltra annos facta.

Quod itaque primum ad morbos acutos attinet, obſeruatum eſt, eos, qui *menſe iulio* 1760 febre acuta ſimplici in hoc noſocomio decubuerunt, omnes facile morbum ſuperaſſe, duabus foeminis exceptis, quae petechiis et purpura affectae perierunt. *Auguſto menſe* inflammatorii morbi ſatis frequentes erant. Inprimis autem multi pleuritide afficiebantur, quam ſudor, quinto vel ſeptimo die accedens, vt plurimum leuabat. Nonnullis aegris, qui quinto morbi die non ſudauerant, veſicatoria egregio cum effectu dolente in loco applicabantur. In cadauere autem

p. 1.
p. 7.

 aegri

*) Vid. Noſocomii Pazmann. ann. med. II. et Comment. noſtr. Vol. X. p. 281.

aegri, ſeptimo die mortui, pars pleurae in loco dolente ad imperialis fere magnitudinem gangraenoſa, pulmoque pleurae filamentis hinc inde accretus et ſanguine infarctus reperiebatur. Qui primo vel ſecundo die ſputa facile reiiciebant, copioſa venaeſectione non indigebant, ita vt illa, ſymptomatibus remittentibus, repetita, detrimentum iis attuliſſet. Atque in vniuerſum Cl. Auctor ſententiae eorum minime accedit, qui ſolis venaeſectionibus omnem dolorem pulſusque duritiem auferre cupiunt, cum exinde haud raro ita aegri debilitentur, vt pereant, vel difficile admodum priſtinam ſanitatem recuperent. Hinc potius ſi poſt primam venaeſectionem dolor aliquo modo mitior fit, nec amplius reſpiratio et tuſſis adeo moleſtae ſunt, licet pulſus adhuc duriuſculus ſit, ſolo potu copioſo remediisque reſoluentibus antiphlogiſticis, nec non cataplaſmatibus reliquam curam abſoluere ſtudet. Si dolor vero recrudeſcit etiam venaeſectionem repetit. Aegris quibus ſputa quinto vel ſeptimo tantum die prodierunt, kermes minerale exhibuit. Solis tamen ſputis nulli curati ſunt, ſed ſemper ſeptimo vel nono die diarrhoea critica acceſſit. In aegra, pleuritide laborante, purpura alba nono morbi die acceſſit, quae tamen euaſit.
p. 27. *Menſe ſeptembri* fere omnes, qui acute decumbebant, febre continua remittente laborabant, quae emeticum ſtatim in initio exigebat. In iis vero, in quibus hoc ſalutare remedium negligebatur, ſecundo vel tertio die diarrhoea foetida, aegrum inſigniter debilitans, accedebat. Vomitorium tunc datum nullam emeſin excitabat, ſed purgantis vires exſerebat. Cum vero Cl. COLLIN ſuaſu Cel. STOERKII variis aegris, tertiana ſimplici nullo alio ſymptomate ſtipata laborantibus, aliquot ante paroxyſmi acceſſum horas drachmam ſemis ſpiritus ſulphuris per campanam cum aquae deſtillatae vnciis duabus et drachmis ſex

ſyrupi

ſyrupi diacodii exhibuiſſet inſigni cum fructu, idem hoc remedium in febre continua remittente nonnullis aegris propinauit. Tuſſi tamen moleſta ſub paroxyſmo afficiebantur et ſequentibus paroxyſmis ita debilitabantur, vt corticis vſu febris mitiganda eſſet. *Menſe octobri* et *nouembri* multi aegri febre conti- p. 39.
nua remittente afficiebantur. Qui ex his ſingulis p. 50.
diebus exacerbationes patiebantur, in iis febris haec inflammatoriae fere ſimilis erat, ſimilemque exigebat medendi methodum, quo non obſtante tamen in nonnullis miliaria alba erupuerunt. Quae vero tertianae magis typum ſeruabat febris, vomitorio et cortice Peruuiano fugabatur. *Vltimo* anni 1760 *menſe* p. 51.
pauci tantum acutis morbis afficiebantur, inter quos tamen etiam exanthemata reperiebantur. *Ianuario* p. 63.
pleuritides inprimis occurrebant, in quibus nonnunquam loco veſicatoriorum ſinapiſmos tantum Cl. Auctor loco dolenti applicabat. *Februario* menſe bi- p. 69.
nos tantum pleuriticos in noſocomio ſuo Cl. Auctor habuit; octo vero alii aegri catarrhali febre cum tuſſi moleſta laborabant, qua tamen ſpumeſcentem tantum liquorem reiiciebant. Aluus tarda erat et ex alimentorum vſu, licet appetitus vigeret, ſemper febris intendebatur. Hinc purgans iis Cl. Auctor dedit, quod magnam viſcidi copiam eduxit. *Menſe* p. 78.
martio in morbis acutis nil peculiare annotatum eſt. In foemina, quae febre antea acuta laborauerat, atque vt maniaca ad noſocomium deferebatur, pulſus plenus, minime celer aderat. Venaeſectione vero adminiſtrata, aegra mentis compos iterum facta febrisque iterum excitata eſt, qua curata, perfecte ſana euaſit. *Menſe aprili* multi febribus acutis afficiebantur. Pul- p. 87.
ſus in iis erat minime durus, calor magnus, ſummaque proſtratio virium atque totum fere corpus dolebat. Accedebat tuſſicula ſicca, qua poſt aliquod tempus viſcidum tandem glutinoſum reiiciebatur.

Demul-

Demulcentibus et inuoluentibus Cl. Auctor in curatione harum febrium vtebatur. Nonnullis, qui frequentiori nauſea afficiebantur, vomitorium et purgans dedit optimo cum effectu. Prodierunt tamen
p. 92. etiam in his nonnunquam miliaria alba. *Menſibus maio* et *iunio* continuae remittentes cum exacerbationibus, alterno die recurrentibus, inprimis graſſabantur. Varii etiam inflammatoriis morbis correpti ſunt. Praeterea tres foeminae allatae ſunt, quae calore et ſiti ingenti cruciabantur cum validiſſima cordis palpitatione, quae venaeſectionibus non cedebat. Hinc Cl. Auctor veſicatorium ſub mamma ſiniſtra optimo cum effectu applicari iuſſit. Ex omnibus vero obſeruationibus, a Cl. Auctore ſingulis menſibus deſcriptis et hic communicatis, patet, illum omnibus menſibus optima medendi methodo, minime calefaciente, adhibita, tamen inter aegros, curae ſuae demandatos, habuiſſe nonnullos, exanthematibus miliaribus et petechiis laborantes, ita, vt vel ex his hiſtoriis pateat, exanthemata illa non ſemper, vti Ill. DE HAEN aſſeruit, calidioris regiminis effectus eſſe, ſed ſponte ex miaſmate peculiari oriri.

p. 107. Ex capite ſecundo, quo Cl. Auctor nonnulla *de febribus intermittentibus* monet, notamus, quatuor ab eo aegros mixtura, cum ſpiritu ſulphuris, methodo ſupra deſcripta parata, curatos eſſe. Debent vero aegri, quibus hoc remedium dare cupimus, habere corpus purum, ab omni obſtructione liberum, pulmonesque ſanos, cum alias ſub paroxyſmo tuſſis moleſta oriatur febrisque augeatur. In quartana decoctum ex radicibus leniter reſoluentibus paratum, addito ſale polychreſto, ſpiritu nitri dulci et ſyrupo fumariae adhibuit. Iis vero, quibus reſpiratio extra paroxyſmum quoque difficilis erat, grana duo kermes mineralis quater de die exhibuit. Vſus quoque eſt infuſo ſtipitum dulcamarae, quo etiam febrem

brem intermittentem rebellem in grauida octo menſium feliciter ſanauit.

Tertium caput, quod *de miranda cicutae efficacia in difficillimis ac multis olim pro incurabilibus habitis morbis*, inſcribitur, 41 morborum hiſtorias continet, in quibus hoc remedium egregium effectum praeſtitit. Pertinent vero obſeruationes potiſſimum ad *tumores viſcerum ſcirrhoſos: tumores glandularum et genuum: tineam: luem veneream: vlcera venerea: vomitum pertinacem cum tumore in epigaſtrio: vlcera phagadaenica* et *ſcorbutica*, nec non *ſcorbutum ipſum: ſcrotum induratum: mammas ſcirrhoſas* et *carcinomaticas: cancrum linguae* et *faciei* etc. In genuum tumore lymphatico, inciſione facta, fomenta ex cicuta etiam egregium effectum praeſtiterunt. Aegrae, quae a pluribus annis nocturnis artuum doloribus, tophis et fluore albo ex lue venerea afficiebatur et in qua mercurius ſublimatus tuſſim excitabat, cicutam, adiunctis nonnunquam decoctis, eo cum effectu propinauit, vt longa curatione feliciter ad finem perducta, fragmenta oſſea plura in cranio ſepararentur, aegraque tandem ſaniſſima e noſocomio egrederetur. In vomitu pertinaci cum tumore, duos pollices infra cartilaginem xyphoideam ſito, extractum cicutae in aqua ſolutum cum laudano dedit. Aliquoties expertus eſt ex vſu cicutae, gangraena nata, integra fruſta carcinomatici tumoris excidiſſe, vlceraque pura facta eſſe, quod in primis in foemina octogenaria, cancro mammae aperto poſt ſcirrhum triginta annorum laborante, obſeruatum eſt. In iis vero, qui, cancro mammae poſt cicutae vſum fere perfecte ſanato, tabidi tandem perierunt, fere ſemper pulmo in latere affecto ſcirrhoſus deprehenſus eſt. Foemina 31 annorum ex menſtruis, per ſex menſes iam ſuppreſſis, dolores in pelui patiebatur, cum hypogaſtrii tumore ad trium pollicum altitudinem extra

p. 105. p. 115. p. 131. p. 155. p. 185. p. 256.

peluim

peluim prominente, tranſuerſim oblongo, ad tactum multum dolente et acris materiae e pudendis effluxu. Accedebat tandem dyſuria. Variis remediis fruſtra adhibitis, Cl. Auctor tandem ad cicutam eo cum effectu confugit, vt intra duos menſes ſanaretur, menſtruaque iterum prodirent. Addit tandem Cl. Auctor huic capiti vndecim corollaria, quae, cum ſumma quaſi ſint obſeruationum, ab eo factarum, hic enarrare operae pretium eſſe putamus. Docet vero 1) cicutam in obſtructionibus internis et viſcerum indurationibus egregio cum effectu exhiberi poſſe et ſecure, modo medicus ad mutationes, huius remedii vſum ſequentes, attentus ſit et ſi ſigna metuendae ſuppurationis internae ſe oſtendunt, illam, ſopita febre, interrupto cicutae vſu etc. impediat. 2) Formicationis et leuioris doloris in tumore, antea indolente, ſenſus medicamenti ingreſſum et actionem in illum indicat. Si dolor intenditur, ſuppuratio accedit, vel ſcirrhoſa pars a ſana gangraena ſeparatur, quod vtrumque in tumoribus externis minime impediri debet. 3) Attamen ſaepe etiam ſcirrhi recentes aliique tumores duri reſolutione curantur, quo in caſu ſubinde datum purgans, niſi ipſa cicuta aluum leniter ſubducat, prodeſt. 4) Si mercurius ſublimatus ob nimium a lue venerea labefactata viſcera exhiberi nequit, vel aegri eum non ferunt, cicuta adhiberi poteſt. Haec enim dolores lenit, vlcera ſanat et corpus a teterrimo hoc malo liberat. 5) In primo quoque, ſecundo et tertio ſcorbuti gradu vtiliſſima eſt cicuta, vlceraque ſcorbutica ſanat. 6) Cicuta liberiorem et aequaliorem circulationem reddit, viſcidum reſoluit et obſtructiones reſerit, nec tamen ſanguinem aggreditur, qui ſub vſu eius etiam diu continuato, priſtinas ſuas qualitates ſeruat. 7) In omni cancro cicutae vſus ſalubris eſt: ſi enim ob viſcerum labem vel corpus, a diu-

p. 296.

a diuturno morbo exhauſtum ſalutem adferre nequit, dolores tamen lenit, ſaniem rodentem ſaepe in pus admodum blandum conuertit, et ſic reliquos vitae dies magis tranquillos reddit. 8) Gangraena ſcirrhum et cancrum in iunioribus vel robuſtis corporibus a ſanis partibus ſeparat. 9) Sub vſu cicutae omnia alimenta ſumi poſſunt. Nocent tamen valde acres et tenaces cibi copioſe ſumti. 10) Vinum bonum moderate ſumtum prodeſt. Nimia vero copia hauſtum omnia perturbat, dolores auget, ſuppurationem ſupprimit et vlcus exſiccat. 11) In lue venerea, ſcorbuto et vlceribus venereis et ſcorbuticis, nec non in ſcirrho et cancro folia cicutae vaſe clauſo per ſemihoram decocta, aeque ſecure ac extractum et eadem cum efficacia exhiberi poſſunt.

Satis haec eſſe poſſe ſperamus, vt intelligant Lectores, quae ſit huius libri vtilitas. Quare etiam haud dubie nobiſcum optabunt, vt mox eueniat, quod in praefatione huius voluminis pollicitus eſt Cl. Auctor, illeque obſeruationes, de morbis acutis ſequentibus annis factas, nec non experimenta cum colchico, hyoſcyamo et aconito inſtituta, proxime in lucem prodire iubeat; quod tamen dolemus, ad hunc vſque diem nondum eueniſſe.

XV.

ALBERTI V. HALLER operum anatomici argumenti minorum tomus ſecundus. Pars prima et ſecunda ad generationem. Lauſannae, ſumtibus Franciſci Graſſet et ſociorum. 4. 3 alph. 7 pl. tab. aen. 5.

Praecipuam quemadmodum merentur attentionem, quaecunque ab Ill. HALLERO proficiſcuntur, ita etiam ſecundum hoc volumen opuſculorum

rum anatomicorum *) eiusdem, licet maxima pars libellorum, quos comprehendit, iam antea et plus ſemel edita ſit, illam ſibi iure poſtulat, inprimis cum nota ſit Auctoris Cel. conſuetudo, qua nouis editionibus librorum ſuorum, ſemper aliquid addit, pluraque emendat.

Pars autem prima ſecundi huius voluminis continet primum:

p. 1. XXV. *Obſeruationes de vaſis ſeminalibus.* Programma hoc Gottingae editum a. 1745 ad diſſertationem inauguralem Cl. WINKLERI *de ſitu vteri obliquo* pertinet, atque deinde *tranſactionibus philoſophicis* n. 494 et tomo V. *diſſertationum anatomico-phyſiologicarum ſelectarum*, quas Ill. HAL-
p. 4. LERUS collegit, inſertum eſt (p. 13). Fatetur nunc Cel. Auctor ſe ſuſpicari, rete illud, albugineae adhaerens, (vid. tab. 1. fig. 1. g) quod in teſte interuallum occupat, quo epididymis libera eſt, medium inter caput, inferioremque huius partis adhaeſionem, non vaſculoſum, ſed cellulofae telae genus eſſe, in quod ſemen a ductibus rectis effundatur et ex quo per vaſa abſorbentia ſerpentina conorum epididymidis efferatur.

p. 9. XXVI. *Num dentur hermaphroditi*, commentarius lectus d. 23 apr. 1751 in primo conuentu ſocietatis regiae Gottingenſis, qui etiam in tomo primo *commentariorum* huius ſocietatis p. 9 reperitur **).

p. 31. XXVII. *Vteri humani icones duae* ſumtae ſunt ex *iconum anatomicarum faſciculo ſecundo* p. 39.

p. 41. XXVIII. *Hiſtoria nuperae diſſectionis foeminae grauidae.* Eſt diſſertatio inauguralis Gottingae a. 1739 reſpondente I. L. C. MEYER defenſa, quae etiam in tomo quinto *diſſertationum anatomico-phyſiologic.* p. 283 exſtat.

XXIX.

*) Primum indicauimus vol. XIII. p. 94. Comment. noſtr.
**) Vid. Comment. noſtr. vol. II. p. 5.

XXIX. *De membrana foetus media*, ſive *allantoide*. Programma eſt Goettingae eodem anno 1739 editum. p. 50.

XXX. *Commentarius de formatione cordis in ouo incubato primus, ſiue hiſtoria phaenomenorum*, ad Goettingenſem primum ſocietatem miſſus eſt a. 1756, atque deinde in gallicam linguam translatus, prodiit Lauſannae in duodecimo ſub titulo: *ſur la formation du coeur dans le poulet, premier memoire* *): nunc vero ab Ill. Auctore auctus et recuſus eſt a. 1765. Continet noua haec editio experimenta, a. 1763, 1764 et 1765 in ouis incubatis inſtituta, ita, vt loco experimentorum 274, quae prior editio continebat, experimentorum numerus nunc ad 450 adſcendat. Monet etiam Ill. Auctor HIPPOCRATEM, vti ex loco, qui in libro eius *de natura puerorum* reperitur, patet, iam experimenta cum ouis incubatis inſtituiſſe, quo ſucceſſiuas pulli mutationes cognoſceret. p. 54. p. 55.

Initium ſecundae partis huius voluminis facit:

XXXI. *Commentarius de formatione cordis in pullo alter, ſiue compendium viſorum et corollaria ex parte hiſtorica deducta*. Miſſus hic eſt primum ad ſocietatem Goettingenſem d. 9 Dec. 1757, galliceque cum priore eodem anno (vti titulus indicat, non vero a. 1760, quod in indice huius voluminis p. 603 aſſeritur) prodiit **) nunc vero auctus et recuſus eſt d. 16 Oct. a. 1765. Plura noua huic editioni adiecta ſunt, omni lectorum attentione digna, quorum maxima pars ad ſubtiliorem deſcriptionem oui incubati anatomicam pertinet, quam Ill. Auctor recentioribus ſuis obſeruationibus multum auxit, ita, vt vnum hoc dolendum ſit, totam hanc rem nullis iconibus illuſtra- p. 312. p. 317.

*) Vid. Comment. noſtr. vol. VII. p. 234.
**) Vid. Comment. l. c.

illuſtratam eſſe, neque laborem, a CASSEBOHMIO,
STAEHELINO, Cl. Viris, olim poſt figuras FABRI-
CII AB AQVAPENDENTE, MALPIGHII etc.
tentatum, ab Ill. HALLERO, qui ad hanc rem tractan-
dam aptiſſimus eſt, ſuſceptum eſſe. Ex defectu enim
figurarum Lectores, in anatome oui parum exerci-
tati, perexiguam inde vtilitatem capere poſſe viden-
tur. Spectant vero ea, quae in noua hac editione
addita ſunt, potiſſimum ad *nidum pulli*, membranam
ſcilicet vitelli membranula tenera tectam, cuius figu-
ra a primis incubationis temporibus vario modo mu-
tatur, ad diem tertium vſque, quo ſenſim minus di-
p. 321. ſtinguitur et obſcuratur. *Amnii* quoque deſcri-
ptio multum aucta et emendata, totumque *de mem-*
p. 326. *brana vmbilicali* caput nouiter elaboratum, atque ad
repetita experimenta emendatum eſt. Elegantiſſima
in hac membrana eſt vaſorum fabrica, in quibus, mi-
croſcopio adhibito, facile conſpici poteſt motus ſan-
guinis, qui ruber in arteriis, violaceus in venis ad-
p. 329. paret, licet nulla pulmonum ſit functio. *Vrachum*
p. 332. quoque et *figuram* ſic dictam *venoſam* accuratius de-
ſcribit et ad varias obiectiones, quas Cl. WOLF-
FIVS in *theoria generationis* *) protulit, reſpondet.
p. 348. Vndecimum prioris editionis caput, quod de *vitello*
p. 354. inſcribitur, hic ſeptimum eſt. Vberius quoque *fe-*
p. 369. *tus* primordia eiusque *vagina* deſcribuntur. Cordis
initia Ill. Auctor iam hora 38 ab incubatione vidit.
p. 399. Aucta quoque eſt *oculi* deſcriptio et *zonae ciliaris*,
quae etiam, adiecta tabula aenea, illuſtratur. Caput
p. 404. decimum quartum varia proponit, quae inprimis
ad vaſorum et muſculorum hiſtoriam in pullo oui
incubati pertinent. Quae vero in oſſibus horum
animalculorum obſeruauit, alio loco, inferius exci-
p. 406. tando, profert. Ex *corollariis* patet, Cl. Auctori, vti
iam omnibus notum eſſe arbitramur, euolutionis
theoriam

*) Vid. Comment. noſtr. vol. X. p. 217.

theoriam in explicando generationis negotio inprimis arridere, illumque putare, foetum omni tempore iam in ouo exiſtere, quae tamen omnia, cum in tomo octauo *elementorum phyſiologiae* *) fuſius explicata ſint, hic omittimus.

XXXII. *De quadrupedum vtero, conceptu et foetu.* p. 422. In hoc libello, qui primum nunc prodit, Ill. HALLERUS iis, quae Cl. KUHLEMANNUS in diſſertatione inaugurali, *obſeruationes, circa negotium generationis in ouibus factas*, ſiſtens, quae Gottingae 1753 prodiit **), habet, vt ſuis vtitur, cum omnes inciſiones ſua manu perfecerit et in aduerſaria retulerit. Noua tamen ſunt experimenta, in *capris*, *vaccis*, *cuniculis*, *talpa*, *ſuibus*, *canibus* et *felibus* inſtituta. p. 443. Occaſione placentae vitulinae, quam accuratius examinauit, monet, globulos forte arterioſos ſolitarios ex matre in fetum tranſire, in truncis vero vaſorum placentae iterum colligi, vt rubeant. Experimenta, p. 450. in canibus inſtituta, pertinent ad ſpecimen inaugurale, quod olim b. ITHIUS, medicus Bernenſis, moliebatur, ad quod etiam icones parauerat, quae cum eo interierunt. His omnibus addita ſunt corollaria: ſaepe animalia fruſtra venerem pati: veſiculas p. 456. omni tempore in ouariis eſſe etiam virginum: corpus vero luteum in animali virgine nullum eſſe, ſed per conceptum naſci et ſenſim occalleſcere, rationemque certam ad fetuum numerum habere: veſicularum aliquas in formandis corporibus luteis conſumi et nouas certe in multiparis ſubnaſci: tubas a venere ouarium amplecti, vt ouum in tubam illabi neceſſe ſit: viuidum tubarum eſſe motum periſtalticum: fetum multis diebus a foecundo coitu nuſquam adparere, ſed mucum albidum et paulatim magis coloratum, qui primum in tenerae membra-

 nae-

*) Vid. Comment. noſtr. vol. XIV. p. 255 ſeqq.
**) Vid. Comment. noſt. vol. III. p. 629.

nae ſpeciem conſiſtat circa diem a venere in carnivoro animale decimum tertium, in herbiuoro decimum ſeptimum, in omniuoro poſt decimum tertium: primum apparere membranam allantoideam praelongam: prima foetus initia tenerrima eſſe, mucilaginoſa, pene informia, adeo magna, vt ſola pelluciditas impediat, quo minus conſpiciantur: pulmones ſero ſubnaſci: os conſtanter in foetu apertum eſſe: aquam amnii raro, aliquando tamen ab alcohole cogi: ſemen in vtero non viſum eſſe, cum de ceruice vteri vnica et dubia adhuc obſeruatio exiſtat.

p. 460. XXXIII. *Experimentorum de oſſium formatione*
p. 479. *pars prima* et *ſecunda.* Gallice hic libellus Lauſannae primum editus eſt a. 1758. in duodecimo, ſub titulo: *deux mémoires ſur la formation de os*, *fondés ſur des experiences*, *par* Mr. DE HALLER *). Primae parti, quae Cl. DETHLEFFII experimenta in ani-
p. 478. malibus, rubia tinctorum paſtis, continet, adiecit Ill. HALLERUS aliquas adnotationes, in quibus ad obiectiones reſpondet, quae Cl. FOUGEROUX **), qui Cel. DU HAMELII ſententiam, de oſſe ex perioſteo naſcente, defendit, contra Dethleffiana experimenta protulit. Oſtendit itaque DETHLEFFII experimenta omnino probare, ſuccum ex fracto oſſe effuſum paulatim in gelu, deinde in cartilaginem, tandemque in os confirmari, neque euaneſcere.
p. 479. Secunda pars experimentorum de oſſium conformatione continet experimenta, in pullis, in ouo incu-
p. 480. bato naſcentibus, capta, quibus tabulae duae additae ſunt, in quarum prima incubationum ſeries, in altera vero horae, in quibus experimenta facta ſunt,
p. 553. recenſentur. Adiectae quoque ſunt deſcriptiones ſtructurae oſſium gallinae adultae, cuniculi, felis nuper natae et dentis elephantis a glande ferrea ſauciati.

*) Vid. Comment. noſtr. vol. VII. p. 516.
**) Vid. Comment. noſtr. vol. IX. p. 610.

ciati. Natus eſt in eo tumor glandi circumdatus; lamellis conſtans abſque vllo perioſteo, ex ſucco poſt vulnus de integro oſſe effuſo circa glandem ferream et in laminas ſenſim ex ordine condenſato. Sectio ſecunda compendium adnotationum et corol- p. 556.
laria continet, in quibus de cartilagine, corpore oſſis, tubo medullari, laminis, alueolis, membranis oſſium, medulla, epiphyſium geneſi, vaſisque oſſium agitur. Epochae deinde euolutionum recenſentur, formatio oſſium planorum exponitur, tandemque perioſteum non eſſe oſſis modulum demonſtratur. Vltimo tandem capite varia corollaria ex fabrica oſ- p. 595.
ſium eorumque incremento nata proponuntur, in quibus Cel. Auctoris de fabrica oſſium ſententia, eam ſcilicet ab arterioſi ſanguine impulſu ſolo pendere, confirmatur.

XVI.

IOANNIS ANDREAE MURRAY hiſtoria inſitionis variolarum in Suecia ad nouiſſimum tempus protracta. Goettingae impenſ. viduae b. Abraham. Vandenhoek 1767. 8. 13 pl. c. prooemio.

Inter alia a Cl. MURRAY edita et a nobis commemorata ſcripta, non minorem meretur aſſenſum id, quod nunc indicamus, dum magnam librorum, qui hac de re ſcripti ſunt, legendorum prodit aſſiduitatem. Proponit enim hic Cl. Auctor criticam hiſtoriam variolarum in Suecia, quae breuius iam ante aliquot annos in academico quodam libello *) ab Eodem

*) Diſſertatio inauguralis de fatis variolarum inſitionis in Suecia. Auctore IOANNE ANDREA MURRAY. Gottingae 1763. 4. Comment. noſtr. vol. XII. p. 94.

dem conſiderata eſt. Tota haec tractatio duabus conſtat partibus, quarum vna delineationem variolarum, ſponte in Suecia graſſantium, continet; altera originem, progreſſum et hodiernam inſitionis variolarum in Suecia ſpectat conditionem. Finem tandem facit recenſio viginti ſcriptorum, quae de inſitione variolarum in Suecia prodierunt.

P.I.p.2. BENEDICTI OLAI, qui primum in Suecia ſub nomine morbillorum, (*Mäſsling*) de variolis ſcripſit, mentione facta, variolas, ſponte in Suecia graſſantes, conſiderat Noſter et aſſerit, multos ſenes adhuc in Finniae prouinciis, Souolaxia et Carelia variolis nondum laboraſſe. In populoſioribus vrbibus nunquam fere deſinunt graſſari, ſed epidemia eius nullum obſeruat tempus, quoniam varia varioloſum fouendi miaſma eſt ratio, vt, per itinera, per litteras. Iniecit quoque Noſter infantis variolis nati mentionem, quum mater circa finem grauiditatis cum alio liberorum ſuorum, variolis laborante, verſata ſit. Pari modo autem quinquegenarii et octogenarii ſenis variolis correptorum, exemplum commemorat. Nunquam in Suecia bis vel pluries quis variolis correptus fuit, monetque ſaepe ab iis, qui hoc defendunt, veras cum ſpuriis confundi; an vero quis plane a variolis liber eſſe poſſit, dubitat Noſter, largitur autem febrim varioloſam adeſſe poſſe ſine exanthemate. Nec minus febres intermittentes variolarum interuentu vel omnino, vel ad tempus eſſe ſublatas, et febrim ſuppuratoriam ſub ſpecie intermittentis veniſſe, imo febrim varioloſam et intermittentem ſeſe coniunxiſſe.

p. 23. Quod attinet ad indolem variolarum, ibi graſſantium, demonſtrat Noſter partim ex indicibus mortuorum, partim ex iis, quae variolas ſequuta ſunt, ſymptomatibus, cum multi ſenſuum et membrorum vſu ſint priuati, eam eſſe potius malignam, quam benignam,

benignam. Cuius rei in cauſſas inquirens Noſter, aëris vitium ac quidem nobis occultum, malam corporum conſtitutionem, remediorum neglectum, vitia diaetae et peruerſam medendi methodum inter praecipuas eſſe referenda arbitratur. Cum vero nullum, nec infuſum picis liquidae, nec pilulae praeſeruantes Ill. a ROSENSTEIN, nec moſchus, nec cortex Peruuianus, nec externa, vt ſinapiſmi, contra variolas remedium antidotum inueniri potuerit, ad ſolam inoculationem confugit Noſter, optimumque remedium antivarioloſum eam eſſe et fuiſſe, iam in parte ſecunda huius tractationis vlterius demonſtrat.

Haec incepta primum eſt anno 1754 Aboae in Suecia feliciter et iam duce Cl. SCHULZIO optimo cum ſucceſſu continuatur, id quod apparet ex tabula addita, inſitores, loca, annos, infanteſque, variolas inſititias paſſos, continente. Quod ad praeparationem attinet, potiſſimum ſequuntur Cl. ROSENSTEIN, et ratione temporis, praeter vernum et autumnale, alia anni tempora eligunt et ſemper res feliciter ſucceſſit. Nec epidemia varioloſa arcet inſitionem, quoniam vtriusque contagii connubium nihil malorum affert, modo aegri conſentiant et fama inoculationis, euentu forſan minus proſpero ſuccedente, non obſcuretur. In grauioribus quamquam morbis timent medici inoculationem, leuiora tamen e. g. ophthalmias, vlcera aurium, tineam, ſcabiem, viſus debilitatem, diarrhoeam, rachitidem, ozaenam, ſcorbutum aliaque plane non attendunt. P. II. p. 52.

Quibus praemiſſis, variolarum inſitionem variaque eius genera Cl. Auctor proponit. Maxime vulgaris eſt inciſio in brachio, ad quam eo melius faciendam duo a Cl. SCHULZIO inuenta ſunt inſtrumenta. Inter reliqua, lanceolae ope, qua varioloſo aegro vena eſt ſecta, contagium fuiſſe communicatum, reperimus; quippe quod Noſtro maxime arri- p. 96.

det, ideoque ſuadet tentare, annon ſanguine varioloſo imbuta fila, eadem praeſtare poſſint, quae pure ſaturata; praeſertim cum ſaepe paucae vel plane nullae interdum adſint puſtulae varioloſae et ſola tantum febris varioloſa. Quod porro ad fila ſeruanda et cum aliis communicanda attinet, varia hic proponuntur. Pus ex artificialibus variolis naturali minus efficax eſt; aliquando pus ex confluentibus variolis feliciter adhibitum eſt. Tardius quidem excitant morbum, fila diu iam pure imbuta, eadem tamen, qua ſolet, febris vehementia. Reiterata variolarum translatio interdum efficax, interdum inefficax fuit. Quae retardatio ne filis tribui queat, Cl. SCHVLZIUS filis, diuerſo varioloſo pure infectis, ſimul vtitur. Narratur enim exemplum, vbi, inoculatione bis infeliciter ſucceſſa, fortuito caſu variolis correpta eſt puella. Febris varioloſae non certa eſt dies, interuallum autem febris et eruptionis ſemper idem fuit. Interdum febris ſola ſine variolis eſt obſeruata.

p. 116. Copia variolarum aeque ac ſymptomata quanquam fere ſemper modum tenuerunt, nec vltra 400 apparuerunt, excepto ſcabioſo, tamen ſilentio non praeterit Noſter exempla variolarum nigricantium, confluentium, grauiorem febrem, conuulſiones aliaque mala ſymptomata habentium, illaeſa tamen inoculationis dignitate, quoniam aliae cauſſae hoc effecerunt, nec vllo mortuo. Nemo porro eorum auctorum, quos Noſter perlegit, vna cum variolis alium quendam morbum fuiſſe communicatum obſeruauit, alia vero mala, vt dentitio, miliares, petechiae acceſſere. Rarius variolae naturales et morbilli ſimul, ſed potius ſucceſſiue, vti Cl. BERGIVS morbillos variolis et variolas morbillis praeueniſſe obſeruauit, contra DAVISIUM, qui morbillos tantummodo ſecutos fuiſſe variolas aſſerit, nec nocuiſſe

cuiſſe timorem ſatis magnum ante inſitionem, nobilem quendam percellentem, nec quidquam omnino mali reliquiſſe inſitionem, imo chronicos morbos vt phthiſicam labem vltra annum leuaſſe et ophthalmiam, adhibitis ſimul mercurialibus et purgantibus ad praeparandum aegrum, vulnereque ſub genu facto, fluxum aurium curaſſe, exemplis illuſtratur.

Tandem Cl. Auctor variolarum, arte excitatarum, dignitatem demonſtrat refutando eos, qui aſſerunt, aegros, variolis arte victis, non tutos eſſe a naturalibus et affirmat, plane non poſſe hoc fieri, niſi ex errore ſpuriarum et verarum variolarum, aut ex negligenti praeparatione et nimis incauta inſitione. Id quod quoque exemplis corroborat et reditum naturalium poſt artificiales variolas ſine omni omnino dubitatione negat. Similï modo ſentit Noſter de epidemia variolarum, quae per inſitionem oriri poſſet, ad quam excitandam aeris contagium neceſſario requiritur, dicitque hanc ob rem contra Ill. HAENIUM, qui huic ſententiae, vti conſtat, fauet, nec vnquam epidemiam variolarum, per inſitionem propagatam, oriri poſſe autumat. Propagationem autem ex negligenti filorum cura, ſeu ex nimis arcto commercio cum aegris varioloſis, ſeu neglectis aliis, vitandi contagii modis, in quibus potiſſimum multus fuit ROSENSTEINIUS, fieri, infectionemque oriri poſſe, nunquam autem epidemiam, lubenter largitur Noſter et exemplis confirmat. p. 137.

XVII.

Varias cataractam extrahendi methodos ſuccincte exponit et ad orationem, qua munus profeſſoris medicinae extraordinarii clementiſſime ſibi demandatum d. 8. octobr. 1766 aditurus eſt, inuitat D. AUGUSTUS GOTTLIEB RICHTER. Goettingae literis Schulzii. 4. pl. 3. tab. aen. 1.

Inſigne ſpecimen comparatae multa diligentia, auctaeque in itineribus Cl. Auctoris, ſcientiae, hoc eſt, quod indicauimus, quamquam breue, de cataractae extractione ſcriptum academicum. Deſcribit vero primum varias poſt DAVIELIUM, (quem iure pro inuentore huius operationis habet, licet, vt alios
p. 2. taceamus, ex Auctoris Cl. obſeruatione, etiam LASNIERUS *) et MERY iam ſimilem fere propoſuerint,) inuentas methodos, Cl. virorum THARANTI, cuius tamen methodus a DAVIELII parum differt, DE LA FAYE, POYETI, SHARPII, SIGWARTI, BERANGERII, GERARDI TEN HAFF, WARNERI et PALLUCCII, ſingularumque commoda et incommoda multo iudicio indicat et inter ſe com-
p. 12. parat. Addit deinde duas alias methodos, quas prae omnibus aliis commodas, faciles et tutas expertus eſt. Earum prima eſt methodus ex DAVIELII et DE LA FAYE compoſita, cuius auctor Cl. GRANDJEAN eſſe videtur. Altera WENZELII eſt, in qua miniſter, a tergo aegri poſitus, caput aegri ad pectus reclinans, digito medio et indice palpebram ſuperiorem eleuat. Cultellus laminam duos pollices longam, in vtroque latere leuiter conuexam, ancipitem in cuſpide, obtuſam in dorſo rectamque habet.

Operator

*) In libro, qui inſcribitur: *Recherches ſur l'orig. et progr. de la chir.* p. 204.

Operator vero in ſectione cunctatur, donec oculus ſponte quieſcat, vbi tunc ſubito cuſpidem cultelli corneae a latere impellit, cuius acie ab iride auerſa, cameram anteriorem oculi tranſit, ſique in oppoſito latere e cornea exit, illa dimidia ſua parte iam ſoluta eſt. Quo facto et facie aegri a luce remota, reliquum operationis ope cyſtitomi DE LA FAYE et leuioris preſſionis peragitur. His praemiſſis, Cl. Au- p. 13.
ctor ad ſingulas difficultates progreditur, quae in extractione lentis obueniunt. Et quod primum ad oculi commotionem attinet, inſtrumenta omnia, quae ad illam compeſcendam excogitata ſunt, (inter quae inſtrumentum BAMARTI eſt, quod haſtae formam habet et hic delineatur, nec non forceps, Heluetianae ſimilis, qua Cl. LE CAT vtebatur etc.) reiicit, nec digiti applicationem probat, cum oculus irritari, conuulſio excitari et humor vitreus prorumpere poſſit. Hinc cum WENZELIO potius quietem oculi expectat et tantum in iis hamulo BERENGARII vel ſimilibus inſtrumentis vtitur, qui oculum firmiter tenere nequeunt, v. c. in infantibus vel coecis a natiuitate, ſub quorum tamen vſu ſemper humoris vitrei effluxus metuendus eſt. Minime cauetur hic effluxus, aegro in dorſum procumbente. Interim vel tertia eius parte elapſa tamen parua noxa inde oritur. Agit deinde de humoris aquei effluxu, qui, ſi p. 14.
ante corneae ſectionem finitam accidit, iridis laeſioni anſam ſuppeditare poteſt. Quod incommodum nonnulli craſſitie cultelli ſenſim aucta remouere tentarunt. Monet tamen Auctor Cl. non in forma cultelli, ſed in vno moderamine irritationis auxilium quaerendum eſſe. Interim vel ipſa laeſio iridis, quae non ſemper euitari poteſt, non tantum noxae habet vt plerumque putant. Vidit enim Auctor, parua iridis vulnuſcula facile iterum coiuiſſe et DAVIELIUS nonnullique alii ipſam vueam incidere iubent.

bent. Atque cum choroidea in depreſſione cataractae impune plerumque pertundatur, cur non idem in iride, quae choroideae propago eſt, fiat, ſi vulnus
p. 16. paruum tantum ſit. Capſula optime cyſtitomo DE LA FAYE aperitur. Monet tamen Auctor Cl. iteratis vicibus eam incidendam eſſe, vt tota deſtruatur et cum lente exeat, cum flocculi illius inflammati opaci fiant, viſumque obſcurent. Praeternaturalis pupillae forma, poſt operationem relicta, niſi nimis a naturali recedat, viſum non turbat. Sectione pupillam ad lentis maioris extractionem ampliorem reddere, minime conuenit, ſed pupilla potius dilatanda eſt. Oculum poſt operationem comprimere, quo concaua humoris vitrei pars conuexa et clarior
p. 19. fiat, nec tutum, nec neceſſarium eſſe videtur. Sub inciſione corneae aegri vt plurimum pruritum ingratum ſentiunt. Vitris conuexis aegri opus habent, ſi humor aqueus, quod plerumque poſt cataractae extractionem accidit, ſedem lentis occupat, quibus contra non egent, ſi humor vitreus illam replet, quod poſt depreſſionem plerumque fit. Omittimus, quae Cl. Auctor de cura oculi poſt operationem et de cataracta membranacea huiusque methodi praeſtantia prae depreſſione habet, cum ex iis, quae hic adduximus, iam ſatis pateat, quanta copia vtilium obſeruationum diſſertatio haec contineat. In tabula adiecta inſtrumenta Cl. virorum BAMARTI, BERANGERII, WENZELII et TELLON delineantur.

XVIII

XVIII.

Obſervations on vapor-bathing and its effects: with ſome particular caſes, in which it was uſed with ſucceſs. By JOHN SYMONS, ſurgeon. Briſtol printed by Farley and ſold by Millar and White London, 1766. 8. pl. 7.

i. e.

Obſeruationes circa balneum vaporis, eiusque effectus, cum aliquot ſingularibus morborum hiſtoriis, in quibus illud cum fructu adhibitum eſt. Auctore IOANNE SYMONS, chirurgo.

Remedia, quae mechanica arte ad corpus humanum infirmum adplicantur, temporibus, proxime ante noſtra elapſis, neglecta nimis fuiſſe conſtat. Eorum tamen effectus faciles et manifeſtos eſſe, norunt omnes, qui in arte ſalutari exercitati ſunt. Vaporis balnea magni inter caetera eſſe momenti et morbos ſaepe nulla arte ſanabiles et diuturnos tollere, cum alii plures iam docuere, tum Noſter ſua experientia probe confirmat. Paucos enim morbos eſſe putat, in quibus non ſint adiuuantia, nonnullos, in quibus vnum hoc remedium habeat locum. Inter morbos, in quibus hoc auxilium praecipue ſalutare ſe inueniſſe aſſerit Cl. Auctor, primus eſt febris inflammatoria, de qua capite primo ita diſſerit, vt primum auctorum celeberrimorum, qui hoc remedium in illo malo commendarunt, ſcripta laudet, hisque addat obſeruationes ſuas, in quibus omnem morbi hiſtoriam, omniaque, quae adhibuit, auxilia recenſet: quam quidem rationem ſequitur etiam in reliquis capitibus, in quibus de aliis morbis diſſerit. In vniuerſum autem de balnei vaporis in febre inflamma- p. 1.

toria

toria vſu monet, eius ope fibras relaxari, materiamque, vaſis obſtructis inhaerentem, fluidiorem reddi, ſicque reliquorum etiam remediorum actionem in-
p. 18. ſigniter adiuuari. Secundo capite de febribus nervoſis diſſerit, in quibus, vehementibus deliriis ſtipatis, etiam auxilium hoc vtiliſſimum deprehendit.
p. 25. Tertius morbus febres ſunt, quibus peripneumoniae
p. 33. ſymptomata accedunt, quartus angina inflammato-
p. 38. ria, et quintus morbus articularis eſt, cuius paroxyſmos adeo violentos, vt aeger inde deliraret, hoc
p. 42. remedium feliciter profligauit. Sequitur colica, contra quam non minus, quam contra paralyſes, quae poſt vehementiores colicas, v. c. ſaturninam et ſimiles oboriuntur, remedium hoc plurimum va-
p. 46. let. Idem quoque de obſtructionibus catameniorum Noſter aſſerit, quae multis remediis, fruſtra adhibitis, balneorum vſu ſolo ſaepe perfecte curantur. Probat hoc Cl. Auctor exemplo puellae viginti annorum ſcorbuticae, quanquam bonae admodum valetudinis ſpeciem prae ſe ferebat, cui, menſium fluxu cohibito, genu tumebat. Variis remediis fruſtra adhibitis, tumoreque tandem aperto, fluidoque, quod articulum occupauerat, emiſſo, ſynouia per quatuor menſes tanta copia effluxit, vt aegra plane emaciata, femoris amputatio neceſſaria eſſet: qua facta, cognoſcebatur, carie inferiorem oſſis femoris partem, patellam et ſuperiorem tibiam fibulamque exeſas fuiſſe. Vulnere autem fere clauſo, vlcus ſubito naſcebatur, nullaque conſolidatio vulneris fieri poterat, vſque dum ſemicupium Noſter adhiberet, in quo quinta vice facto, aegrae menſes per tam longum tempus ſuppreſſae fluebant, illaque paullo poſt perfecte ſanabatur. In alio caſu balnei vſus, licet menſes non proliceret, tamen ſymptomata, ex ſuppreſſio-
p. 62. ne eorum orta, leuabat. Nec minorem vtilitatem in fluore albo hoc auxilium praeſtat. Puella hoc

morbo defatigata, balneo marino vtebatur, nihil tamen leuata, iam peſſime ſeſe habens, Auctoris Cl. auxilium expetebat. Hic fomenta emollientia et vnguentum refrigerans ob acrimoniam ichoris profluentis ſuaſit et iuſſit praeterea, vt ante cubitum, vini ſpiritum incenſum tubi ope per horae dimidium ad imam dorſi partem admitteret. Mitigabatur inde lumbago; ſequente vero die mane fluor copioſior erat; adſpectus antea ſanus pallidus iam et luridus, vrinaque nocturna gelatinam ſatis ſpiſſam referebat. Quamquam vero aegra medelam propoſitam continuare recuſans eam negligebat, tamen faciei color roſeus et floridus magis ab hoc tempore fiebat, quam antea fuerat, fluxuque, qui per aliquot menſes aegram defatigauerat, cohibito, lumbago penitus remiſit, quinque vltimis noctibus vrina excreta prorſus putridum redolente. Alia quoque puella ex repetitis gonorrhoeis vehementi albo fluore laborabat et, adhibitis variis medicamentis, tamen lumbagine cruciabatur. Admittebat tandem balneum vaporis e decocto capitum roſarum ad vaginam vteri et incenſum vini ſpiritum ad dorſum, vti in antecedente hiſtoria. His remediis per duos dies adhibitis, lumbago mitior fiebat dolor ſenſim remittebat et medela illa per tres hebdomadas continuata, fluxus vterinus iam fere totus ceſſabat, quam curationem balnea deinde frigida plane abſoluerunt. Vrina vero toto eo tempore, quo vapores calidos adhibebat aegra, vti in priore putridum redolebat. Nono capite et ſequentibus balnei vapo- p. 66.
ris virtutes in membrorum debilitate, rheumatiſmo, tumore et vacillatione articulorum, anchyloſi et lue venerea enumerantur. Valde dolet de nondum in p. 74.
Bathonienſibus thermis inſtitutis machinis, ſtillicidio inſeruientibus, et nos miramur, Auctorem ſatis ceterum in excogitandis machinis ingenioſum, nunquam

quam ad balnea vaporis aeolipilam adhibuiſſe, cuius effectus ſingulares in doloribus exquiſitis et morbis, quibus nulla alia medela videbatur ſufficere, ſe expertum eſſe auctor nobis fuit Vir in arte medica facienda longo vſu exercitatiſſimus.

XIX.

THEODORI GERHARDI TIMMERMANN, Med. Doct. et Prof. prim. Periculum medicum Belladonnae, proluſ. acad. Rintelii 1765. 4. pl. $4\frac{1}{2}$.

Quemadmodum experimentorum cum belladonnae infuſo aduerſus cancrum, praeſertim occultum, captorum pluries iam in commentariis noſtris facta eſt mentio; ſic et in hac proluſione, cuius nunc ſuſcipimus recenſionem, varia teſtimonia atque obſeruationes, quibus vel efficacia vel inutilitas huius remedii euincitur, a Cl. Auctore publici iuris factae ſunt. Cl. DEGNERVS inprimis, apud Neomagenſes medicinam olim faciens, ſalutares eius effectus litteris, ad patrem Noſtri datis, aliquoties laudauit.
p. 6. Anno ſcilicet 1727 ſcirrhum mammae malignum in duabus puellis belladonnae vſu decreuiſſe, doloris plane expertem redditum, eiusque exulcerationem inhibitam fuiſſe aſſeruit. Sequenti anno
p. 10. haec perſcripſit: *Quod belladonnam attinet, in cancro occulto et ſcirrhis induratis dolentibus apud plures aegras certo valde bonos eius effectus expertus ſum. Non enim tantum mitigat dolores blande et tuto, ſed reſoluit etiam aliquatenus tumorem, quamuis pedetentim et lente. Id ad minimum facit, vt mali augmentum reprimat.*
p. 14. Anno denique 1738 his verbis vſus eſt: *vltra viginti aegras recenſere poſſem, quae per belladonnam ſanatae ſunt, abſque eo, vt effectum quendam*

aduerſum

aduerſum obſeruauerim, *excepta modo virgine*, *quae poſt primam doſin tam anxia tamque animo confuſa fiebat*, *vt morituram ſe crederet*, *quod tamen incommodum*, *elapſis duabus horis*, *ceſſauit*. Cl. JUNCKERUS p. 22.
quoque obſeruationem cum Cl. Auctore communicauit notatu dignam: foemina nempe, mediae aetatis, cancro occulto, inſtar pugni magno, valdeque dolente laborans, poſt vſurpatum per aliquot ſeptimanas belladonnae infuſum coeca eſt facta. Sepoſito eius vſu et temperantibus adhibitis, octiduo poſt viſus rediit. Tunc remedio iſto repetito, coecitas denuo acceſſit, qua tamen rurſus diſſipata, tumor ſcirrhoſus penitus euanuit. Ipſe Cl. Auctor p. 24.
tentamen, cum belladonna in aegra quadam, 36. annos nata, inſtituit, quae cancrum, valde dolentem et fungoſum, in dextra mamma gerebat. Huic per ſeptuaginta quinque dies quouis mane infuſum ex duobus in principio, poſtea vero ex totidem granis cum dimidio foliorum belladonnae, recens ſiccatorum et aqua feruida factum dedit, ita, vt ſummatim drachmae tres conſumerentur. Paullo poſt huius infuſi vſum, hora circiter dimidia elapſa, non ſolum in gena ſiniſtra rubor, in brachium manumque ſiniſtram ſe diffundens, totamque interdum faciem occupans, per duas plerumque, rarius tres horas durans et cum formicationis ſenſu euaneſcens, ſed et ſomnolentia atque nebula oculis obuerſans inſecuta ſunt, fungus vero mammae cancroſus, incredibilem quotidie ichoris copiam fundens, ad duos pugnos increuit. Qua re factum eſt, vt, omiſſo belladonnae vſu, phthiſis cancroſa accedens, aegrotae vitam breui poſt eriperet. Haud feliciorem etiam ſucceſſum Cll. GATAKER et BROMFIELD in Anglia experti ſunt. Non minus hoc remedium in Belgio ſpem medentium fefellit, vti Noſter teſtimoniis Cll. virorum VAN DER HAAR et VAN DOEVEREN confirmat;

mat; ſed in Gallia Cl. DARLUC ſcirrhoſas inteſtini coli indurationes, Cl. AMOREUX vlcus mammae cancroſum, Cl. MARTEAU et VAN DER BLOCK cancrum occultum belladonnae ope ſanauerunt. Ex his obſeruationibus, inter ſe collatis, conſtare arbitratur Cl. Auctor, eadem ſcirrhos quidem reſolui, cancrum vero apertum vel exulceratum non domari poſſe et damna, quae interdum ſecuta ſunt, non remedio, ſed ipſius doſi aut morbo tribuenda eſſe.

XX.
Noua phyſico-medica.

Regium collegium medicorum Holmiae *) conſtitutum, quod ſeptem aſſeſſoribus conſtabat, iam auctum eſt his ſociis:

Praeſes:

ABRAHAMUS BAECK, Medicinae Doctor et regius archiater.

Aſſeſſores:

GVILIELMUS KAMMECKER, Medicinae Doctor.

ZACHARIAS STRANDTBERG, Medicinae Doctor.

IOANNES BERGSTRAL, Medicinae Doctor.

IOANNES DARELIUS, Medicinae Doctor et magni noſocomii regii Holmienſis medicus.

IOANNES LINDHULT, Medicinae Doctor et ciuitatis Holmienſis Vicarius Phyſicus.

IOANNES BÖCKMAN, Medicinae Doctor, regius archiater et ciuitatis Holmienſis Phyſicus.

ROLAND MARTIN, Medicinae Doctor, anatomiae et chirurgiae Profeſſor Holmienſis.

DAVIDES SCHULTZ, Medicinae Doctor, artis obſtetriciae Profeſſor Holmienſis et Director.

PETRUS IONAS BERGIUS, Medicinae Doctor, hiſtoriae naturalis et pharmaceutices Profeſſor Holmienſis.

Syndicus:

*) Vid. Commentar. noſtr. Vol. XII. p. 171.

Syndicus:

ANTONIUS HOFFMANN, Medicinae Doctor.

Actuarius:

ISRAEL LANNER.

Regia, quae *Berolini* floret, ſcientiarum ac elegantiorum literarum Academia in conuentu publico, die 1 iunii 1769 habito, praemium claſſis philoſophico experimentalis commentarii: *de ratione combinandi phyſicam cum oeconomia rurali* etc. *) Auctori IOANNI IACOBI MEGEN, philoſophiae magiſtro et eccleſiae Goblicenſis in Pomerania Paſtori exhibuit.

Eodem die e claſſe philoſophico theoretica ad praemium anni 1771 reportandum hoc eſt propoſitum problema: *Poſſuntne homines, naturae ſuae relicti, inuenire linguam et quo modo hoc fieri poſſit? En ſuppoſant les hommes abandonnés à leurs facultés naturelles, ſont-ils en état d'inventer le langage? Et par quels moiens parviendront-ils d'eux mêmes à celle invention?* Expectatur ab Academia hypotheſis, quae rem propoſitam absque omni dubitatione declarat.

Omnes, exceptis Academiae ſociis, hanc ſoluere poſſunt quaeſtionem, ita tamen, vt ante diem 1. ianuarii 1771 commentarios, hac de re ſcriptos, ad Cl. FORMAY Academiae perpetuum ſecretarium mittant. Serius enim eos ſine graui retardationis cauſſa non accipiet. Porro rogantur quoque Auctores, vt nomina ſua reticeant et ſolummodo cum dicto quodam ſchedulam obſignatam, quae nomen, ſententiam, qua commentarius inſcriptus eſt, et domicilium eorum continent, addant. Praemium monetae aureae quinquaginta numorum Hollandicorum diſtribuetur die 31 maii 1771.

*) Vid. Comment. noſtr. hoc Vol. p. 169.

Caeſareo - regia agriculturae et ſcientiarum Societas, quae *Clagenfurti* in Carinthia conuenire ſolet, perluſtratis elaborationibus quaeſtionis 1768 propoſitae: *vtrum cibare pecora in ſtabulis, an paſcere lucroſius ſit, tum quoad fimum, cum quoad vſum reliquum, qui ex pecoribus prouenit* *), praemium adiudicauit germanico commentario, qui hac inſcriptus eſt ſententia: *Te quoque magna Pales et Te memorande canemus Paſtor ab Amphryſo*, et a IOANNE FRIDERICO MAYERO, verbi diuini miniſtro Kupfercellae in principatu Waldenburgico, (idem bis iam 1767 et 1768 *acceſſit* a Societate acceperat), concinnatus erat. Pari modo gallica eiusdem quaeſtionis explicatio, cuius ſententia haec: *Experto crede Ruperto*, et auctor erat excellentiſſimus BALIOUD BOURGEOIS, *acceſſit* eſt ornata.

Hoc autem 1769 anno quaeritur ab *Eadem* Societate: *Num et quo modo ager poſſit adaptari, quo cum fructu ſeri queat triticum.* Annuum praemium, huic quaeſtioni dicatum, eſt moneta aurea, triginta ſex aureorum pondere.

Regia ſcientiarum Societas *Hafnienſis* cum die 30 maii 1769 ad miſſas quaeſtionum ex phyſica, matheſi et hiſtoria depromptarum, elaborationes diiudicandas et praemiis ornandas conueniret, inter phyſicas: *Factis ſcilicet iamiam nonnullis tentaminibus declinationem acus magneticae, eiusque variationem a priori computandi deſideratur optima huius calculi methodus, ſelectiſſimis obſeruationibus ſuperſtructa et exemplis locorum auſtralium aequinoctialium et borealium in vtroque hemiſphaerio comprobata* **) ea, quae inſcripta erat: *Hic ſecundus ventus nunc eſt, cape modo verſoriam,*

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 696.
**) Ibid. p. 698.

riam, etiamſi hypotheſis, qua auctor vſus eſt, minime placuerit Academiae, praemio eſt condecorata.

Nunc ab *Eadem* quinque iterum hoc 1769 anno viris eruditis propoſita eſſe problemata intellreximus, quorum quatuor, ex hiſtoria atque matheſi petita, ideoque a noſtro inſtituto aliena, relinquimus; id vero, quod phyſicam ſpectat, hic repetimus: *Invenire optimam antliarum incendiis compeſcendis aptarum ſtructuram, ita quidem, vt cylindri, emboli, communicantes tubi, valuulae, vaſa, ſi quae adfuerint, comprimendo aëri deſtinata, epiſtomia, conſuti e corio ſerpentes, iisdemque annexae cochleae et tubi eiectitii etc. non iuſtum tantum robur, ſed et proportionem legibus hydraulicis conuenientiſſimam ſortiantur, vt vectes, ſuis fulti hypomochliis et ſuſtentaculis ita aptentur ponderibus et potentiis, vt integra machina aquis hauriendis eiiciendisque inuenta ſimplex ſit et reparationis minus indiga, vt commode moueri, per anguſtiores plateas facile transferri et ad incendia quaeuis felicius reſtinguenda cum ſucceſſu poſſit adhiberi.*

In exponenda hac re exteris pariter ac indigenis, exceptis Societatis ſodalibus, lingua vel latina, vel gallica, vel teutonica, vel danica vti licet. Tractatus vero ante initium iunii 1770 ad Ill. virum HELMSTIERNA, potentiſſimo Danorum regi a conſiliis ſanctioribus, qui Societati ab epiſtolis eſt, ſolutis impenſis, ſunt mittendi. Praemium monetae aureae centum thalerorum Danicorum, finito eiusdem anni menſe iunio, diſtribuetur. Reliqua, quae ad celanda auctorum nomina et notandos commentarios pertinent, cum legibus aliarum Academiarum plane conveniunt.

Retulimus nuper*) ad Lectores, a Societate ſcientiarum *Harlemenſi* ſcriptioni de quaeſtione: *Num de*

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. hoc p. 356.

hiſtoria naturali patriae huc vſque ſcriptum ſit? quae in ea deſiderentur et quaenam ſit optima eiusmodi hiſtoriae conſcribendae methodus? hoc dicto inſignitae: *Nil ſcribitur totum - - Quis hoc mare effundet?* argenteam deſtinatam fuiſſe monetam, ac iam accepimus auctorem eſſe IOANNEM FLORENTEM MARTINET, artium magiſtrum ac verbi diuini miniſtrum eccleſiae Edamenſis, qui quoque in eiusdem Academiae ſociorum numerum eodem die eſt receptus, quo DIONYSIUS VAN DE WYNPERSSE, artium magiſter et philoſophiae Doctor et Profeſſor vniuerſitatis Leidenſis, IOANNES FRANCISCUS CLEMENS MORAND, Eques, medicinae Doctor pluriumque Academiarum ſodalis, IOANNES HENRICUS VAN SWINDEN, philoſophiae Doctor et Profeſſor in vniuerſitate Franequerana et CHRISTIANUS BRUYNINS, inſpector generalis fluminum Hollandiae et Friſiae occidentalis Societati adſcripti ſunt.

Conuentu ab Academia elegantiorum literarum, ſcientiarum et artium *Maſſilienſi* die 5 aprilis 1769 habito, praelectus eſt tractatus: *Quae ſint cauſſae, cur piſcatus in oris maritimis prouinciae ſit tam imminutus et quibus auxiliis fieri poſſit abundantior* *). Cuius auctor eſt reuerendus pater MENT ex ordine Dominicanorum, qui quarta iam vice ab hac Academia praemium reportauit.

Cum vero alterius quaeſtionis: *Quae ſit optima methodus vini prouincialis parandi et tractandi, tam quoad vſum, quam exportationem*, nulla Academiae ſit tradita commentatio, praemio digna, denuo in annum 1770 eam propoſuit, ſimul cum noua quaeſtione: *Quomodo optime paratur ſapo et qualis eſt vſus cinerum in officinis ſaponariis?*

BENIA-

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XIV. p. 695.

BENIAMIN FRANKLIN, eques, qui diu in Penſyluania commoratus eſt, electricitate inprimis clarus, abſens praeſidio Philippicae Americanae Societatis in Penſyluania ornatus eſt.

Vltimis propemodum vitae horis b. BÜCHNERUS, Imperialis Academiae naturae curioſorum primum adiunctum et collegii medici Norimbergenſis Decanum FERDINANDUM IACOBUM BAIERUM *Academiae Imperialis Directorem elegit*, eumque iis, quae ad hoc munus pertinent, dignitatibus, diplomate ſolenni, ornauit. Proxime nouum Academiam eſſe electuram Praeſidem, relatum nobis eſt.

Altorfii IOANNES TRAVGOTT ADOLPH, Helmſtadii antea Profeſſor medicinae, ad ineundam anatomiae, phyſiologiae et chirurgiae profeſſionem edidit programma, *de neruorum longitudine in compenſationem multitudinis et vice verſa*, orationemque *de neruis, cogitationes ſpontaneas non minus reludentibus, quam praeludunt iidem ſenſationes*, die 27 aprilis 1769 habuit.

Ordinariam medicinae accepit profeſſionem *Helmſtadii* GVILIELMVS FRIDERICVS CAPPEL, Medicinae Doctor.

IOANNES CASPARVS SVLTZER, Seren. Ducis Saxo-Gothani conſiliarius aulicus et archiater, Academiae Imperialis naturae curioſorum, nec non phyſicae Helueticae Societatis ſodalis, *Societatis naturae indagatorum Tigurinae ſocius eſt factus.*

In Academia, quae *Halae ad Salam* floret, b. BÜCHNERI profeſſio phyſices IOANNI PETRO EBERHARD, Medicinae Doctori, matheſeos et medicinae profeſſori eſt tradita.

Argentorati IOANNI IACOBO FRIED, celebri artis obſtetriciae medico, qui ineunte ſeptembri 1769 octuageſimo ſuo aetatis anno deſiit viuere, Cl. WEIGEN, Medicinae Doctor, artis obſtetriciae hactenus ſecundus medicus ſucceſſit, cuius locum obtinuit GEORGIVS ALBRECHT FRIED, b. FRIEDII filius.

Pariſiis rerum mathematicarum adeo gnarus LE CAMVS, profeſſor et perpetuus Academiae architectonicae ſecretarius ſociusque Academiarum ſcientiarum Londinenſis et Pariſienſis, hoc 1769 anno vitam cum morte commutauit.

Ibidem d. 28 nouembris 1769 octuageſimo ſecundo ſuae aetatis anno obiit Cl. BOUILHAC Monſpelienſis medicinae Doctor, et regiae domus, nec non Delphini medicus primarius.

Magnam ſatis fecit *Berolinum* iacturam, mortuo, eruditione aeque ac ſcriptis, inprimis generationem et propagationem hominis ſpectantibus, celebri, IOANNE PETRO SÜSSMILCH.

Academia, quae *Ienae* floret, amiſit CAROLVM FRIDERICVM KALTSCHMIDIVM, anatomiae, chirurgiae et botanices profeſſorem, facultatis medicae ſeniorem, qui, quam ſubito morbo correptus, die 9 nouembris 1769 in ſexageſimo tertio ſuae aetatis anno e vita diſceſſit, cuius vitam proxime ſumus udituri.

Leowardiae pueri quatuor annorum, per horam dimidiam aquae merſi, et *Hamburgi* pueri ſex annorum, eidem calamitati obnoxii, per remedia, ad merſorum vitae reſtituendum declarata *), ac inprimis quidem

*) Vid. Comment. noſtr. hoc volum. p. 360.

quidem per clyſma, ex herba nicotianae paratum, vita eſt conſeruata.

Cum nuper *) inſtitutum Cl. CAMPERI contagii in vitulos transferendi commemorauimus, iam ea, quae *Roterodami* hac de re facta ſunt experimenta, tradamus. Materia enim morboſa die 4 octobris 1769 decem vitulis infectis, alii plus, alii minus male afficiebantur. Vnus die quarto et reliqui die nono, poſtquam contagium ſuſceperant, luculentiſſima eius prodiderunt ſigna, quorum vnus concidit ſexto et alius octauo periit die poſt contagii translationem. Priore aperto, reliqua in abdomine, praeter cyſtidem felleam duplo maiorem, quam ſolet et tenui foetidaque bile impletam, ſana erant et in thorace aliqua pulmonis pars liuida et quodammodo indurata apparebat. Poſteriore diſſecto, hepar penitus obſtructum et veſicula fellea iuſto maior, calculisque minoribus obſcure viridibus et tenui aqua, in eundem colorem vergente, referta, reperiebantur.

Die 30 octobris 1769 ab *Eadem* Societate viginti annui vituli contagio infecti ſunt artificiali, quorum duodecim ſeptimo et octauo poſt infectionem die correpti ſunt et tres perierunt. De reliquis octo, quatuor naturali contagio inuadebantur die 17 et 18 nouembris 1769, quorum tres abſumebantur; quatuor autem denuo, quoniam ſigna primae infectionis valde dubia fuerant, contagio imbuti ſunt. Ad haec experimenta eo certius confirmanda atque extra omnem dubitationem ponenda, hos, qui artificiale paſſi ſunt contagium, in bubilia naturali perculſorum contagio immitti et arctiſſimam iniri cum his coniunctionem iuſſit Societas. Id quod ſine omni eorum noxa huc vſque factum eſſe legimus.

Mm 5 Porro

*) Vid. Comment. noſtr. hoc volum. p. 363.

Porro quoque obſeruatum eſt, vitulos annuos infectioni eſſe aptiſſimos, nec non contagium artificiale mitius agere naturali, etiamſi vterque vno eodemque ſtabulo quam arctiſſime coniungerentur.

Parem tandem attentionem habet naturali infectorum contagio, partim in iis praeſeruandis, partim in iis curandis, ac multum eos iuuaſſe, affirmat Societas.

Memoria FRANCISCI BOISSIERII DE SAUVAGES, Conſiliarii regii, medicinae Doctoris et Profeſſoris in academia Monſpelienſi, acad. ſcient. Monſpelienſis, Londinenſis, Vpſalienſis, Holmienſis, Berolinenſis, Florentinae, Bononienſis et naturae curioſorum ſocii.

Si narrationes de vitis ſummorum virorum vel vnum hoc haberent, vt caſus eorum, viciſſitudines, natales atque morbi innoteſcerent: foret tamen perquam liberalis et humaniſſima voluptas, illa etiam cognoſcere, quae, ſi non ad ipſam magnitudinem pertinerent, tamen, quoniam tantis viris eueniſſent, nihilo minus memoranda viderentur. Aequo quidem animo effigie magni viri caremus, cuius memoria animo per ſe ſatis inhaeret; ſed ſi res ita tulerit, vt etiam vultum et os, corporisque habitum adumbratum ſpectemus, tum neſcio, quid ſuauitatis percipimus, propterea quod etiam domicilium animi tanti ad noſtram opinionem multum dignitatis habet. Ita vero legere inſtituta vitae deſcripta, vt, quamuis multa huc vſque miratus ſis, tamen plura te ignoraſſe intelligas, aut quamuis aemulandi cupidus fueris, nunc demum vel plane exardeſcas, vel exiguam tibi ſpem relictam ſentias, id literis adeo vtile eſt, vt in lucro ponendum videatur, huiuſmodi narrationem cognoſcere; honorificum autem et

glorioſum, ſcribere. Tamen nos in praeſenti de medici praeſtantiſſimi vita et rebus exponere grauamur: tam excellens fuit ingenio, doctrina, laude; tam ſingulare adſiduitatis et modeſtiae exemplar. Dicemus ergo, quantum poſſumus, non ea quidem ſpe, vt ingenium eius oratione noſtra exornetur, ſed vt ea tradamus, quae, vel deſtituta verborum cultu, ſua magnitudine ſatis admiranda ſint.

Aleſiae anno ſexto huius ſeculi natus eſt, parente FRANCISCO BOISSIERIO, centurione, eademque in vrbe literarum initiis imbutus, quas in diſciplina praeceptorum non admodum iucunda et facili ita tamen caras habuit, cupideque arripuit, vt ingenio non minus, quam inſtitutioni deberet: ſaltem ſua ſponte ad poëſin propendit, et iuuenis varia in hoc genere luſit. Sed malumus eum, ingreſſum medicinae ſtadia, velut currentem videre. Monſpelii ergo a. 1722 elementa medicinae didicit, tam proſpero ſucceſſu, vt etiam mathematica et phyſica accurate tractaret: ſed haec ſine vllo fere doctorum adiumento; medica vero in ſcholis praeſtantiſſimorum illius aetatis virorum, inter quos fuerunt ASTRUC, DEIDIER, HAGUENOT et CHICOYNEAU. Prae caeteris tamen botanicae operam nauauit, non, quo negligeret artis medicae ſtudium, ſed quod inuitari ſe plantarum ſingulari amore ſentiret: quam ipſam ob cauſſam breui tempore longe progreſſus eſt. Quinto anno poſt, quam Monſpelium venerat, diſputatione legitima quaeſtionem explicauit, *An amor remediis regni vegetabilis ſanari poſſet*, et rite Doctor medicinae creatus eſt. Spem augendae doctrinae, quae a. 1730 eum Pariſios allexerat, minuit quodam modo oculorum morbus, cuius incommoda poſthaec non penitus vincere potuit: tunc tamen omni occaſione diſcendi vſus eſt, atque

adeo

adeo concepit animo doctrinam de claſſibus morborum, ad ſimilitudinem claſſium, quibus botanici vtuntur: de qua cum BOERHAVIUS conſultus eſſet, ita rem comprobauit, vt difficultatem operis agnoſceret. Verum prodiit liber *de claſſibus morborum*, ſimulac Monspelium rediit: in quo non tam pertinacia opinionis tuendae accuſanda eſt, (nam multorum iudicio rem omnem tradiderat,) quam arduus labor legendi, examinandi, adde etiam inueniendi et ordinandi, mirandus. Certe haec ingenii non vulgaris argumenta fuerunt, et initia libri, quo medicorum omnium ſtudia erecta et ad examinandam rem incitata ſunt, quo multa praeclare explicantur, cui denique impreſſa doctrinae veſtigia omnis poſteritas attente animaduertet. Eius libri praemium hoc fuit, vt ei ſpes et ius MARCOTO ſuccedendi concederetur, qui hactenus in academia Monspelienſi munere Profeſſoris medicinae functus erat. Inter haec aliud non minus opus aggreſſus eſt. Nam medicinam, haud exiguo opinionum onere obrutam, cum omnes fere a neceſſaria corporis fabrica morborum cauſſas et remedia repeterent, ita liberauit, vt, quamuis multos potentesque auctoritate aduerſarios haberet, ipſe vero innutritus eiusmodi opinionibus eſſet, magno tamen animo iis obuiam iret. Docuit igitur ſermone et ſcripto, primo timidius, ne collegas offendere videretur, ſed mox ſine vlla cunctatione, vt fas eſt defendere, quae viro intelligenti poſt diuturnam cogitationem vera videntur, ſed docuit cum aliis quibusdam, non ſolum arbitrarios ac mutabiles corporis humani motus, ſed neceſſarios etiam et perpetuae legi adſtrictos, moderante animo fieri et regi: quae doctrina iis ſimul reſtitit, qui haec omnia chemicis vel mechanicis cauſſis tribuerant. Iam quantus hoc modo ad veritatem gradus factus ſit, aut quantum in vtramque partem peccatum, quaerere nunc non attinet;

attinet; ſaltem hactenus profuiſſe illa controuerſia videtur, (multi enim multa ſcripſere) vt ne aperti errores, diutius ac velut e compoſito defenſi, ſingulis aetatibus per manus traderentur. Eadem opinio, quam a viro hoc doctiſſimo ita protractam diximus, non ſolum in elementa phyſiologiae et pathologiae poſthaec irrepſit; ſed denuo quoque propoſita eſt in diſputatione *de natura rediuiua, ſeu de imperio animae in cor*, quae EBERHARDUM, Halenſem Profeſſorem, aduerſarium nacta eſt. Pari auſu in botanicis aliquid innouauit, quoniam notas plantarum in foliis quaeri voluit, cui opinioni debetur *Methodus foliorum* ſeu *Flora Monſpelienſis*. Huc ergo perrexit botanices amor, de quo ſupra monuimus: tam facile ingenium illud inter plures diſciplinas diuiſum eſt: tam nihil attigit, in quo non emineret, et inter ceteros ſummos viros ſibi locum vindicaret. Ex iis, quae diximus, ſatis iam intelligi poteſt, non paruo labore haec omnia conſtitiſſe. Sed eamdem aſſiduitatis laudem etiam academia regia Monſpelienſis praedicauit in elogio, quo ſocii huius memoria commendata eſt, qui, ſiue ipſe diſſertationes ſcriberet, ſiue res academiae vltra annum nomine ſecretarii curaret, indefeſſum illud ſtudium omnibus comprobauit. Eum ergo virum, quem exteri et ſui Magnum appellare ſoliti ſunt, amiſimus ſexagenarium, anno ſeculi huius 67 d. 19 februarii, vt vel ſic agnoſcenda ſit naturae benignitas, quae tam diu reliquerit eum, vt ad vtilitatem communem ſatis multa afferret, etſi multo diuturnior vita eius literarum cauſſa optabilis fuit. Abſumtus autem eſt morbo pectoris, aucta per biennium difficultate reſpirandi, vt nulla remediorum vis ſatis potens eſſet. Quod ſi, quae hic ſcripſimus, merita et famam viri non aequauerint, fecimus tamen, quod amicitiae et venerationi ſummi nominis debuimus. Caeterum ſcripta eius ordine collecta lectoribus hic exhibemus.

Nouvelles

Nouvelles claſſes des Maladies, à Avignon 1733, 12.

Theoria febris. Diſſ. Reſp. *Franc. Lemure* 1738. 12. *recuſa in* HALES *Statique des animaux.*

Obſervations ſur quelques plantes venimeuſes, in *Memoires de l'Acad. Roy. des Sciences de Paris. Année* 1739.

Diſſ. de motuum vitalium cauſſa, vbi, quae prauus mechaniſmus uſurpauerat, naturae ſ. animae iura reſtituuntur. Reſp. *Franciſc. Labroquere* Monſpel. 1741. 4. continetur quoq. in HALLERI Diſp. anatom. ſelect. Vol. IV. p. 481.

Obſervation concernant une fille cataleptique et ſomnambule du même tems, *in Memoires de l'Acad. R. des Sc. de Paris. Année* 1742. 4. *pag.* 551. *ſeqq.*

Inflammationis theoria. Diſp. Reſp. *Lud. Payen du Moulin.* Burgi. 1743. 8. *recuſa in* HALES *Statique des Animaux.*

Haemaſtatique, ou la Statique des Animaux: Experiences hydrauliques faites ſur des animaux vivans etc. par ETIENNE HALES, traduit de l'Anglois et augmenté de pluſieurs remarques et de deux Diſſertations de l' Inflammation et ſur la cauſe de la Fievre. à Geneve. 1744. 4.

Memoire ſur la maladie des boeufs du Vivarais. à Montpellier. 1746. 4.

Diſſ. de vaſorum capillarium corporis humani ſuctu. Reſp. *le Brun.* ibid. 1747. 8.

Diſſertation ſur la nature et cauſe de la Raye, qui a remporté le Prix au jugement de l'Academ. des Sciences et belles lettres de Toulouſe. à Toulouſe 1749. 8.

Diſſ. de hemiplegia per electricitatem ſanata. Monſpel. 1749. 4. (*Gallice recuſa continetur in* Recueil ſur l'Electricité medicale à Paris 1752. 8. Tom. I. p. 283. ſqq.

Lettre de Mr. DE SAUVAGES à Mr. BRUHIER, D. en Med. ſur l'Electricité medicale. (*Adiecta eſt haec epiſtola* primum *editioni ſecundae* SALLABERTI Experiences ſur l'electricité, *quae Pariſiis* 1749 *prodiit*, deinde libro: Recueil ſur l' electricité medicale. Tom. I. p. 177 ſqq.

Theſ. phyſiolog. An fluidum nerueum ſit fluidum electricum. Reſp. *I. Th. Felix Dufay.* Montp. 4. (*Gallice reddita continetur in* Recueil ſur l'Electric. med. T. II. p. 405 ſqq. *cui adiecta eſt* Lettre de Mr. DE SAUVAGES à Mr. MORAND.)

Methodus foliorum ſeu plantae florae Monſpelienſis iuxta foliorum ordinem ad iuuandam ſpecierum cognitionem congeſtae. Hag. Comit. 1751. 8. *Ex hoc libro et* MAGNOLII Botanico Monſpelienſi *enata eſt* Flora Monſpelienſis, *quam diſputationis forma Praeſ.* CL. LINNAEO *propugnauit Th. Erdm. Nathhorſt. Vpſal.* 1756. 4. Amoenit. acad. vol. IV. p. 468.

Noua pulſus et circulationis theoria. Diſſ. Reſp. *Maria Girard de Villars.* Monsp. 1752. 4.

Pathologia methodica de cognoſcendis morbis. Amſtelod. 1752. 12. editio ſecunda. Lugdun. 1755. 12. editio tertia ab ipſo auctore aucta. ibid. 1759. 12.

Diſſertation ſur les medicamens, qui affectent certaines parties du corps humain plûtôt que d'autres et ſur la cauſe de cette effet, qui a remporté le prix au jugement de l'acad. roy. de belles lettres ſciences et arts de Bordeaux. à Bordeaux 1752. 4.

Diſſertation, ou l'on recherche comment l'air ſuivant les differentes qualités, agit ſur le corps humain, qui a remporte le prix au jugement de la même academie. à Bordeaux 1755. 4. (*Vtraque haec diſſertatio in italicam linguam translata et variis annotationibus* XAVERII MANETTI *aucta coniunctim prodiit* Florentiis 1754. 4.)

Embryo-

Embryologia ſ. Diſſ. de foetu, in qua foetus ab adulto differentiae dilucide exponuntur. Monſpel. 1753. 4.

Theoria tumorum Diſſ. Reſp. *Abr. Moïſ. Joyeuſe.* ibid. 1753. 4.

Diſſertation ſur le mechaniſme du mouvement des muſcles. *Adiecta eſt* Cl. CAT memoire ſur le Principe de l'action des muſcles, qui a remporte le prix propoſe par l'acad. des ſcienc. de Pruſſe. à Berlin 1753. 4. *pag.* 73.

Phyſiologiae elementa, Amſtelod. 1755. 8.

Diſſ. de aſtrorum influxu in hominem. Reſp. *Auguſtin. le Febure,* Monsp. 1757. 4.

Diſſ. haemoptyſis theoria. Reſp. *Gabr. Iac. Gouin.* ib. eod. 4.

Diſſ. de reſpiratione difficili. Reſp. *Ioan. Baptiſt. Pichard.* ib. eod. 4.

Theoria doloris. Diſſ. Reſp. *Anton. Ioſeph. Depinoy,* ib. eod. 4.

Diſſ. de viſione. Reſp. et auctor. *Franciſci Ioſephi Bernadac.* ibid. 1758. 4.

Medicinae Sinenſis conſpectus, Diſſ. Reſp. *Aimé Felix Bridault.* ibid. 1759. 4.

Diſſ. de amblyopia. Reſp. *Franciſc. Bourdon.* ib. 1760. 4.

Diſſ. oppoſita argumentis Cel. EBERHARDI de animae imperio in cor. Reſp. *I. Iac. Dupont,* Auenione 1760. 4.

Diſſ. de ſuffuſione. Reſp. *Petr. Lud. Guillemard.* ibid. eod. 4.

Diſſ. de catharticis. Reſp. *Ioan. Petr. Laporte.* Monsp. 1762. 4.

Noſologia methodica ſiſtens morborum claſſes, genera et ſpecies, iuxta SYDENHAMI mentem et botanicorum ordinem. Tom. I. II. P. 1. 2. T. III. P. 1. 2. Amſtelod. 1763. 8. Voll. 5. Editio II. vltima, auctior et emendatior. Tom. I. II. ibid. 1768. 4. Voll. 2.

XXI.

XXI.

Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1765. prodierunt.

Lettera critica del chirurgo GIAN ALESSANDRO BRAMBILLA, in cui ſi ſcioglie la queſtione; ſe le inflammazioni e le gangrene ſi debbano abandonnar alla natura ſola, o debbano eſſer ſoccorſe dall' arte medica. Al Signor DON GIOVANNI VIVENZIO, Dott. di filoſ. e medic. in Napoli. In Milano. 4.

Hiſtoire naturelle des végétaux de la France, contenant leurs deſcriptions generiques et ſpecifiques, leurs noms, ſynonymes, latins et françois, leurs figures, les inſectes qu'ils nouriſſent, l'endroit ou on les trouve, leurs differentes cultures ſuivant les divers climats de chaque province, leur analyſe chymique et leurs proprietés, non ſeulement pour la nourriture et la médecine, mais encore pour l'embelliſſement des jardins et les arts et metiers, ou la botanique, la médecine, l'agriculture, le jardinage et les arts reunis dans le regne végetal de la France. Par Mr. P. I. BUCHOZ etc. à Metz. 8.

Eiusd. Traité hiſtorique des plantes, qui croiſſent dans la Lorraine et les trois Evêchés contenant leur deſcription, leur figure, leur nom, l'endroit ou elles croiſſent, leur culture, leur analyſe et leurs propriétés tant pour la médecine, que pour les arts et metiers Tom. IV. à Paris et à Nancy. 8.

ANDR. EL. BÜCHNER diſſ. inaug. de tendinis Achillis ſoluti ſanatione in integrum facta, ſine adunatione partium tentata, caſu quodam notabili comprobata. Reſp. *Frid. Chriſt. Behr*, Halae. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de ſudoris ſub calore febrili minus ſalutari eruptione. Reſp. *Io. Chriſtian Wichura.* ib. 4.

ANDR. EL. BÜCHNER diſſ. inaug. de indicatione chemiae vniuerſalis ductu formanda. Reſp. *Io. Frid. Schroeter.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de hecticorum deliriis malo omine oriundis. Reſp. *Chriſtian. Iac. Delahon.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de colluuie verminoſa, quatenus cacochymiae cauſſa. Reſp. *Frid. Petr. Bouſanquet.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de valetudinariorum vita robuſtiorum diuturniore. Reſp. *Io. Godofr. Zobel.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de rite diiudicanda haemorrhagiarum in febribus intermittentibus ſalubritate. Reſp. *Car. Frid. Wilh. Rudolph.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de diarrhoeae in febribus exanthematicis ſalute et noxa. Reſp. *Io. Iac. Bendixen.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de legibus irritabilitatis generalioribus. Reſp. *Io. Aug. Bakendorf.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de haemoptyſi ſua ſponte mortalibus eueniente. Reſp. *Io. Chph. Klipſch.* ib. 4

Eiusd. diſſ. inaug. de liquidi neruei ratione ad vitam et ſanitatem. Reſp. *Chriſt. Bernh. Styrius.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de viribus medicamentorum explorandis. Reſp. *Iuſt. Henr. Cordemeyer.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de veſicatoriorum, parti dolenti, applicatorum, vſu ſalubri et nociuo. Reſp. *Chriſt. Frid. Weizmann.* ib. 4.

I. I. BÜCHTINS *gegründete Beurtheilung und Anmerkungen über des Herrn* BECKMANNS *herausgegebene Schriften von der Forſtwiſſenſchaft* etc. 8.

CHPH. GOTTLOB BÜTTNERS *Erörterung einiger bey Gelegenheit einer zweyköpfichten und einleibichten Geburt die Lungenprobe betreffenden Fragen. Königsberg.* 4.

Oſſervazioni ſopra alcuni innesti di Vajuolo da I. MARIA BICETTI DE BUTTINONI. in Milano. 8.

Mémoire ſur l'état actuel de la pharmacie par Mr. le CAMUS,

CAMUS, Docteur régent de la Faculté de medecine de Paris. à Paris. 12.

IOS. CARRERE diſſ. de alimentorum digeſtionis mechaniſmo. Reſp. *Io. Alexandr. Bochenu.* Perpiniani.

IO. FRID. CARTHEUSER diſſ. inaug. de radicibus eſculentis in genere. Reſp. *Io. Henr. Kraut.* Francof. ad Viadr. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de incitamentis motuum naturalium externis. Reſp. *Geo. Wilh. Rach.* ib. 4.

Mediciniſch, phyſicaliſch und moraliſche Schriften, aus dem Frauzöſiſchen des Herrn DE LA CASE *überſetzt, 1 und 2ter Theil, nebſt einen Brief über das beſte Mittel die Erziehung zu befördern. Leipz.* 8.

Traité de l'exiſtence, de la nature et des propriétés du fluide des nerfs et principalement de ſon action dans le mouvement muſculaire, ouvrage couronné en 1753 par l'academie de Berlin, ſuivi des diſſertations ſur la ſenſibilité des meninges, des tendons, etc. l'inſenſibilité du cerveau, la ſtructure des nerfs, l'irritabilité Hallerienne etc. par Mr. LE CAT, à Berlin. 8. av. fig.

Eiusd. Nouveau ſyſteme ſur la cauſe de l'evacuation periodique du ſexe. Lettre à l'auteur du Journal de medecine, ſuivie d'une reponſe à des objections faites contre le ſyſteme, par la quelle il devient encore plus ſolidement établi et l'hypotheſe oppoſée radicalement detruite. Amſterd. 8.

Eiusd. Traité de la couleur de la peau humaine en general, de celle des Negres en particulier et de la metamorphoſe d'une de ces couleurs dans l'autre, ſoit de naiſſance, ſoit accidentellement, ouvrage diviſé en trois parties. à Paris. 8.

Lettre de Mr. CHAMBON a Mr. CHASTENET en reponſe à la lettre de Mr. PALUCCI a Mr. DE HUME. Viennae. 8. (*Defenditur* FR. COSMI *methodus ſecandi calculum.*)

L'art de cultiver les pommiers, les poiriers et de faire des cidres ſelon l'uſage de Normandie par Mr. LE MARQUIS DE CHAMBRAY, à Paris. 12.

Manuel des Champs, ou recueil choiſi inſtructif et amuſant de tout ce, qui eſt le plus neceſſaire et le plus utile pour vivre avec aiſance et agrément à la campagne par Mr. DE CHANVALON. Nouvelle edition, à Paris et Liege. 8.

Il methodo naturale di cura del Sign. G. CHEYNE, à Padova. 4.

Lettre à Mr. ** où l'on prouve la poſſibilité des naiſſances tardives d'aprés la ſtructure et le mechaniſme de la matrice par Mr. CHEROL. à Paris. 8.

Eloge de LOUIS DURET, celebre Médecin ſous Charles IX et Henri III, ouvrage, qui au jugement de la Faculté de Médecine de Paris a remporté le prix propoſé cette année par Mr. I. B. L. CHOMEL, Médecin veteran, ord. du Roi etc. à Paris. 12.

Theorie de la Lune, deduite du ſeul principe de l'attraction reciproquement proportionnelle aux quarrés des diſtances par Mr. CLAIRAUT. Nouvelle Edition, à Paris.

Icones inſectorum rariorum, ſectio II, auctore CAROLO CLERCQ. Holm. c. tab. aen. a XIII ad LV vſque (*Prior ſectio prodiit* 1759.)

IO. FR. CLOSSI carmen de cortice Peruuiano, remedio variolarum prophylactico valde limitando. Lugd. Bat. 4.

Obſervations ſommaires ſur le 21 novembre 1763 dans l'aſſemblée des Commiſſaires nommés par la Faculté de Médecine de Paris au ſujet de l'inoculation de la petite Verole par Mr. COÇHIN, à Paris. 4.

FRANC. FELIX COCHU quaeſt. med. an chronicis aquae minerales, vulgo de Merlange? (*affirmatur*) Reſp. *Edmund Claude Bourru*. Pariſiis. 4.

MEYER

MEYER KALMAN COHEN diſſ. inaug. de calculo et lithontripticis, Goetting. 4.

Diſſ. nova de ſuffuſione ſeu cataracta oculi anatome et mechaniſmo locupletata. Auctore D. COLUMBIER, Med. Doct. Amſtelodami et Paris. 8.

Enquiry into the ſtructure of human body relative to its ſuppoſed influence on the morals of Mankind By CHARL. COLLIGNON. The ſecond. edit. Cambridge. 8. maj.

MATTHIAS COLLIN epiſtola ad Cl. BALDINGERUM, qua demonſtratur, puſtulas miliares male factitias et ſymptomaticas dici. Viennae. 8.

Oſſervazioni pratiche ſopra le malattie venerée tradotte dal franceſe dal Sign. COSTE Profeſſore di Chirurgie. in Venezia. 8.

DAVID CRANZ *Hiſtorie von Grönland, enthaltend die Beſchreibung des Landes und der Einwohner, insbeſondre die Geſchichte der dortigen Miſſion der evangeliſchen Brüder zu Neuherrenhut und Lichtenfels.* 8. *m. K.*

HENR. IO. NEPOM. CRANZII inſtitutiones botanicae, in quibus genera et ſpecies plantarum huc usque incognitarum habentur. Tom. II. Vienn. 8. mai.

Eiusd. materiae medicae et chirurgicae iuxta ſyſtema naturae digeſtae. Edit. ſecunda correcta et aucta. Tom. I. II. III. Lipſ. 8.

Eiusd. IO. LAURENT. GASSERI, S. C. A. Mai. Conſiliarii Phil. et Med. Doctor. et Medic. Profeſſ. laudatio funebris, Vindob. fol.

HERRMANN ADOLPH. CRUWEL diſſ. inaug. de cordis et vaſorum oſteogeneſi in quadragenario obſeruata. Halae. 4. c. f.

CHPH. BERNH. CRUSEN diſſ. inaug. de tenſione neruorum. Gotting. 4.

HENR. FRID. DELIUS diſſ. inaug. de cauſſa palloris

loris cutis hominum ſub zona torrida habitantium. Reſp. *Aug. Leberecht Müller.* Erlang. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de notialgia ſeu dolore dorſi eoque vario. Reſp. *Philipp. Matth. Woerner.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de reſolutione noxia. Reſp. *Io. Chph. Mylius.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de doſibus refractis medicamentorum. Reſp. *Io. Chr. Ehrenfr. Gebauer.* ib. 4.

D. PETRI DELSANCE, *der Cöllniſchen mediciniſchen Facultät Mitgliedes und öffentl. Lehrer, kurze Anweiſung zur gerichtlichen Wundarzney, worinnen über die Tödlichkeit derer Wunden bey denen Gerichten, aus den Grundlehren der Arzneygelehrten zu unterſuchen und auszumachen ſind. Frf. und Leipz.* 8.

Fortgeſetzte Beyträge zur Naturkunde, herausgegeben von IOH. DANIEL DENSO, *7–12tes Stück. Berlin.* 8.

Elemens et traité de Geometrie par Mr. DEPUISIEUX, Architecte expert-juré du Roi, avec des figures. à Paris. 8.

Eloge de RENÉ DESCARTES, Diſcours, qui a obtenu l'*Acceſſit*, au jugement de l'Academie françoiſe en 1765. par Mr. l'Abbé COUANIER DESLANDES. ib. 8.

Hiſtoire de l'agriculture ancienne, extraite de l'hiſtoire naturelle de PLINE livre XVIII. avec des éclairciſſemens et des remarques par Mr. DESPLACES. ib. 12.

A treatiſe on bloodletting with an Introduction recommending a review of the materia medica. By THOMAS DICKSON. Lond. 4 mai.

Introduction a la matiere médicale en forme de therapevtique, dans laquelle on explique la maniere d'agir des médicamens internes et ce qui concerne leur uſage, ſuivant la plus ſaine pratique. Nouvelle edit. par Mr. DIENERT, à Paris. 12.

I. C. DOBERI definitiones medicamentorum, quae in officinis pharmaceuticis chymice praeparatae proſtant, ſecundum illarum partes conſtituentes, propria cognitione et experientia explicatae et in vſum cultorum medicinae idiomate latino et germanico editae. Dresd. 8.

GUALTH. VAN DOEVEREN ſpecimen obſeruationum academicarum ad monſtrorum hiſtoriam, anatomen, pathologiam et artem obſtetriciam praecipue ſpectantium. Groening. et L. B. 4. c. tab. aen.

Conſultations ſur la plûpart des maladies, qui ſont du Reſſort de la chirurgie, par HENRY FRANC. LE DRAN. Paris. 8. maj.

Manuel de Botanique etc. par Mr. DUCHESNE, à Paris. 12.

Memoires pour ſervir a l'hiſtoire naturelle des provinces de Lyonnois, Forez, Beaujolois, par Mr. ALLEON DULAC, à Lyon. Vol. I. II. 8. min.

Melanges d'hiſtoire naturelle par le même. Vol. I–VI. à Lyon. 12. av. fig.

Memoire ſur les marais ſalans des Provinces d'Aunis et de Saintonge, par Mr. BEAUPIED DUMENIS, à Rochelle. 12.

FRANCISC. ERDELY diſſ. inaug. de variolis. Vienn. 8.

IOAN. FRID. ERASMI, M. D. et Anatom. Chirurg. P. P. ſermo, de moleſtiis ſtudii anatomici, deliciis maximaque illius vtilitate longe ſuperandis. Moſquae. 4.

CHRIST. EHRENFR. ESCHENBACH Progr. de morbis haereditariis. Roſtoch. 4.

La vie et les principes de Mr. FIZES, pour ſervir à l'hiſtoire de la médecine de Montpellier, par Mr. ESTEVE. à Amſterd. 8.

Traité de maladies Veneriennes par Mr. FABRE, Maître en Chirurgie. Nouvelle edition, corrigée

et conſidérablement augmentée par l'auteur. Tom. I. II. à Paris. 12.

Della febre epidemica ſofferta in Napoli l'anno 1764. Libr. 3. DI TOMASO FASANO. in Napoli. 8.

IO. FRID. FASELII diſſ. inaug. de profluvio aquarum ſpuriarum in grauidis. Reſp. *Frid. Henr. Wilh. Hecker*. Ien. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de morbis ex abſorptione impedita. Reſp. *Gotthard. Guil. Gourbandt.* ib. 4.

Eiusd. Progr. I. II. de partibus oleorum aethereorum conſtitutiuis. ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de ſingulari topicorum temporibus applicandorum praeſtantia. Reſp. *Aug. Chriſt. Kühn.* ib. 4.

Eiusd. Progr. III. IV. V. de vaſis corporis animalis aereis. ib. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de cauſſis ſternutationis eiusque effectibus. Reſp. *Chriſt. Rickmann.* ib. 4.

Eiusd. Progr. I. II. III. IV. de medicamentis cardiacis. ib. 4.

Hiſtoire naturelle de la Hollande equinoctiale: ou deſcription des animaux, plantes, fruits et autres Curioſités naturelles, qui ſe trouvent dans la Colonie de Surinam par PHILIPPE FERMIN, à Amſt. 8.

Eiusd. Traité des maladies les plus frequentes a Surinam. ib. 8.

Eiusd. Developpement parfait du myſtere de la generation du fameux crapaud de Surinam, nommé Pipa. à Maeſtricht. 8.

Dictionnaire portatif univerſel d'anatomie, de phyſiologie et de pathologie par Mr. FERAPIE DU FIEU Tom. I. II. à Paris. 8.

Oeconomiſche Abhandlung von gründlich beſſern und einträglichern Weinbergsbau, nebſt angefügter Churfürſtl. Sächſ. Weingebürgs-Ordnung de anno 1588. *von*

von H. A. F. (HEINRICH AUG. FISCHER) *Dreſden und Leipzig.* 8.

Obſervations particulieres ſur la médecine, la chirurgie, l'art des accouchemens et les maladies veneriennes. Avec des reflections en faveur de ieunes practiciens, par Mr. FICHET *de* FLECHY, Paris. 12. (*iam prodiit anno* 1760.)

IO. PAUL. FREIER diſp. inaug. de partu difficili propter funiculum vmbilicalem, foetus collum ſtringentem. Halae. 4.

IOH. LEONH. FRISCH *Beſchreibung und Vorſtellung der Vögel Deutſchlands in* 12. *Claſſen, ſauber nach den Leben illuminirt. Berlin.* 4.

Recueil des remedes faciles et domeſtiques recueillis par Madame FOUQUET. Vol. I. II. à Paris. 12.

PETR. ADR. GADD diſp. om Chemiens tillampning til ylle manufacturers förbättring. Reſp. – – *Leiſten.* Abo. 4.

IO. CAROL. GEHLER diſſ. inaug. de vtero, ſecundinas expellente, ſectio prior eademque theoretica. Reſp. *Io. Wilh. Frid. Heinigke.* Lipſ. 4.

Sitologia overo Raccolta di Oſſervazioni, di Eſperienze e Ragionamenti ſopra la natura e qualita dei Grani e delle Farine per il Panificio, con l'aggiunta di altri Trattati vtiliſſimi agli Agricoltori ed Mercanti di GIOVAN. GENTILI. Tom. I. in Livorno. 4.

FRANC. PETR. LEOPOLD. GENZINGER Quaeſt. inaug. med. an a faſcino et diabolo hominibus morbi? Vindob. 8.

MAX. GEORGI diſſ. de regione Wermellandorum metallica et oppido Philipſtad. Reſp. *Erich Fernew.* Vpſal. 4.

C. E. A. GERHARD *kurze Anweiſung zur Heilung der vornehmſten innern Krankheiten. Berlin.* 8.

Eiusd. materia medica, *oder Lehre von den rohen Arzneymitteln.* ib. 8.

IOH. AUG. PHIL. GESSNER *Geſchichte des Wildbaades bey Rothenburg ob der Tauber, mit mediciniſchen Anmerkungen und Beobachtungen. Rothenburg.* 8.

IOH. GESNER diſſ. Phytographiae ſacrae generalis, Pars practica quinta. Turici. 4.

FRANC. ERNST. GLAUBRECHT diſſ. inaug. ſiſtens analecta de odontalgia eiusque remediis variis, praecipue magnete. Argentorat. 4.

IOH. GOTTLIEB GLEDITSCH *vermiſchte phyſicaliſch-botaniſch-oeconomiſche Abhandlungen. Erſter Theil. Halle* 8.

PHIL. FRID. GMELIN diſſ. inaug. ſiſtens theoriam ſolutionis chemicae, Reſp. *Alb. Frid. Faulhaber.* Tubing. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de materia toxicorum hominis vegetabilium ſimplicium in medicamentum conuertenda, Reſp. *Io. Melch. Eppli.* ib. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de ſero lactis dulci Hoffmanniano. Reſp. *Salom. Schultheſs.* ib. 4.

Diſſertation ſur la nature, la maniere d'agir, les eſpeces et les uſages des antiſpaſmodiques proprement dits, qui a remporté le prix de l'academie des ſciences et belles lettres de Dijon en 1764. par Mr. GUILLAUME LAMBERT GODAR. à Dijon et à Paris. 8.

DAV. GOEMOERY diſſ. inaug. ſiſtens tentamen de indole aeris Hungarici. Vindob. 8.

IO. FRID. GOTTLIEB GOLDHAGEN diſſ. inaug. ſiſtens dubitationes de quadam cauſſae motus muſcularis explicatione. Halae. 4.

ANT. GOUAN flora Monſpeliaca, ſiſtens plantas n. 1150 ad ſua genera relatas et hybrida methodo digeſtas: adiectis nominibus ſpecificis triuialibusque, ſynonimis ſelectis, habitationibus plurium in agro Monſpelienſi detectarum et earum, quae in

vſus

vſus medicos veniunt nominibus pharmaceuticis virtutibusque probatiſſimis. Lugd. 8. c. tab. aen.

Eloge de RENE DESCARTES par Mr. l'Abbé DE GOURCY. à Paris. 8.

IOH. DAVID GRAUENS, *d. A. D. Abhandlung von den Erweichmitteln zum Gebrauche der Aerzte und Heilärzte verfaſſet und mit einer Vorrede von der Nothwendigkeit und Nützlichkeit der philoſophiſchen Erkenntniß in der Arzneygelahrheit begleitet. Lemgo. 8.*

Eiusd. *Anfangsgründe der Hebammenkunſt.* ib. 8.

IAC. GRIEPENSTEDT Ritning och beskrifning pae tork ugnar. Stockholm. 8. c. tab. aen.

IO. AUG. GROTIANS *immerwährender Land- und Gartenkalender zum nützlichen Gebrauche bey dem Ackerbaue, wie auch der Blumen, Orangerie, Küchen- und Baumgärten, 2ter Theil. Gotha.* 8.

Eiusd. *phyſicaliſcher Winterbeluſtigungen 2ter Theil, welcher die allerleichteſte Art Kayſercronen, Tulipanen, Narciſſen im Winter hervorzubringen zeiget. Nordhauſen.* 8.

Eiusd. *1ſter Theil 3te Auflage.* ib. 8.

CARL GOTTL. GROTENS *Entwurf der Forſtwiſſenſchaft, beſonders in Abſicht der Tangelwaldungen. Chemnitz.* 8.

ANTON. DE HAEN epiſtola de cicuta ad Cl. BALTHAS. LUDOVIC. TRALLES. Vienn. 8.

Eiusd. Pars decima rationis medendi in noſocomio practico etc. Vienn. Auſtr. 8.

ALBERT. V. HALLER primae lineae phyſiologiae in vſum praelectionum academicarum tertio auctae et emendatae. Goetting. et Leidae. 8.

Eiusd. I primi lineamenti di Fiſiologia transportati nell' Italiano da un Profeſſore di medicina (BORNETTI.) in Venezia. 8.

Eiusd. Elementa phyſiologiae corporis humani. Tom. VII. inteſtina, chylus, vrina, ſemen, muliebria. Bernae. 4.

Kurzer

Kurzer Auszug einer Beſchreibung der Salzwerke im Amte Aelen durch den Herrn VON HALLER, *der 6 Jahre lang dieſe Salzwerke unter ſeiner Oberaufſicht gehabt hat. Bern.* 8.

IOH. SAMUEL HALLENS *Werkſtätte der heutigen Künſte oder die neue Kunſthiſtorie, 4ter Band. Brandenburg und Leipzig.* 4. *m. K.*

Supplement ou traité de la conſervation des grains, contenant pluſieurs nouvelles experiences; une methode plus ſimple de conſerver les grains, que celle, qui a eté publiée en 1754. et de figures en taille douce par DU HAMEL DU MONCEAU. Avec pluſieurs memoires d'acriculture adreſſés à l'auteur. à Paris. 12. av. fig.

Eiusd. Art de la draperie, principalement pour ce, qui regarde les draps fins. à Paris. fol. c. XV. tab. aen.

Philoſophiae naturalis ſ. Phyſicae dogmaticae Tom. II. continens aërologiam et hydrologiam tanquam contin. ſyſtem. CHRIST. LIB. BAR. DE WOLF. Auctore MICHAEL CHPH. HANOVIO. Halae. 4.

IOHANN FRIEDR. HARTMANNS *electriſche Experimente im luftleeren Raume. Hannov.* 8. *m. K.*

Eiusd. *Achtſamkeit bey Erforſchung der Gewitter-Electricitaet.* ib. 8. *m. K.*

PETR. IMMANUEL. HARTMANN diſſ. inaug. de calculis in veſicula ſeminali repertis aliisque notatis anatomicis. Reſp. *Io. Matthaei.* Frf. ad Viadr. 4.

Eiusd. Progr. complectens obſeruata quaedam in puellae ſeptennis cadauere complectens. ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de medendi methodo in prouocandis haemorrhoidibus ſaepius peruerſa. Reſp. *Carl. Chph. Goehde.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de vlcere inguinis ſiniſtri ileique inteſtini ſanato. Reſp. *Gottl. Ferdinand. Drewke.* ib. 4.

CHRIST. HAUSMANN acidularum Sulzbacenſium hiſtoria et analyſis. Argentorat. 4.

GUILIELM. IOAN. FRID. HEINIGKE Ep. de aere fixo in corpore humano, Lipſ. 4.

GERARD HEINRICH diſſ. inaug. de praerogatiua infantum ruſticorum et plebeiorum praenobilium et diuitum ratione ſanitatis. Vindob. 8.

Der patriotiſche Medicus entworfen von D. ANTON HEINS, *1ſter Band, Hamb.* 8.

LORENZO HEISTERO Iſtituzioni chirurgiche tradotte dal latino. 4.

IOACH. FRIEDR. HENKELS *Abhandlung von der Wirkung der äuſserlichen Arzneyen an und in dem menſchlichen Körper. Anhang oder 2tes Stück. Berlin.* 8.

Briefe über das Blatterpelzen, dem Parlamente von Paris gewidmet, 1ſter Theil. Altona. 8. (Auctor eſt P. G. HENSLER, Med. D.)

Eloge hiſtorique de J. GOUTHIER D'ANDERNACH, médecin ordinaire de Francois I. avec un catalogue raiſonné de ſes ouvrages. Diſcours, qui a remporté le prix propoſé pour l'année 1765. dans la Faculté de Medecine de Paris par LOUIS ANTOINE PROSPER HERISSANT, Etudiant en médecine dans l'Univerſité de cette ville, à Paris. 12.

GEORGE HEUERMANNS *vermiſchte Bemerkungen und Unterſuchungen der ausübenden Arzneywiſſenſchaft, 1ter Band. Coppenhagen und Leipz.8 mai. m.K.*

The vegetable ſyſtem, or the internal ſtructure and the life of plants, their parts and nouriſhment explained; their claſſes, orders, genera, and ſpecies aſcertained and deſcribed in a method altogether new; comprehending an artificial index and a natural ſyſtem. With figures of all the plants; deſigned and engraved. By JOHN HILL, M. D.

M. D. Vol. VIII. containing a ſeconde ſeries of the one-petal'd plants. Vol. IX. containing a thirde ſeries of the one-petal'd plants. Vol. X. containing all the one-petal'd plants, with ſix, ſeven and many ſegments and the two entire claſſes of two petal'd an three petal'd plants. London. fol. c. tab. aen. Voll. 3.

Eiuſd. Centaury the great ſtomachic its preference to all other bitters; in that it gives an appetite and good digeſtion and neither heats nor binds the body with an account of the plant and the method of gathering and preparing it; and a few rules for ſuch as have weok ſtomachs. Lond. 8. mai.

Eiusdem Valeriana *oder von denen Tugenden der Baldrian-Wurzel in denen Krankheiten und Zufällen der Nerven, nebſt den Kennzeichen, wodurch die wahre von der unächten kann unterſchieden werden. Aus dem Engl. ins Teutſche überſ. u. mit illuminirten Kupfern erläutert. Nürnb.* 8. mai.

HIPPOCRATES contractus, in quo magni HIPPOCRATIS opera omnia in breuem epitomen ſumma diligentia redacta habentur; ſtudio et opera THOMAE BURNET, M. D. Editio noua diligenter correcta. Argent. 8.

ANT. BALTH. RAYM. HIRSCH diſſ. inaug. paris quinti neruorum encephali diſquiſitio anatomica, in quantum ad ganglion ſibi proprium ſemilunare et ad originem nerui intercoſtalis pertinet. Viennae. 4. c. tab. aen.

L. E. HIRSCHELS *Betrachtung über den jetzigen innerlichen Gebrauch des Mercurii ſublimati corroſiui und des Schierlings in verſchiedenen Krankheiten. 2te Auflage vermehrt. Berlin.* 8.

Reliqua proxime.

Contenta

Contenta in hac parte.

I. Hiſtoire naturelle générale et particuliere avec la deſcription du Cabinet du Roi Tome XIII. pag. 387
II. LEVRET Eſſai ſur l'abus de régles generales; et contre les préjugés, qui s'oppoſent aux progrès de l'art des accouchement 411
III. ACREL Tal om Nödwändigheten och förmånen af de Chirurgiska Handalagens förkortande i utöfningen 422
IV. DU HAMEL DU MONCEAU de l'Exploitation des Bois 429
V. KOEHLREUTER *dritte Fortſetzung der vorläufigen Nachricht von einigen das Geſchlecht der Pflanzen betreffenden Verſuchen und Beobachtungen* 435
VI. LIEUTAUD hiſtoria anatomico-medica ſiſtens numeroſiſſima cadauernm humanorum extiſpicia etc. 441
VII. DE MARE tractatus de cancro et ſpina ventoſa curabilibus per medicamentum hactenus ſecretum 447
VIII. Hiſtoire et Memoires de l'Academie royale des ſciences de Paris année 1762 452
IX. A BONA obſeruationes medicae 478
X. HERRMANN diſſ. de oſteoſteatomate 484
XI. PALLAS ſpicilegia zoologica 491
XII. Philoſophical Tranſactions Vol. LVI. for the year 1766 495

XIII. CARTHEUSER fundamenta materiae medicae Tom. I. II. pag. 513
XIV. COLLIN Noſocomii ciuici pazmariani annus medicus tertius 521
XV. HALLERI operum anatomici argumenti minorum Tom. II. 527
XVI. MURRAY hiſtoria inſitionis variolarum in Suecia 533
XVII. RICHTER Progr. de variis cataractam extrahendi methodis 538
XVIII. SYMONS obſervations on vapor-bathing and its effects 541
XIX. TIMMERMANN Proluſ. de belladonna 544
XX. Noua phyſico-medica 546
XXI. Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1765 prodierunt 561

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XV. PARS IV.

LIPSIAE MDCCLXX.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH
Venduntur etiam
Amſtelodami apud I. Schreuder, et Petr. Mortier, Londini apud
Io. Nourſe, Pariſiis apud Briaſſon, Pataui apud I. Manfré,
Holmiae apud L. Saluium.

I.

Kongl. Vetenſkaps Academiens Handlingar, fôr År 1766. Vol. XXVII. Med. Kongl. Academiens Tilſtånd Stockholm, trykte hos Directeuren Lars Salvius po deſs egen koſtnad, 1766. 8vo mai. pl. 22. tab. aen. 7.

i. e.

Acta Academiae Regiae ſcientiarum Suecicae ad annum 1766. Vol. XXVII.

Trimeſtre primum.

1) *De legibus mortalitatis in Suecia ductu tabularum annuarum* commentatur PETRUS WARGENTIN. Ex his tabulis, obſeruationes generales varias notatu dignas condit; vt: infantum tenerorum quartum aut quintum quemuis mori, iuuenum vnum ex 150 aut 160. Quod feminae diutius viuant, non eſſe a genere vitae illarum, quaſi mares pluribus et laboribus et periculis exponantur, ſed a natura ipſa, nam et neonatas et tenellas feminas magis vitales eſſe, aeque ac reliquis aetatibus omnibus, annis 30–35 exceptis, vbi feminarum vitalitas fere debilior videtur, ab hac enim vitalitate feminarum maiore eſſe, quod in omni aetate plures feminae viuant maribus, etſi pueri plures naſcantur. p. 1. p. 17.

Medium ſumendo ex annis 9, ſcilicet 1755–1763 in omni Suecia quotannis 100 ex 3442 moriuntur, ſed ſaltim 100 ex 3532, ſi Holmiae mortui et vi-
p. 23. ventes non computentur. Per hos nouem annos aetatem 90 annorum ſuperarunt viri 2036, feminae 3540. Anno 1755 in Bothnia Orientali femina 127 annorum e vita deceſſit.

p. 25. 2) *Aedificium et fornacem frumento ſiccando et polentae* (Malz) *torrendae aptum* deſcribit IACOB GRIPENSTEDT. Structurae huius vtilitatem experientia comprobauit.

p. 39. 3) *Aſcitem paracenteſi et medicamentis internis curatam* narrat ROLAND MARTIN. Puella, vſque ad tertium aetatis ſuae annum ſymptomata rachitidis perpeſſa, deinde in partibus corporis carneis, artubus praecipue marceſcere coepit. Tempore paſchatos 1764 a tuſſi, infantibus pernicioſa, ope archiatri HEDENBERG liberata eſt, emeticis adhibitis, tabeſcere vero non deſiit, ſimul abdomen intumuit, diuretica euacuationes ſat inſignes effecerunt, aſcitem vero non leuarunt, igitur, cum nullum aliud auxilium ſe offerret, paraccenteſis decreta eſt, quam
p. 41. Cl. Auctor perfecit acu triquetra minore, quae ad puncturam ſcroti adhibetur. Magna copia aquae turbidae emiſſa, abdomine paullatim linteo compreſſo, caute tamen, ne muſculi abdominis nimium premerentur, cataplaſmata ex aceto ſcillitico, deinde ex herbis reſoluentibus, in vino rubro coctis, impoſita ſunt. Id multum leuauit morbum, ſed poſt aliquot ſeptimanas ita rurſus abdomen intumuit, vt
p. 42. nouam paracenteſin ipſa deſideraret. Ea iam ab archiatro peracta eſt, an. 1765, deinde adhibita ſunt elixir cachecticum PETERSENII in actis anni ſuperioris deſcriptum, pilulae ex duabus partibus radicis

cis ialappae et vna reſinae ſcammonii cum melle. Poſt ſecundam hanc paracenteſin nunquam abdomen intumuit ad quartam partem voluminis, quod primo diminuebatur; intra 5 aut 6 hebdomades appetitus ciborum et ſomnus redierunt, abdomen nunquam magis intumuit, quam quarto poſt paracenteſin die; tympanitide tamen interdum abdomen intumuit, pilhulis vero viſceralibus exhibitis, ſanitas omnis infanti reddita eſt, vt pingueſcat iam et bene ſe habeat, niſi quod abdomen ab aëre, in inteſtinis contento, paullulum tumeat. His credit Noſter oſten- p. 43.
di, paracenteſin, non, vt plerumque dicitur, cum ſemel facta eſt, tota vita durante, repetendam eſſe, alia quoque exempla aſcitis curatae, vbi paracenteſis vtilis fuit, narrat, et huius operationis, quam etiam inſtituit, a SCHULZIO anno 1759 recenſitae, inprimis in tam tenello corpore felicem euentum notatu dignum pronuntiat.

4) *Tentamina mineralogiae, cum tourmalino inſti-* p. 45.
tuta edit SUEN RINMAN. Tourmalinos quinque, impenſis ſat magnis ſibi procurauit Academia, ab his fruſtula quaedam, mutua percuſſione lapidum ſeparata ſunt, quibuscum experimenta Noſter inſtituit, ad lampadis flammam tubulo directam, nam conſueto igne ob exiguitatem tractari non poterant. Erant vero tourmalini diuerſorum colorum, alii Cey- p. 49.
lanenſes, alii Braſilienſes, ipſe inprimis examinauit fruſta Ceylanenſis, coloris obſcuri fului, illa in igne crepitus nullos edidere, vt cryſtalli et ſpata, vehementi gradu ignis cretae albedinem nacta, ſpuma alba enata eſt, continuato igne prodiit vitrum album, opacum, colore margaritis ſimile. Etſi lapidis huius nimis exiguam quantitatem habuerit, quam vt tuto aliquid de eo ſtatuere poſſit, credit tamen, proxime accedere ad zeolithos, cum eodem ferme ignis gradu

liqueſcat et ſimili modo ſcoria alba, phoſphoreſcente. Igitur tourmalinus eſt ipſi *zeolithus vitreſcens electricus*, referendus hoc nomine ad zeolithos Cl. CRONSTEDT in mineralogia.

p. 57. 5) *De tourmalini proprietatibus electricis* refert TORBERN BERGMANN, cui lapides, quos diximus, examinandos Academia crediderat. Omnes tourmalini effectus, ad vnicam legem fundamentalem
p. 61. reuocat, ita enunciandam: *Cuiusuis tourmalini polus vnus calefactus poſitiue electricus fit, negatiue, dum refrigeratur; earundem cauſſarum in alterum oppoſiti effectus ſunt, qui negatiue electricus fit a calore, poſitiue a frigore.* Eam legem experimentis confirmat, et hinc omnia, quae propria tourmalino ſunt, deducit, AEPINUM quoque cum WILSONO conciliat,
p. 65. qui duumuiri, cum ſoli fere ante Noſtrum tourmalinum examinauerint, in quibusdam diſſentiunt, quae, BERGMANNO iudice, non tam ad experimenta, quam ad modum explicandi experimenta pertinent. Tourmalinos nondum arte laeuigatos, QUISTIUS RINMANNO miſit, virides et coeruleſcentes, Braſilienſes, polyhedros, priſmaticos, incerto hedrarum numero, polos habentes ad extrema cryſtallorum, tamen in directione per polos non transmittentes, quantumcunque alias perſpicui ſint, ſine dubio referendos ad corneum cryſtalliſatum (*Schörl*).

p. 68. 6) *De morbillis, ad variolas, inſitione excitatas, accedentibus, obſeruationes* edit PETRVS IONAS BERGIVS. In orphanotropheo, quod ordo murariorum liberorum ſic dictorum Holmiae condidit, cum medici munere fungatur Noſter, variolas
p. 72. inſitione excitauit puero vno, puellis ſex, aetatis annorum 5–8, forte vero ſimul morbilli eoſdem infantes adgreſſi ſunt. Hic diarium edit eorum, quae

aegris

aegris acciderunt. Conſectaria, ex his obſeruationibus deducta, alii parti ſcriptionis ſuae ſeruat.

Trimeſtre ſecundum.

1) *Tourmalini proprietates electricae quomodo innotuerint*, enarrat IOH. CARL WILCKE, hiſtoriam litterariam inuentorum illorum edens. Non omittit, cum omnes, qui de tourmalino locuti ſunt, magneticam eius vim crediſſent, LINNAEUM primum in flore Zeylanicae praefatione 1747 ſcripta electricum lapidem appellaſſe, tum vero tantum ex iis, quae relata legerat. Primus tourmalini naturam electricam experimentis confirmauit AEPINUS, iam imperatrici Ruſſorum a conſiliis collegiorum, cum 1757 Berolini profeſſoris aſtronomiae munere fungeretur. Lapidem ipſum LEHMANNUS, nuper Petropoli fato functus, exhibuit, WILKIUS vero, qui tunc Berolini degebat et electrica tractabat experimenta, adfuit et aliqua in diſſertatione de electricitatibus contrariis, 1757 edita, de illis retulit. Dux de NOYA CARAFFA in epiſtola ad BVFFONIUM edita, quaedam contra AEPINUM monuit; WILSONUS etiam quaedam aliter, quam AEPINO contigerant, expertus eſſe ſibi viſus eſt. AEPINUS vero ſua tuitus eſt, et illuſtrauit. Ita, quae cum tourmalino acta ſunt, Noſter recenſet, vna cum ipſis recentiſſimis BERGMANNI et RINMANNI inuentis, ſua etiam editurus.

p. 89.
p. 93.

2) *Tourmalinorum Braſilienſium examen mineralogicum* exhibet SUEN RINMAN. QVISTIUS Londino rudes miſit. Conſtans eſt, quod iam QUISTIUS obſeruauit, opacos eſſe ſecundum longitudinem columnae cryſtalli, luci admotos, perſpicuos ſecundum directionem illi perpendicularem, in dire-

p. 109.
p. 111.

ctione eadem, qua opaci ſunt, poli iacent. Hinc infert Noſter: Ceylanenſes, quos non niſi politos adhuc vidimus, non rudes, quales natura offert, etiam forma cornei cryſtallini naſci. Braſilienſium vero margines, cultrorum aciebus ſimiles et fracturae recentes oſtendunt, non in arena reperiri, quod de Ceylanenſibus dicitur, ſed a matricibus ſeparari. Ad aquae grauitatem ſpecificam 1000 tourmalini maximi Braſilienſium grauitas ſpecifica eſt 3062;
p. 113. cornei cryſtallini Persbergenſis 3077. Ad flammam ellychnii tubulo impulſam, dum candeſcit tourmalinus, finditur, ſpumeſcit, et guttulas veluti ſudat, deinde in ſcoriam opacam abit, colore margaritae
p. 114. albae, duritie porcellanae. Cum aequali pondere boracis abit in vitrum clarum, durum, paullulum coeruleſcens, quod ab aqua forti poſt vehementem ebullitionem ſoluitur, ſed ita, vt quaſi albae nubeculae in ſolutione fluctuent, pars autem gelatinae ad modum vitro adhaereat. Ex quibus haec colligit
p. 115. Noſter: Braſilienſem tourmalinum ad corneum cryſtallinum pertinere, a Suecico corneo cryſtallino ea ſola re differre, quod Suecicus pauxillum ferri contineat, vnde forte electrica vis ipſi deeſt. Cum vero corneus cryſtallinus ab igne ſpumeſcat, et in aqua forti ſolutus gelatinam exhibeat, qui duo zeolithi inprimis characteres ſunt, corneum cryſtallinum ad zeolithi genus referri poſſe, ad quod cum Ceylanicus tourmalinus pertineat, tourmalini huc vſque noti ad idem ſaltim genus poterunt reuocari.

p. 116. 3) *Fornacem acido ligni et vegetabilium combuſtorum commode colligendo* deſcribit CARL FRIEDRICH NORDENSCHOELD. Facile proſpicitur, tubos fornaci aptari, in quibus fumus condenſetur in aquam, dum exſtillat, recipiendam. Huius aceti proprietates varias memorabiles recenſet. Aliquot diebus

diebus ſepoſitum intenſe rubeſcit, ſedimentum picei coloris deponit, diſtillatione tunc facile a phleg- p. 120.
mate liberatur, probe rectificatum metalla ſoluit, cum vitriolo calcinato nigreſcit, nitrum ſoluit, quod mox cryſtalliſatur, augetur, egregie perſpicuum et album euadit, vnde forte hoc aceto nitri vires augeri poſſent. Sebum flamma candelae ſolutum, praebet p. 122.
aquam claram, absque ſapore aut odore acido. Acetum illud lethiferum eſt vegetabilibus, quae illo aquantur, ſed alcalinis ſaturatum et aqua dilutum, vegetationem iuuat. Aceti iuniperi, non deſtillati cochlear ſumtum ſudorem prolicit, et contra peſtem febresque graues adhibitum eſt, et vt ſpecificum contra pleuritidem commendatur. Finnones aceto, ex fraxino per deſcenſum parato, medicamenti vniuerſalis, ſudorem illis elicientis, loco vtuntur. Diſcutientem vim in inflammationibus et contuſionibus oſtendit.

4) *Orbitam a ſole circa centrum commune graui-* p. 123.
tatis ſyſtematis planetarii deſcriptam inueſtigat DANIEL MELANDER, algebra communi ſaltim vſus, quo differt eius methodus ab ea, quam D'ALEMBERT, *recherches ſur differents points importans du ſyſteme du monde* Tom. II. exhibuit.

5) *Papionis ſpeciem ſingularem* deſcribit CLAS p. 138.
ALSTRÖMER, commiſſarius collegii regii commerciorum, ſodalis ſocietatis botanicae Florentinae. Animal Berolini vidit 1764 et depingi curauit; iconem hic exhibens, differentiam ſpecificam ſic tradit: ſimia ſemicaudata, ſubbarbata, malis tumidis nudis, cyaneis oblique ſtriatis, natibus caluis ſanguineis. p. 142.
Inprimis agnoſcitur protuberantia ad vtramque narium partem poſita, qua facies velut laruata apparet, vnde et quod viribus inſignibus animal pollet, adeo-

que ſi in ſylua occurrat, terrorem vehementem incutere poſſit. *Mormon* Noſtro nomine triuiali ap-
p. 147. pellatur. Cuius certam mentionem facit, THOMAS BARTHOLINUS, Act. Med. et Phil. Hafn. Vol. I. c. 36. p. 67. et 313, qui et anatomiam exhibet, ex qua patet, ab oſſibus cribroſis, ad vtramque naſi partem eleuatis, protuberantias illas ſuſtineri. Ceterum minus recte BARTHOLINUS animal cercopithecum et mamonet vocat.

p. 148. 6) *De calculo veſicae, ex viro 68 annorum ſecto,* refert ROLAND MARTIN. Vir inde a 45 aetatis anno, magnos a calculo dolores ſenſit, quibus praeternaturalem corporis diſpoſitionem, labores, ad parochi ruſtici officium pertinentes, vt itinera ad aegros viſendos ſuſcipienda, cet. occaſionem dederant. Ei ante quindecim annos calculum Archiater SCHÜTZER exemerat, redierunt vero dolores, et vtcunque lithontriptica adhiberentur, intolerabiles facti
p. 151. ſunt.. Datum eſt igitur Noſtro et chirurgo STÜTZERO ad eum proficiſci, et manus auxiliatrices adferre. Ipſo aduentus die, ſpecillo immiſſo, calculum non ſenſere, altero vero die ſpecillum calculum detexit et adhibita eſt inciſio lateralis, quae fratris IACOBI appellatur, SCHÜTZERUS olim in eodem ſubiecto apparatu magno vſus fuerat. Forcipe calculus exemtus eſt, qui inter operationem in tria fruſta diffringebatur. His exemtis, nec digito, nec
p. 155. ſpecillo craſſo (*bouton*) calculus in veſica reſiduus animaduerſus eſt, ipſa etiam veſica contracta. Aeger in lectulum repoſitus dormiuit, expergiſcens de iisdem incommodis in pene conqueſtus eſt, quae ante operationem ſenſerat. In calculo exemto, facies vna velut polita, attentos Noſtros reddidit, MARTINUS, cathetere recto introducto, veſicam examinare optauit, STÜTZERUS cicatricem refricari noluit,

meminit

meminit tamen in apparatu magno ſpecillum introduci, quo in reſiduis calculi ſuppuratio promoueatur. Igitur ſequenti die, ſpecillo immiſſo, detectus p. 157.
eſt calculus maior heſterno, quem forcipe MARTINUS eximere tentauit; is vero et in ampla veſica forcipi breuiori ſe ſubduxit, et ob figuram difficilius p. 158.
ea prehendi potuit. Ea res, MARTINUM et STÜTZERUM alternatim occupatos tenuit, MARTINO tandem ſucceſſit, calculum ad os veſicae adducere, forcipem STÜTZERO tradidit, ipſe digito in anum inſerto, verſus os coccygis preſſit, tandemque STÜTZERUS calculum eduxit, magnitudine oui magni columbini, pondere trium quartarum vnciae. Omne negotium quarta horae parte peractum eſt. Aliquot dies noſtri aegri curam habuerunt, deinde quomodo ſe gerere debeat, ordinarunt. Dum vulnus ſanaretur, quod circiter quinque ſeptimanis contigit, de p. 165.
ardore vrinae acris multumqve viſcidi in ſe continentis conqueſtus eſt; tum in vulnere, tum in vrethrae principio, ab operatione adhuc dolente, id incommodum paullatim imminutum eſt. Ventriculo nauſea grauis fit, cui vt olim emeticis mederi voluit. Sed MARTINUS amara, digeſtiua, rhabarbarina ſuaſit. In regione lumbari dolorem ſenſit, renum male adfectorum et arenulae indicium, quibus bolis ad calculum cet. obſtare coeptum eſt. Caſum hunc eam ob rem ſingularem MARTINUS praedicat, quod in ſene operatio biduo bis repetita ſit, inſtrumentum illud, quod *gorgeret* vocant, adhibitum non ſit, alter ille maior calculus ex aegro in lecto p. 166.
ſuo iacente, nec, vt alias moris eſt, ligato, exemtus ſit et euentus operationis voto reſponderit. Enchireſin digiti, in anum inſerti, ACRELIO ſe debere fatetur, non opus eſſe inſtrumento illo, *gorgeret* dicto, aliaque vtilia de methodis calculum extrahendi monet.

7) *Aucta-*

p. 167. 7) *Auctarium obſeruationi praecedenti* addit OLAUS ACREL. Puero vndecim annorum anno 1760 calculum exemerat, fruſtulum vero in veſica reſiduum quindecim diebus ad inſignem magnitudinem rurſus excreuit. Igitur ampliato rurſus vulnere, forcipe calculus ille exemtus eſt, aeger conualuit. Quo exemplo confirmatur, vulnus, lithotomiae cauſſa factum, aperiri denuo interdum poſſe, ſi res ita poſtulet.

Trimeſtre tertium.

p. 169. 1) *De thermis Aquisgranenſibus et Burſcheitenſibus* refert CARL M. BLOM, M. D. Soc. ſcient. Baſileenſ. ſodalis. In balneo imperatoris Aquisgrani calor eſt graduum Fahrenheitianorum 127°, in balneo St. Cornelii 112°, in reliquis 104°–111°, ſulphur in aqua contentum, tum effectibus vaporis argentum denigrantis agnoſcitur, tum inprimis ſulphure natiuo florum forma canalibus adhaerente,
p. 173. nulla arte chymica ex aqua educendo. Hoc ſulphur ad ſal polychreſtum praeparandum adhibent, et ſal illud multo purius et candidius obtinent illo, cui communes flores ſulphuris adhibentur. Reliquas thermarum partes quomodo chymicis tentaminibus
p. 176. detexerit Noſter, recenſet. Camerarum, vbi balneum adminiſtratur, parietibus, calce obductis, adhaerent, medicis eius loci ſic dicti *flores alcalino ſalini*, vix pro natro, quale in cellis vetuſtis reperitur, habendi, ſed ab aquae vaporibus et qui iis ſuccedit, ſpiritu acido volatili deducendi, quia nullibi occurrunt, niſi vbi balnea ſunt. Illi flores recentes madent, floccorum formam imitantur, in radios velut diſpoſiti, pruinae ad modum adhaerent, vetuſtiores ſicci ſunt, duri, lamellarum forma adhaerentes, vterque cum acidis efferueſcit ſyrupum violarum viridi colore tingunt, in igne non detonant, niſi granula

nula quaedam vetuſtiorum in aëre deliqueſcunt. NICOLAUS CAROL. WALLERIUS, cuius tentamina phyſico-chemica circa aquas thermales Aquisgranenſes Lugd. Bat. 1669. 8. prodierunt, duo genera horum florum natura diſtincta ſtatuit, falſo, niſi alios plane flores habuit. Iam de modis agit, aquas vel bibendi, vel balnei modo adhibendi, et tres balneorum ſpecies deſcribit, *vaporoſum*, quo vapor p. 184.
inſtrumentorum ope ad partem adfectam dirigitur, *conſuetum*, vbi corpus aquae immergitur et id, quod *embrochen* appellant, vbi aqua antliae ope eleuata, per tubum recuruum in partem laeſam proiicitur. Quibus morbis ſingula medeantur, deſcribit et ex- p. 188.
emplis illuſtrat.

2) *Aequationis cuiusdam differentialis tertii gradus* p. 194.
integrationem tradit F. MALLET.

3) *De morbillis variolis iunctis*, *ſecundam partem* p. 199.
edit PETRVS IONAS BERGIVS. Primam exhibet trimeſtris I. artic. VI. Quaedam ad ipſas variolas inſitas pertinentia obſeruat, vt, exanthemata variolarum die vndecimo ſemper prodire, quod conti- p. 200.
git, cum reliquis, vni puellarum, etſi febrim non ſeptimo die cum reliquis, ſed nono demum ſenſit, vulnusque eius vſque ad decimum diem velut ſanatum apparuiſſet. Deinde tabulas exhibet obſerua- p. 203.
tionum circa morbillos, inſitione excitatos; a FRANCISCO HOME*) inſtitutas, de tempore inſitionis, aetate infantum, et ſanguinis morbilloſi, febris initio, eruptione et deſquamatione morbillorum. Similem tabulam condit morbillorum, qui conſueto contagio ad variolas inſitas acceſſerunt in infantibus, quos ipſe tractauit. HOMIVS ex ſuis obſeruationibus intu-

*) Medical Facts and Experiments, Lond. 1759. 8. p. 253. v. Comment. noſtr. Vol. IX. p. 505.

intulerat, febrim ingruere, plerumque ſexto die poſt inſitionem, interdum ſeptimo; idem BERGIVS in morbillis, contagio conſueto ad variolas accedentibus, vidit. Alias quanto tempore materia morbillorum degere in corpore conſueuerit, donec febris ſe manifeſtet, difficulter definitur, cum momentum contagii incertum ſit, niſi in infantibus, qui illa cura obſeruantur, qua Noſter vſus eſt in his ſibi creditis. Febrim autem plerumque poſt triduum eruptio morbillorum ſequitur, interdum et die quinto. Deſquameſcere morbillos inſitos, Cl. HOME die tertio, rarius quarto, ſemel ſexto, naturales ſexto die poſt eruptionem defluere obſeruauit, quod interdum ad ſeptimum imo decimum durabat, vnde colligitur,
p. 206. inſignes benigniores inſitos eſſe. Poſt vehementem febrem, eruptionem praecedentem, ſemper vehementes morbillos vidit. Truculentiſſimi ſunt confluentes. In vna puellarum tres morbi ſinguli ſatis magni momenti confluxere; variolis die quarto maii inſitis, cum febris variolarum die vndecimo maii initium capere deberet, febris morbillorum die decimo coepit, neque ceſſauit morbillis, die decimo octauo defluentibus, ſed accedentibus interdum exacerbationibus durauit vſque ad diem vigeſimum quartum maii, variolis tum erumpentibus. Simul vero purpura die vigeſimo primo maii animaduerſa eſt, inde ratio motuum febrilium ex his tribus morbis coniunctis intelligebatur, quos tamen raro exemplo feliciter puella ſuperauit. Ex hoc exemplo, et
p. 208. aliis a SCHVLZIO in tractatione Suecica de variolarum inſitione, cuius verſionem debemus Cl. MVRRAY, *) additis, infert: ſi contagium morbillorum febrim

*) *Des Herrn D.* DAVID VON SCHULZ *Unterricht von der Einpfropfung der Pocken von* IOHANN ANDREAS MURRAY. *Aus dem Schwediſchen. Göttingen und Gotha.* 1769. 8.

febrim ſuam excitauerit, antequam venenum variolarum ſufficientes motus acceperit, ad ſuam febrim excitandam, variolarum eruptionem retardari, donec morbilli defluxerint. Aliud vero contigit cum veneno variolarum in puero, quem febris varioloſa, cum plurimis ſociorum, quibus inſitae erant variolae, die vndecimo maii, adgreſſa eſt. Morbillis, vt credere fas, circiter die ſeptimo aut octauo infectus erat; vtrumque igitur venenum per aliquot dies in corpore geſſit; cum vero variolarum venenum prius adeſſet, febrim conſueto die ſeptimo poſt inſitionem excitauit; acceſſit febris morbillorum die circiter decimo tertio maii, vt puer vltimis duobus diebus febrim ex duabus coniunctam haberet, vtriuſque morbi exanthemata die decimo quinto maii ſimul prodiere, quod nullum medicorum vidiſſe, BERGIVS exiſtimat. Sed tamen et febris illa duplex et exanthemata benigna et lenia fuerunt: Hinc colligitur, variolarum venenum morbillos non retardare, ſed exanthemata coniunctim prodire. Inciſio variolis inſerendis facta, cum morbilli erumperent, exſiccata eſt; in vna puellarum, quae morbillos ante variolas habuerat, inciſio, cum abiiſſent morbilli denuo madere et ipſo die, quo prodibant variolae diſrumpi, deinde ſuppuratio materiei craſſae conti- p. 210.
nuari, quibus morbilli poſt variolas contigerant, illis vulnus ſiccari et ſanari. Id credit Noſter eſſe a ſiccitate, quae comitatur febrim morbillorum, et dum erumpunt, ipſa augetur. Puero, de quo ante diximus, cum febris lenis contingeret, ſiccitas non adeo inſignis inde orta eſt, hinc vulnus non omnino coaluit, ſuppurationem tamen interruptam fuiſſe, ex eo patet, quoniam tenuem per aliquot dies materiam emiſit. Ceterum vulnus iuſto citius coaleſcere certe non conuenit, quoniam ſic exitus impeditur materiei alias per illud effluxurae. Hinc aegrarum

alia

alia grauiter morbillis vexata eſt, alia genitalia habuit exulcerata, alia vlcera. Quorum inciſiones recte ſuppurauerunt, illis omnia melius ceſſere. Generatim ergo ex his colligit Noſter, in variolis inſerendis cauendum eſſe a morbo epidemico et, quamdiu ille graſſatur, variolarum inſitionem differendam.

p. 212. 4) *Antliam aëri in nauibus, noſocomiisque mutando* deſcribit IACOB VENTURA, mathematicus publicus in armamentario Veneto. Eo inuento et alio, quod proximum trimeſtre exhibebit, praemium obtinuit 40 nummorum aureorum, quod Academia promiſerat, inuentum ei fini idoneum, Triewaldiano et Suttoniano commodius exhibituro. Follibus vtitur, qui aërem alternatim ab vno latere attrahunt, ab altero expellunt. Quantum ſimplicitate, impenſarum paucitate, aliisque commodis ſua machina aliis praeſtet, luculenter oſtendit.

p. 222. 5) *Scorias antiquas, a cupro olim eliquato reſiduas, quomodo tractauerit*, refert SAMUEL GUSTAVUS HERMELIN. Primo illas cum carbonum puluere torruit, deinde pyrite, ſulphure foeto, adiecto, e centenis libris 2 $\frac{2}{5}$ cupri obtinuit. Difficilius fuſae ſunt ſcoriae eaedem, ſed ante non toſtae et vix dimidium metalli dederunt, forte quod metallum illis ineſt forma quadam inter calcem et vitrum media, quod, phlogiſto addito, ad reductionem melius praeparatur. Hoc cum fructu credit etiam ſcoriis ab argento eliquato reſiduis aptari poſſe, ſi illae metallum nobile, forte cupro aut plumbo vitrefacto immixtum, ſecum abſtulerint.

p. 224. 6) *De aurorae borealis altitudine* diſſertationi olim exhibitae quaedam addit TORBERN BERGMANN.

Inprimis

Inprimis hic vtitur obſeruationibus aurorarum in locis ſatis diſſitis ſimul viſarum, vnde altitudines milliarium Suecorum 116–23 elicit. Simul auroras duabus noctibus ſe ſequentibus viſas, ſuſpicionem mouere credit, materiem aurorae priori nocte altiorem, ſequenti propius ad terram deſcendiſſe.

7) *Excerpta ex litteris a* BENEDICTO ANDERSONIO QUIST, Londino ad RINMANNUM. Inveniuntur hic praecipue ad gemmarum hiſtoriam et mineralogiam ſpectantia. Inter maxime memoranda muſei Britannici ſunt tres oculi mundi, e Thuſcia, vt fertur, miſſi, piſi magnitudine, lapidis cancri figura, coloris griſeo flaui, duritiei non magnae: ſicci, penitus opaci, aquae immiſſi inde a puncto quodam clareſcere incipiunt, donec totus lapis pellucidus fiat, colore rufeſcente, vt electrum. Minimus illorum ducentas libras Anglicas conſtitit, rex Galliae, ſi vnum ex tribus obtinere poſſet, libras Gallicas 6000 obtulit. Opalum NONII poſſidere ſe Noſter refert, ſimilem alii, quem imperator Romanus poſſidet, et qui pro opalo veterum habetur. HASSELQUIST autem ſub opali NONII nomine compoſitionem quandam deſcripſiſſe videtur. Eſt in Anglia, qui lithantraces ita praeparat, vt ferro fundendo inſeruiant, id vſtulando fieri Noſter autumat. In Cornubia ſtannum natiuum inuentum eſt, cuius fruſtum D'ACOSTA poſſidet et particulam Noſtro dedit, qui, examine inſtituto, valde purum reperit. Varias autem rationes nos hac de re adhuc dubios reddere aſſeruimus*).

p. 227.
p. 228.
p. 230.
p. 231.

8) *Remedium contra anaſarcam* edit IOANN. L. ODHELIUS, M. D. medicus aulae regius. Tribus

*) Vid. Comment. noſtr. hoc vol. p. 498 et Prim. Decadis Suppl. IV. p. 731.

bus libris armoraciae comminutae adfunduntur tres menſurae cereuiſiae aceſcentis, aut loco eius, quarta
p. 232. pars menſurae aceti ex cereuiſia facti. Haec ſuper fornace tribus diebus digeruntur et poſt filtrantur. Eum potum ſolum aeger adhibet, nullum alium, vt ſitis excitetur. Salſis et ſiccis veſcitur. Praeterea pulvere radicis iridos noſtratis officinalis vtitur. Quatuordecim diebus exactis, adhuc octo diebus eodem potu vtitur, ſed quantitate armoraciae dimidia. Primis quatuordecim diebus, alternis vel ternis diebus balneo vtitur. Ferri fruſtula, a mallei ictibus apud fabros ferrarios diſſilientia, candefiunt, et aheno immittuntur vaſi, aquam continenti, ita balneum calefit, aeger ſi tolerare id poſſit, caput aeque ac corpus linteo tegit. Pedum tumori medetur cataplaſma ex lichene ericetorum L. ac lacte recente tepido factum, noctibus tumori impoſitum. Vbi lichen haberi nequit, pulmentum ex farina ſecalis et lixiuio
p. 233. ſpiſſo fit. Vltima ſeptimana, qua cereuiſia cum armoraciae minore quantitate bibitur, cibis facile digerendis veſpere vti licet et ſpiritu vini cum pomis aurantiis. Tabacum ſugere prodeſt. Dolores abdominis, poſteaquam euacuatur, paullatim ceſſant, dum vires redeunt et, ligando abdomen, leniuntur. Haec offerenda academiae Noſtro tradidit centurio GRANATENHIELM, addens, ſic plures quatuordecim homines ſanatos, et inter eos parochum ſeptuaginta annorum, cuius anaſarca immedicabilis erat iudicata. Non omnino incognita eſſe, ipſe ODHELIVS fatetur.

p. 234. 9) *Plantas Hallandiae indigenas, in Suecia rariores*, recenſet LAVRENTIVS MONTIN, M. D. medicus prouincialis Hallandiae. Vegetabilia numero 170 flora haec Hallandica continet, ditior, vt ait, facta, ſi debito tempore plantas quaerere potuiſſet.

Chry-

Chryſanthemum ſegetum euitari in agris poſſe monet, ſi non niſi fimo recenti ſtercorentur; ſemina enim cum fimo in agros deferuntur, hinc ab hac planta agri liberi ſunt, qui ſecale hyemale ferunt, et fimo non ſtercorantur. Coreopſis bidens in palude quadam copioſe inuenta eſt, ad cuius paludis alterum latus copioſe creſcebant bidens tripartita et cernua, ſed inter illas nulla coreopſis, neque illarum bidentium vlla inter coreopſidis plantas. Semina coreopſidis negat talia eſſe, qualia generis eius ſemina in generibus plantarum deſcribuntur, eſſe in hac ſpecie exiguae latitudinis et longa, nullo tuberculo ad vllum extremorum, neque margine membranoſo circumdata. Quaerit igitur, annon luxuriatione quadam poſſit bidens cernua corolla radiata ornari? p. 243.

Trimeſtre quartum.

1) *Potulentorum varia genera hydroſtatice* examinat IACOB FAGGOT. Libra vſus eſt ſatis exacta, vt potuerit aquae purae grauitatem ſpecificam ſtatuere 15590, et in numeris tam magnis fluidorum 21 grauitates exprimere, quae huc transferre operae pretium fuerit. Ad ſiniſtram habentur grauitates poſita aqua 1000, ſed hunc numerum ad cognoſcendas grauitates parum differentes, nimis paruum exiſtimat. p. 249.

733	Spiritus vini aethereus	11440
807	Spiritus vini rectificatus	12590
930	Spiritus vini ordinarius Suecicus deſtillatus	14500
933	Spiritus vini Gallicus ordinarius	14520
949	Arrac - - -	14800
951	Vinum Burgundicum	14840
990	Vinum vetuſtum album Gallicum	15440

990	Vinum rubrum (*Pontak*)	15440
993	Vinum Gallicum album recentius	15490
996	Vinum Rhenanum - -	15530
996	Vinum Aurelianenſe - -	15530
999	Vinum e Campania - -	15585
1000	Aqua pura - -	15590
1009	Vinum Portugalenſe album et rubrum	15730
1009	Lac caprarum - -	15730
1010	Acetum vini - - -	15760
1027	Lac vulgare vaccarum emtitium	16020
1033	Vinum Canarienſe - -	16110
1038	Lac vaccae optime nutritae	16190
1041	Cereuiſia ſpiſſima (*biörnöl*)	16240
1119	Vinum Hiſpanicum - -	17450

Varia ſtatim ex hac tabula colliguntur, vt, le-
p. 252. viores aqua eſſe ſpiritus vegetabilium deſtillatos, fermentatos et vina acida; dulcia vina grauiora a ſale dulci, quod continent. Mixturas etiam examinauit et tabulas varias eo pertinentes condidit, ponens, quod experimenta ipſa docuerunt, grauitatem ſpecificam mixturae eam eſſe, quae componitur ex fluidorum commixtorum grauitatibus. Etiam ex his
p. 263. multa notatu digna colliguntur, vt: duas partes vini boni Gallici, octo partibus aquae immixtas, mixtum praebere eiuſdem grauitatis ſpecificae, ac quinque partes vini Rhenani quinque partibus aquae additis, grauitas eſt 15560. Similiter vinum Gallicum et aqua aequis partibus commixta, grauitatem ſpecificam habent 15515, eandem, quam habet mixtura ex vna parte vini Burgundici et nouem partibus aquae.

2) *Excerpta* eduntur *e litteris* TIBVRTII, prae-
p. 265. poſiti Wretenſis. *Primo* de oſſibus magnis humanis agit occaſione eorum, quae olim retulit. Terra borealis minores iam homines cur procreat, ex muta-

to

to vitae genere deducit, dum ante chriſtianam religionem introductam, ſola vere venatione, piſcatione, p. 266.
et artibus bellicis homines occupabantur, carne veſcebantur multa, ipſa equina diebus feſtis, ſanguinemque bibebant. Vitae genera laborioſiora poſtmodum aucta, vires in ipſa iuuentute fregerunt, quibus et ieiunia religioni romanae frequentia addit. Sepultus iacet ante altare Wretenſe rex Inge p. 268.
Halſtanſon, anno 1133 mortuus. Eius oſſa in ciſta lapidea ſeruantur, et Noſter dimenſus eſt os femoris quoduis digitorum 20$\frac{3}{8}$, tibiam inter patellam et tarſum 18 digitorum *). Operculum ciſtae fulcris ligneis ſuſtinetur, nimis propinque vno iuxta alterum poſitis, quam vt caluariam metiri potuiſſet, quae adhuc integra eſt. Deinde refert, ex cameris et lectis cimices aufugiſſe, cum ibi reponeretur thlaſpi ſiliculis orbiculatis, cet. Fl. Suec. 530.

3) *Ex oſſe a* TIBVRTIO *menſurato corporis longitudinem* computat ROLAND MARTIN. Prae- p. 270.
miſſis, quae de longitudine corporis, per facies menſuranda, artifices tradunt, inter quae eſt, tibiae longitudinem inter genu et tarſum facies duas habere, hoc eſt, quintam corporis partem, hinc tibiae ex p. 275.
menſura TIBVRTII digitos 16 tribuit, vnum digitum deducendo ob id, quod tibiae extremum vnum ad genu confert, alterum digitum ob extremum inferius, in tarſum deſinens. Ex his igitur 16 digitis quinquies ſumtis, corporis longitudinem computat digitorum 80 (pedum pariſinorum 6 et $\frac{111}{1000}$ pedis) hoc eſt, circiter vlnarum 3$\frac{1}{4}$; eundem compu-

*) Pes Suecicus continet $\frac{132}{144}$ aut $\frac{9167}{10000}$ Pariſini. Cum igitur duodecimalibus digitis vſus ſit TIBURTIUS, longitudines oſſium ſunt 1′, $\frac{585}{1000}$ et 1′, $\frac{379}{1000}$, pedis Pariſini.

computum eſſe femoris, confirmat, ponendo tamen, membra corporis in iis proportionibus fuiſſe, quae hic ſumuntur.

p. 277. 4) *Extracti daturae vſum experimentis in noſocomio regio inſtitutis*, confirmat IO. L. ODHELIVS. Praebuit illud Noſter conuulſionibus, epilepſia, mania laborantibus, eo effectu, vt octo omnino ſana-
p. 281. rentur; (ſani ſaltim, quantum iudicari poſſit, e noſocomio exirent) quinque leuamen malorum reperirent, in vnico, contra *hieranoſon* LINNAEI, nihil efficeretur. Inter eos, qui ſanati ſunt, hoc remedio, puella etiam erat, praeter conuulſiones vehe-
p. 284. mentes, chorea St. Viti agitata. Subiicit tres caſus ABERGIO communicatos, de ſimilibus medicamenti eius effectibus.

p. 286. 5) *Aëripitam aëri in nauibus mutando*, proponit IACOB VENTVRA. Vas eſt cauum, terreum, aut ſi placet, metallicum, in lateribus oppoſitis in tubos breues productum, quibus, ſi ita videtur, alii inſeri poſſint. Eo igni impoſito, calefactus aër per vnam aperturam exibit, per oppoſitam intrabit alius ex loco, ex quo tubus, ei aperturae inſertus, in vas dirigitur. Eius machinae commoda multiplicia et vſus recenſet. Monet Academia, STROEMERVM ſimile quidpiam exhibuiſſe, de quo dicitur in actis 1757, VENTVRAE tamen inuentum ſimplicius eſſe.

p. 291. 6) *Locum geometricum* interſectionis rectarum certis quibuſdam conditionibus ductarum, conſtruit NICOLAVS LINDBLOM, profeſſor ſcholae regiae iuuenum nobilium, pyroboliae deditorum.

p. 294. 7) *De magnetiſmo, ſuccuſſibus electricis excitando*, agit IO. CARL WILKE. Hac de re, cum alius

physico-

phyſicorum aliud expertum ſe narret, Noſter primo apparatum ſuum et methodum, qua vſus eſt, accurate deſcribit, deinde ex experimentis ſuis haec col- p. 297.
ligit: electricitatem et excitare et deſtruere magnetiſmum, ſed non ita, vt illa hunc effectum veluti cauſſa ſolitaria producere videatur, potius id inprimis praeſtare, vt cauſſa magnetiſmi generalis, per p. 303.
ferrum dirigatur et directionem ad polos producat. Scilicet tum magnetiſmus certo et optime poſt ſuccuſſum electricum oritur, cum acus chalybea, quacum experimentum ſuſcipitur, eum ſitum habet, quo et abſque electricitate vel ſolo poſitu, vt ferro contingit, vel tactu magnetis facillime magnetica fieret. Quae omnia fuſius explicat, et coniecturas examine phyſicorum dignas addit.

8) *Leucadendri genus, in ſpecies ſuas diuiſum*, exhi- p. 316.
bet PETRUS IONAS BERGIUS. Generis illius, cum LINNAEUS, qui id primus conſtituit, ſpecies 15 in vltima editione ſpecierum plantarum enumerauit, Noſtro contigit, vndecim ſpecies, ibi non nomina- p. 317.
tas, reperire, inter plantas, quas ex Capite bonae ſpei attulit, ſocietatis mercatoriae Indiae orientalis director, MICHAEL GRUBB, qui plantas illas Noſtro conceſſit. BERGIUS igitur in omnibus ſpeciebus, generis tam numeroſi ordinandis, gratam botanicis credidit ſe impenſurum operam. Primo igitur habitum et characterem generis praemittit, cuius eſſen- p. 319.
tiam in antheris quatuor ſeſſilibus in cauo apicis limbi corollae tetrapetalae ponit. Species, vt facilius reperiri poſſint, ad certas ſubdiuiſiones redigit, quae ſunt: foliis ſimplicibus latioribus, foliis ſimplicibus ſubulatis, foliis pinnato multifidis. Ita 26 ſpecies enumerat, additis ſynonymis et plurium deſcriptionibus.

p. 328. 9) *Aluum laxantium in calore corporis mutando vires* expertus eſt ANTONIUS ROLANDSSON MARTIN, Medic. Candid. Cum poſt rhabarbarum ſumtum, dum illud effectum exſerebat, manus et pectoris calorem auctum reperiret et excrementa ipſa, ſolito calidiora, magis ſollicite examinauit caloris mutationes poſt ſumtam vnciam ſalis anglicani. Eas, quod ipſe non fecit, in tabulam coniiciemus; gradus ſunt thermometri Suecici:

	Manus.	Sub axillis.	Pectus.	Vmbilicus.	Sinus.	Sub genu.	Sub planta pedis.
Ante ſumtum medicamentum:	36	36	35	35	36	32	31
Statim poſt ſumtum medicamentum:	34	35	35	34	35	32	29
Poſt ſedes tres nullo ceterum motu ſuſcepto:	37	37	35	36	37	32	32
Veſpere eius diei:	36	35	34	34	36	32	26
Mane diei ſequentis:	26	35	33	32	35	32	26

Camera mane, cum ſumebatur medicamentum, calebat gradibus 18, aeque ac mane diei ſequentis, veſpere vero diei prioris gradibus 20. Ex his colligitur, aluum laxantia calorem corporis minuere, primis, cum ſumta ſunt momentis, dum vero ſedes cient, illum augere, ceſſantibus ſedibus, rurſus minuere. Ita, ſummas graduum caloris in ſingulis ſtatibus colligendo, poſt tres ſedes, corpus 12 gradibus magis calebat, quam ſtatim poſt ſumtum medicamentum et
p. 330. ſic in reliquis caſibus. Fungos, conſueto more coctos, cum ediſſet, calorem corporis auctum ſenſit, ſcilicet manus, pectoris, abdominis, ad vmbilicum, calores poſt eſum 37, 35, 35; ante eſum 36, 34, 33. Similia experimenta de aliis et medicamentis et cibis ſe daturum promittit.

II.

II.

Tables noſologiques et meteorologiques très étendues, dreſſées à l'Hôtel-Dieu de Nîmes depuis le premier juin 1757 juſques au premier janvier 1762. Par Mr. RAZOUX, Docteur en Médecine de l'Univerſité de Montpellier. Basle chez Jean Rodolphe Imhof et fils. 1767. 4. alph. 3. pl. 21. abſque dedicatione et conſpectu operis.

i. e.

Tabulae noſologicae et meteorologicae maxime extenſae, concinnatae in noſocomio magno, quod Nemauſii eſt, inde a kalendis iuniis anni 1757 vſque ad initium anni 1762. Auctore Cl. RAZOUX.

Cum Cl. Auctor patri ſuo in cura noſocomii magni Nemauſienſis ſuccederet, in proprios vſus conſignationes aegrorum et mutationum, quas ii ſubibant, conficiebat, probe intelligens, quantum inſit in bene conſcriptis eiuſmodi obſeruationibus pretii atque vtilitatis et recordatus, quam anxie principes in medicina viri tales obſeruationes efflagitauerint. Illud autem inſtitutum cum mirifice arrideret viris celeberrimis DE LA CONDAMINE et DE SAUVAGES, hic potiſſimum Noſtro auctor exſtitit ſuaſorque, vt eaſdem publici iuris faceret, non dubitans et hoc opus ipſum multum vtilitatis allaturum eſſe, et alios medicos ad ſimiles labores ſuſcipiendos eo incitatum iri.

Sermo praeliminaris primo concinnam et egregiam agri Nemauſienſis deſcriptionem, maximam quidem partem geographicam, at eo modo confectam continet, vt, ex ſitu vrbis, ex directione vento- p. 17.

rum

rum ex fluuiorum puteorumque ratione, ex caloris
frigoriſque gradibus, ex meteoris denique multa de
p. 24. valetudine incolarum colligi poſſint. Progreditur
Cl. Auctor ad vitae genus ciuium ſuorum, quorum
tres maxime claſſes conſtituit: diuitum, artificum,
pauperum. Quam diuites agunt, vita deſes eſt, vt
fere vbique et plurimorum morborum mater, qui
p. 26. a vita molli pendent. Artificum varia genera vber-
rime confirmant ea, quae RAMAZZINUS in no-
tiſſimo libro congeſſit. Pauperes, obiectum peculia-
p. 29. re huius operis, inferius copioſius deſcribuntur. Se-
quitur breuis deſcriptio incolarum Nemauſii quoad
temperamentum, quam excipit communis victus
potusque ratio, vbi Cl. Auctor multus eſt in enar-
randis damnis, quae a coffeae ac nicotianae abuſu
p. 35. redundant ac dolet, loco nouarum harum conſuetu-
dinum exoleuiſſe antiquum illum ac ſaluberrimum
balneorum vſum, quorum efficaciam non tantum
p. 38. ex veteribus declarat, ſed nonnullis etiam experi-
mentis recentibus probat, quae felicem eorum vſum
in febre continua, rheumatiſmo vehementi, affectu
comatoſo et febre putrida, cui epilepſia ſuperuene-
p. 41. rat, euincunt. Tandem quaedam in genere addit
de iis, qui recipiuntur in noſocomium, eius curae
commiſſum, quorum numerus per integrum annum
a tribus ad quatuor millia accedit. Duplex eorum
genus eſt: alterum milites complectitur, alterum
eos, qui regi non ſeruiunt, quos communi ciuium
nomine comprehendit. Horum vitae ratio eadem
p. 42. eſt, quae artificum, ſed omnino vilior; quumque non
niſi iam pene confecti ad noſocomium accedant, plu-
res eorum moriuntur, quam militum, qui, ſimulac
morbi primordia ſe prodant, eo deferuntur. Ciues,
quum ſanati fuerint, ſaepius in eo iuſto longius com-
morantur, adeoque ob aërem impurum, nutrimen-
tum copioſius nimiſque ſucculentum et exercitii de-

fectum

fectum facile febre putrida, quam febrem noſocomiorum dicunt, corripiuntur. Si in militibus quae- p. 43.
dam venerei miaſmatis ſuſpicio enaſcitur, ii, quum hic loci nullum remedium mercuriale porrigi queat, quantocius in noſocomium regium, quod Montis Peſſulani eſt, deportantur. Vltimo demum loco de abuſibus quibuſdam in noſocomio ſuo Cl. Auctor conqueritur, qui nimiam aegrorum nutritionem concernunt. His praemiſſis, tabula medicamentorum, p. 45.
quorum frequentiſſimus in noſocomio vſus eſt, exhibetur, formulis ſingulis et latino et gallico idiomate transſcriptis.

Sequens operis ſectio ſiſtit ideam diuiſionis mor- p. 58.
borum ad methodum Cl. DE SAUVAGES ſecundum eorum claſſes, ordines et genera, quam quidem Noſter ſequutus eſt.

Hanc demum exhibent tabulae ipſae noſologi- p. 80.
cae ac meteorologicae, quarum rationem breuibus dabimus. Primo cuiuſuis menſis ſinguli dies enumerantur, quibus in quatuor paginae columnis adſcripta ſunt, menſura mercurii adſcendentis vel deſcendentis in barometro ad pollices et lineas; gradus thermometri duabus de die vicibus, horis matutina quinta et pomeridiana tertia, obſeruati, venti, ac demum tempeſtatum viciſſitudines. Ex his omnibus ſumma integri menſis in fine paginae contracta eſt. Hae tabulae omnibus menſibus competunt. Cum autem Noſtro ſoli cura aegrorum commiſſa non ſit, ſed collega ei adiunctus, laboresque ipſorum binis quibuſuis menſibus ſe mutuo excipiant, iis menſibus, quibus Noſter curam noſocomii non geſſit, enumeratio numeri aegrotorum ſubiuncta eſt. In reliquis autem menſibus tabulam meteorologicam excipiunt noſologicae, quae ſex columnas ſiſtunt, quarum prima morborum nomen, ſecunda numerum aegrotantium, tertia ſanatorum, quarta

mortuo-

mortuorum, quinta ſuperſtitum ſeu conualeſcentium continet, ſexta autem obſeruationes varias ſuper hoc illoue morbo continet. Harum quidem tabularum duae ſemper ſe excipiunt; altera virorum, altera feminarum. In fine cuiuſque tabulae computantur, quotquot noſocomium hoc menſe ingreſſi fuerint, quinam ex iis ſanati, qui mortui, et qui convaleſcentes ſeu ſuperſtites remanſerint. Vtramque autem harum tabularum ſequitur conſpectus generalis claſſium generumque morborum, pari ratione confectus, vt totus aegrotantium numerus ſimul oculis ſubiiciatur. Nunc ergo ex ipſis obſeruationibus, quae potiſſimum attentione digna viſa ſunt,
p. 81. adnotabimus. In milite pulſus perpetuo ad quartum ictum intermittens obſeruatus eſt cum tendinum ſubſultu, vt, qui ex hoc ſigno ſolo iudicare vo-
p. 87. luiſſet, eum morti proximum dicturus fuiſſet. Ipecacuanhae in dyſenteria ſummum vſum Noſter expertus eſt, cum eam primis diebus tanquam vomitorium, poſtmodum media doſi cum lenioribus purgantibus, et ſub finem morbi in quantitate admodum exigua mane et veſperi cum diaſcordio alioue opiato congruo coniunctum exhibuit. Aquae cu-
p. 103. iuſdam corroſiuae, quae ex mente Cl. BAUX ſolutio mercurii in aqua forti eſt, varia damna vidit, cum ea ad morbos cutaneos profligendos adhiberetur, dyſuriam nempe, genitalium inflammationem, ipſam-
p. 109. que mortem ex gangrena artuum inferiorum. Ad ambuſta vnguenti, quod crebro Nemauſii vſurpatur, mentionem facit, quod ex equiſeto paluſtri, ſuppreſſo igne combuſto, in mortario in puluerem redacto, et per linteum traiecto, poſteaque cum ſufficiente quantitate olei oliuarum commiſto conſtat, quo ſi per quoſdam dies vſi fuerint, ceratum diapalmae
p. 127. ſubſtituunt. Diarrhoea admodum moleſta vſu cydoniorum ſuppreſſa, febris putrida orta eſt, quae fe-

re

re aegrum confecit. Icterum viridem Noſter ob- p. 129.
ſeruauit, quem a ſcirrho lienis profectum putat, et
icteri nigri ſpeciebus annumerat. In angina gra-
viori kermes minerale ad granum vnum quarta qua- p. 142.
libet hora exhibitum, mirandam ſaepe opem tulit,
quod remedium prius Cl. BOUILLET ſuaſerat. Fe- p. 150.
bris intermittentis, octauo quouis die redeuntis, qua-
tuor acceſſus Cl. Auctor vidit, qui exacte eundem p. 152.
typum ſeruabant. Vomitus periodicus a ſuppreſſis
menſtruis, decimo quinto die recurrens et per tres
vel quatuor dies ſubſiſtens, qui iam quinque vel ſex
menſes durauerat, reſtituto fluxu poſt vſum medica-
mentorum conuenientium, ac demum venae ſectio-
nis in pede, ceſſauit. Colica hepatica poſt medio- p. 196.
crem doſin ipecacuanhae, quae exiguum vomitum,
ſed eximiam abdominis concuſſionem effecerat,
huicque ſubiuncta laxantia et clyſmata, ceſſit, cum
per anum multi calculi biliarii euacuati fuiſſent. Fe- p. 199.
mina hyſterica dyſenteria afficiebatur, et poſtquam
veſperi potionem oleoſam et anodynam, quae ſex gut-
tas laudami liquidi SYDENHAMI capiebat, ſumſiſſet,
altero die mortua inueniebatur, quod valde miratur
Noſter, aſſerens, ſe aliis hyſtericis abſque damno vigin-
ti guttas hujus medicamenti porrexiſſe. Sudores cir- p. 224.
ca collum in febribus putridis certiſſimum ſignum
praeſentiae vermium eſſe, variis exemplis comper-
tum habuit. Homo, a natiuitate mutus, conuulſus p. 238.
in noſocomium delatus eſt, qui cum aliquot coch-
learia potionis cardiacae et emeticae deglutire coa-
ctus fuiſſet, editis nonnullis vermibus viuis, exſpira-
vit. In eo nil morboſi inuentum fuit, adeoque vel
ſanguis vitiatus, vel ſpirituum animalium turbatus p. 256.
influxus aut deprauatio in cauſſa fuiſſe videntur. Ad
dolores rheumaticos pertinaciores ſequens reme-
dium maxime proficuum Cl. Auctor expertus eſt.
Sumantur radicis bardanae recentis ſeſquiuncia vel

duae

duae vnciae, ſecundum aegri ſtatum, et minutim conciſae ex libra dimidia aquae fontanae ad conſumtionem dimidiae partis coquantur. Radice hoc modo fere in pulpam redacta, addatur mellis optimi deſpumati vncia dimidia; coletur et cum aequali parte lactis vaccini recens emulcti miſceatur. Remedium hoc calidum in lecto ſumendum, et, prout res poſtulet, per ſatis longum tempus continuandum eſt.

Subiunctae demum ſunt diſſertationes quaedam, quarum nonnullae iam ſcriptis periodicis inſertae
p. 257. fuerunt, priuſquam hic recuderentur. Sic epiſtola ad auctores diarii eruditorum tranſcripta, quae hydrophobiam, a ſolo rabidi canis ſpiritu, ore hauſto, or-
p. 262. tam, deſcribit, iam in eodem diario exſtat. Secunda diſſertatio in conſeſſu regiae ſocietatis Montis Peſſulani praelecta hiſtoriam vermium exponit, qui ex puſtulis varioloſis in facie puellae proruperunt, et mutationem conſuetam in muſcam maiorem dome-
p. 265. ſticam ſubierunt. Tertia obſeruatio de prodigioſa vermium quantitate, e naribus egreſſa, iam diario
p. 268. medico inſerta eſt. Epiſtolae ad Cl. BOURDELIN datae, quae eximiam virtutem dulcamarae in corrigenda cacochymia exemplo illuſtrat, ſumma in actis
p. 272. ſocietatis regiae ſcientiarum anni 1761 deprehenditur. Alia epiſtola, quae idem argumentum fuſius pertractat et pluribus exemplis confirmat, ad Cl.
p. 278. ROUX ſcripta, diario medico inſerta eſt. Hanc excipit obſeruatio de vomitu habituali, qui per aliquot annos durauerat, quem fungoſa excreſcentia, ſeſquipollicem craſſa, produxerat, quae pylorum exacte occludebat. Subſtantia eius ex quinque vel ſex ſtratis membranaceo carnoſis conſtabat, quae ex pyloro ad ſuperficiem ventriculi excurrebant, et in quibuſ-
p. 279. dam locis dura et calloſa quaſi apparebant. Septima diſſertatio febrium catharralium epidemicarum, quae aeſtate anni 1762 Nemauſii graſſatae ſunt, hiſtoriam ſiſtit.

ſiſtit. Febris haec potiſſimum a repreſſa ob caloris frigorisque atmoſphaerici viciſſitudines perſpiratione oriebatur, et triplicis inprimis gradus erat, qui pro maiori vel minori ſymptomatum copia aut vehementia differebant. Quanquam multi eadem infeſtabantur, nemo tamen occidit. Leuior gradus ſolis naturae viribus cedebat: in reliquis ſudor et expectoratio plerumque morbum tollebant, adeo vt tantum in vehementiori gradu venae ſectione, at ea ſaepius iterata, opus fuerit. Purgantia leniora vel potius laxantia, ex decoctis pectoralibus hauſta, et primas vias liberas reddiderunt, et bechicorum effectum exſeruerunt. Octaua epiſtola ad Cl. p. 290. DE SAUVAGES de variis pulſibus criticis exponit, et obſeruationes auctorum aliorum de pulſu intermittente diarrhoeae, reſiliente (*rebondiſſant*) haemorrhagiae narium, inciduo ſudoris, et duro ac tenſo, vomitus ſubſequentis prodromo, confirmat. Sequitur p. 305. epiſtola, quae exactiſſimum diarium primae inoculationis variolarum apud Nemauſienſes, vere anni 1757 peractae, continet. Epiſtola ſequens ad Cl. p. 312. BELLETETE directa, de inoculationibus, ab anno 1757 vſque ad 1764 Nemauſii factis, exponit, in qua varia inſunt memoratu digna, v. c. in puero quadri- p. 315. enni inoculatio, bis inſtituta, ſucceſſu caruit, neque idem contagio naturali affectus fuit, quamuis eodem cum varioloſo lecto vteretur. In virgine, elapſis p. 321. quadraginta octo horis, fila pure impraegnata ad mentem Cl. POUTEAU renouata ſunt, vnde duplex eruptionis ſtadium ſequutum eſt, quod tamen et in aliis euenit, licet fila non renouarentur. Poſt dupli- p. 323. cem eamque irritam inoculationem puella variolis naturalibus affecta eſt, cuius rei cauſſam Noſter in effoeto pure, ad inoculationem vſurpato, quaerit, et aliquid diſpoſitioni ſingulari vniuerſae familiae tribuit, cui ſollemne fuerit, vel naturales variolas bis experiri. Filia Cl. BAUX, decani medicorum in p. 324. hac

hac vrbe, initium tantum variolarum inſitarum perſenſit, anno autem et quarta eius parte elapſis, naturales, confluentes quidem, ſed benignas, paſſa eſt. Hanc rem Noſter cum Cl. DE LA CONDAMINE communicauit, cuius reſponſum hic inſeruit, quod eo tendit, naturam expellendo miaſmati varioloſo poſt inoculationem imparem, adeoque gemmam hanc exſtinctam et ſuffocatam fuiſſe, priuſquam ſatis radices egerit, quod ex eo etiam appareat, quod vulnera ſuppurationem nullam ſubierint: ex quo etiam idem Vir Cl. concludit, hanc rem iis ſaepius impoſuiſſe, qui variolas, altera vice recurren-
p. 329. tes, obſeruaſſe ſibi viſi ſint. Puella viginti menſes nata breui ante et poſt inoculationem ab eruptione dentium vexata eſt: res tamen optime ceſſit. Hac occaſione Cl. Auctor putat, ſumme proficuum fore, ſi infantes, adhuc lacte materno vtentes, inoculentur, quoniam tunc, vna purgatione excepta, praeparatione nulla opus ſit, quamquam eadem aetas multis
p. 339. omnino morbis ſibi ſollemnibus obnoxia eſt. Puer nondum ſeptimeſtris cum in decurſu variolarum artificialium frigido humidoque aëri incaute exponeretur, vitae periculum incurrit, ex quo ſalubri metaſtaſi per furunculos in corpore diſperſos et abſceſſum
p. 344. in regione lumbari euaſit. Has hiſtorias excipiunt reſponſiones ad quaeſtiones, medicis Nemauſinis a facultate medica Pariſina propoſitas, et corollaria quaedam ex his hiſtoriis, inter ſe et cum obſeruationibus aliorum collatis, petita.

Haec epiſtola cum typis expreſſa in lucem prodiiſſet, aduerſarium nacta eſt Cl. DE L'EPINE, qui in relatione quadam, facultati medicae Pariſinae prae-
p. 347. lecta, eam oppugnauit. Huic igitur Noſter in diſſertatione vndecima, quae eſt epiſtola ad Cl. PETIT, doctorem regentem eiuſdem facultatis directa, reſpondet, ſeque ab ipſius obiectionibus vindicat.

III.

III.

IOHANN GEORG ZIMMERMANN *von der Ruhr unter dem Volke im Jahre* 1765, *und den mit derſelben eingedrungenen Vorurtheilen, nebſt einigen allgemeinen Ausſichten in die Heilung dieſer Vorurtheile. Zürch bey Füeslin und Compagnie.* 1767. 8. *alph.* 1. *pl.* 11. abſque praefatione.

i. e.

De dyſenteria epidemica anni 1765 et praeiudiciis cum ea coniunctis, vt et de conſiliis quibuſdam generalibus ad ea tollenda. Auctore IOANNE GEORGIO ZIMMERMANN.

Eo iam Cl. Auctor lectores ſuos deduxit, vt nihil niſi praeclarum atque eximium ab eodem exſpectent. Neque praeſens liber opinionem eorum fallet. Cum enim in dyſenteria, quam deſcriptam nobis dedit, a magiſtratu medicus prouincialis praefecturae Wildenſteinenſis conſtitutus eſſet: fieri non potuit, quin multi aegroti ipſum conſulerent, facerentque ipſi opportunitatem, cum in ipſorum commodum, tum in totius ſcientiae emolumentum labores ſuos dirigendi. Noſtrum ergo erit, ſummam totius libri breuiter cum Lectoribus noſtris communicare.

Caput primum regiones atque tempora exponit, in quibus morbus iſte praecipue graſſatus eſt. Initium eius iunio menſe fuit, ſummus gradus auguſto et ſeptembri, finis maxime medio octobri, quamquam hinc inde ſporadice per aliquod temporis ſpatium perſeuerabat. Potiſſimum pago Bernenſi, ditioni Thurgouienſi, adiacentibus Sueuiae et Auſtriae anterioris prouinciis infeſtus fuit. p. 1.

Caput ſecundum de hiſtoria morbi exponit. Febris vix non in omnibus ſub initium morbi adfuit; p. 10.

nunc mitior et ſenſim increſcens, nunc vehementior; in grauiore gradu ſaepius vix perſentiſcenda. Conatus vomendi vomitusque ipſe bilioſus omnibus fere ſollemnes erant, nec ſine leuamine, niſi abuſus medicamentorum calidorum morbum deteriorem reddiderat. Deiectiones aluinae colore, conſiſtentia, odore, frequentia, torminibus coniunctis variabant. Proſtratio virium pleroſque in lecto detinebat. Sudores morbum non leuabant. Grauior morbus ad ſedecim nonnumquam dies extendebatur, praeſertim euacuatione in principio neglecta; plurimi tamen quinto ſextoue die conualeſcebant. Ex aegris, curae Noſtri commiſſis, duo tantum recidivam paſſi ſunt; alter ab ira, alter a refrigerio nocturno. Grauiſſimum morbi gradum, neglectis euacuantibus, purpura et vlcera cutanea comitabantur. Maximum periculum ii incurrebant, qui grauiore morbo affecti, tantum in principio remediis vtebantur et poſtmodum illa negligebant, ſaltim morbus diu protrahebatur. Et ii, qui omnem medicinam reſpuebant, diuturnis variisque morbis vexabantur. Grauiſſimus morbus eos corripiebat, qui tormina, cum nullis deiectionibus coniuncta, negligebant. Leuior contagii gradus ſuſceptus loco dyſenteriae abſceſſus inſignes in variis corporis locis vel veſiculas albas maiores producebat.

p. 20. Tertium caput morbum hunc curatius contemplatur, inque cauſſas illius inquirit. Prius quam morbus iſte inciperet, iiſdem in locis febris putrida epidemice graſſabatur, quae ratione durationis, ſymptomatum nocentium et iuuantium, exactiſſime cum ipſa dyſenteria congruebat; ex quo dilucide apparet, hanc cum febre putrida coniunctam fuiſſe. Contagium non ab ipſo morbo dependebat; ſed partim a ſingulari corporum diſpoſitione, partim a vario modo, quo exhalationes putridae ad corpus admittebantur. Cauſſae remotae in perpetuis iisque inſignibus

ſignibus viciſſitudinibus caloris et frigoris atmoſphaerici non vnice quidem poni poſſe videntur, quia eaedem non vbique eundem morbum produxerunt, ſed multum omnino iis tribuendum eſt. Fructuum horaeorum vſus, a plebe nimis accuſatus, tum demum aliquid conferre potuit, quum inteſtina nimis laxa fuerint. Neque ii cauſſam recte declarant, qui inſecta, vegetabilibus adhaerentia, arguunt. Dyſenteria praeſens, vt quaevis alia huius indolis, abſque dubio putredinem humorum et relaxationem ſolidorum tamquam cauſſam praediſponentem agnoſcebat, et morbus enaſcebatur, ſi hi humores, occaſionali cauſſa accedente, v. c. refrigerio perſpirationem cohibente, ad inteſtina deferebantur. Ex ſaburra igitur billioſa putrida, in canali alimentorum haerente, omnia phaenomena dilucide explicari queunt; ab irritatione nimirum affluxus humorum per adeo varias et multiplices vias, et vomitus frequens et creberrimae deiectiones; ab hac etiam cauſſa vel a defectu muci naturalis tormina; a ſtimulo in inteſtino recto teneſmus, et a teneſmo prolapſus huius inteſtini; dyſuria a ſtimulo partium vicinarum. Excrementa non ex ſola bile corrupta conſtant, ſed ex ſero, bile tincto; ſin alba fuerint et puri ſimilia, ſaepe ex muco in maiori copia a glandulis ſecreto, qui ſpiſſior redditus, interdum fibras membranasque mentitur. Hic error ſaepe medentibus impoſuit, vt excretiones illas denſiores tunicae villoſae partes et tenuiores, materiam purulentam exiſtimauerint, neglectisque ideo euacuantibus, aegros praecipites dederint. Inſignis etiam Cl. HELVETII error eſt, gangrenam, dyſenteriae ſuperuenientem, abſumta tunica interna inteſtinorum, ceſſare. Sanguis excretus ex ampliatis, ob irritationem, oſculis vaſorum inteſtinalium prouenit, adeoque nec is, nec ardoris in inteſtinis ſenſus inflammationis ſigna ſunt, et ſaepe

 poſt

poſt vſum euacuantium ceſſant. Grauiora enim ſunt ſigna, quae nos de praeſentia inflammationis et gangrenae conuincunt: feces nigrae, cadaveroſae, ſudor frigidus, ſingultus, deliria. Plerumque rectum atque colon gangrena corrupta deprehenſa ſunt.

p. 62. Caput quartum indicationes curatorias, diaetam et prophylaxin complectitur. Priores eo potiſſimum collimabant, vt cauſſae, in primis viis haerentes, quantocius ex corpore eiicerentur, ſimulque putredini reſiſteretur. Prius in principio morbi potiſſimum, ſed quoque, ſi opus erat, poſtea vomitoria praeſtabant, niſi inflammatio vel hernia contradiceret; his ſubiungebantur purgantia, eaque leniora et in acidam indolem vergentia, quibus ſimul alteri indicationi ſatisfiebat, quorſum etiam diaeta dirigebatur. Anodyna non niſi ſumma vrgente neceſſitate et cum maxima circumſpectione adhibenda erant. Roborantia in fine morbi ea eligenda erant, quae ſimul nonnihil euacuarent, aut interdum, quae aeſtum non augerent; ſaepe tamen iis ſuperſederi poterat. Quod diaetam ſpectat, aer purus conducebat, vitato tamen refrigerio; munditiei maximopere ſtudendum erat; victus omnis animalis, nec non aromaticus, adſtringens, pinguis exſulabat; potus tenuis, lubricans, leniter nutriens ex decoctis ſeminum cerealium cum vel ſine cremore tartari, largior aquae tepidae et ſeri lactis vſus multum commodi praeſtabant. Prophylaxis potiſſimum prudentiam in mutationibus atmoſphaerae, ventilationes et ſuffimigia ex aceto in conclauibus aegrotorum, remotionem excrementorum et cadauerum, vſum fructuum horaeorum et aliorum vegetabilium facilis digeſtionis vinique concernebat. Qui prope aegros erant, in periculo contagii euacuantibus vel acidis vtebantur: ſummum autem prophylacticum in abſentia timoris et triſtitiae poſitum erat.

Caput

Caput quintum methodum medendi vniuerſalem p. 80.
et particularem cum effectibus inde pendentibus, fuſius exponit. Euacuatio in principio per ipecacuanham praeſtabatur, varia doſi ex aqua tepida vel infuſo chamaemeli hauſtam. Qua mane adhibita, poſt meridiem decoctum ex hordeo et cremore tartari in vſum vocabatur; altero die apozema ex tamarindis et aqua ſimplici, quod, poſtulante neceſſitate, tertio die repetebatur, ſubiuncto veſperi decocto hordei ſuperius commemorato. Interdum rhabarbarum cum cremore tartari exhibitum fuit, ſed tardius operari viſum eſt, vel nonnumquam plane nihil effecit. Tamarindorum eximius etiam in iis vſus erat, vbi vomitoria dari non poterant, vt in hernioſis. Ex opiatis interdum laudano liquido SYDENHAMI opus fuit, quod autem morbum protraxit et absque vſu rhabarbari damnum intulit. Infuſum chamaemeli, cui ſimul vis antiſeptica ineſt, tutius exhibebatur. Aduerſus tormina potus mucilaginoſi demulcentes et clyſteres ex gummi arabico, ſi inteſtina ea retinebant, conducebant. Teneſmus non niſi euacuantibus cedebat. Quamquam autem rhabarbarum in dyſenteria recenti tam efficax non erat, quam tamarindi: maior tamen eius virtus in morbo inueterato vel grauiore, ad finem vergente, vel in torminibus, cum obſtructione alui coniunctis, apparebat. Vbi inteſtinis robur addendum erat, anima ipſius vel elixir viſcerale HOFFMANNI exhibebantur.

Caput ſextum effectus aliorum remediorum re- p. 107.
cenſet. Cl. Auctor ipſe exempla quaedam refert, vbi dyſenteriam aliis temporibus et hac ipſa epidemia longiore, quam opus erat, curatione tractaverat, quamquam nullum inde damnum proficiſcebatur, erroresque, a ſe commiſſos, laudando et ingenuo candore confitetur. Anima enim rhabarbari morbum non adeo valide impugnabat, nec putredini adeo re-

 ſiſtebat:

ſiſtebat: quare fieri non poterat, quin ille protraheretur. Neque puluis ipſius ſufficiebat, licet cremor tartari eidem iungeretur. Cum ergo Noſter vſum tamarindorum cognitum perſpectumque haberet, aliis remediis opus non habuit: experimenta tamen, in eodem morbo cum vitro antimonii cerato a Cl. MOEHRLIN et cum fructibus horaeis vuisque a Cl. KELLER capta, recenſet.

p. 134. Caput ſeptimum damna remediorum adſtringentium et ſtypticorum, aromatum vini et ſpirituum deſtillatorum fuſe enumerat, et cum DEGNERI ac TISSOTI teſtimoniis, tum ſuis aliorumque medicorum experientiis confirmat. Dolendum eſt, non imperitam tantum plebem turbasque agyrtarum hac methodo in ſociorum detrimentum vti, ſed ipſos etiam medicos, auctoritati aliorum innixos, eadem via incedere: nos certe obſtupuimus, cum legeremus, medicamenta calida et adſtringentia in edictis, ab ipſis ſummis magiſtratibus in dyſenteriis epidemicis annorum 1727 et 1750 latis, ſuaderi, inprimis cum prior, ipſismet confitentibus, inflammatoria fuerit.

p. 187. Caput octauum, praeiudicia exponens, quae intentioni magiſtratuum, laboribus medentium et clarae voci rationis repugnabant, dilucida teſtimonia triſtis illius experientiae exhibet, maiorem vbiuis vim erroris eſſe, quam veritatis, omnesque gentes praeconceptarum opinionum iugo colla ſua ſubdere. Collegia magiſtratuum edictum e roſtris ſacris, habita peculiari oratione, in eum finem directa, concioni praelegendum curabant, quod praeſtantiſſima monita de tuenda ſanitate morboque praecauendo continebat, medicos, quibus a magiſtratu cura aegrorum, eo morbo affectorum, tradita erat, indicabat et pauperibus remedia per medicos et reliqua vitae ſubſidia per concionatores gratis diſtributum iri pollicebatur. Quanta in ciuium ſalutem vigilantia! quantus

quantus amor patriae! verum haec omnia ſucceſſu optato caruerunt. Cauſſas irriti huius euentus Cl. Auctor in his ponit. Rudis plebecula pauciores ideas habet, quam politior hominum pars: ſed hae ipſae eo pertinaciores ſunt. Inter has ſordida auaritia non vltimum locum occupat. Quicquid ergo manifeſtum vſum non declarat, negligitur, ideoque ſaepius vxor et liberi in perniciem dantur, quam iumenta. Porro praeiudicium de fato ineuitabili ruſticos ab vſu auxiliorum auocat: ſi enim morbus fatalis eſt, auxilium medici fruſtra quaeritur; ſin minus, nec tunc eo opus erit, quia natura ipſa morbum tollet. Aliud eſt praeiudicium, morbum vni remedio ex inſtanti cedere oportere. Accedit auctoritas, quam agyrtae in mentibus illorum ſibi conciliant et medicamentis, cauſſam morbi obtundentibus, at non vincentibus, augent; tandemque neglectus diaetae, ex opinione, ſaluberrima quaeque eſſe, quae natura et appetitus expoſcant. Augent hanc pertinaciam interdum conſilia ipſorum concionatorum et, quod maximum eſt, exempla curationum, hoc vel illo remedio prohibito peractarum, quae auide arripiuntur et, nulla corporum graduſue morbi habita ratione, vbiuis applicantur.

Caput nonum meditationes exhibet, qua ratione haec praeiudicia ruricolarum infirmari queunt: quod quidem aeque ac praecedens non ad Heluetos ſolum, ſed ad alias etiam gentes applicari poteſt. Duplex momentum conſiderandum eſt: alterum, vt ea, quae progreſſum veritatis impediant, remoueantur; alterum, vt plebs inſtruatur. Ex impedimentis primum in auctoritate medicaſtrorum apud plebem conſiſtit. Non ergo ſufficit, vt ſummi magiſtratus tantum de ea infringenda cogitent; inferioribus potiſſimum hoc iniungendum eſſet. Poena de medicaſtris repetenda efficacior eſſet, ſi honorem illorum p. 238.

 tangeret,

tangeret, quam mulcta. Alterum praeiudicium in facilitate aegrorum hebetis ingenii poſitum eſt, qua conſilia omnium, qui eos viſitant, ſequuntur. Haec ſtupiditas eodem modo tolli poſſet, quo varia ſuperſtitionis genera ſublata ſunt, quibus apparitiones, ſpectra et centena alia ortum ſuum debuerunt. Quod autem alterum momentum ſpectat, ruſtici duplici modo inſtrui poſſunt: vel calendariis, vel viua voce oratorum ſacrorum. Quod ad primum attinet, Suecia et nuper demum Palatinatus egregia hac in re exempla dederunt; nec in ipſa Heluetia hic modus abſque fructu tentatus eſt. Ad obtinendum alterum finem concionatoribus lectio libri Tiſſotiani aſſiduo commendatur et viri quidam venerabiles cum laude nominantur, qui gregis, ſibi commiſſi, curam et in morbis corporis fidelem egerunt.

p. 313. Caput decimum idque vltimum alteram fere partem totius operis ſiſtit, et monita quaedam de dyſenteria in genere complectitur. Differentia, quae inter dyſenteriam cum febre et ſine ea ſtatuitur, vaga eſt: haec enim potius diarrhoea dici deberet, cum vera dyſenteria ſaltem ſub initium ſemper febrem comitem habeat, quamquam nunc maiorem, nunc minorem. Nonnumquam paucis ante mortem diebus febris prorſus abeſt, cum inflammatio in gangraenam tranſiit. Multum tamen refert ſcire, cuius indolis febris ſit, inflammatoria, putrida, maligna e. ſ. p. aut num vna febris ſpecies in aliam tranſeat. Febris maligna dyſenteriae potiſſimum ſuperuenit, ſi plures aegri in loco anguſto, renouationem aëris non libere admittente, continentur, quod experientiae Cl. PRINGLE euincunt. Differentia inter dyſenteriam benignam et malignam melius fundata eſt: ſed ſaepe ambo genera difficulter a ſe inuicem diſcernuntur. Eadem quoque ratio eſt contagioſae indolis huius morbi. Species eiuſdem

dem a variis varie determinatae ſunt. Cl. DEGNERUS immerito dyſenteriam bilioſam cum maligna coniunxit et e contrario rubram, albam, mucoſam, tamquam diuerſas ſpecies aſſumſit. Alii cineream, ſiccam, acidam aſſumſerunt. Fluxus inteſtinorum poſt inflammationem et ſuppurationem, ſiue etiam cancrum harum partium, fluxus hepaticus, pus ex ductu pancreatico, in inteſtina transfluens, haemorrhoides cum dolore fluentes, aliaeque euacuationes ſanguineae per anum immerito ad dyſenteriam referuntur, ſi aliorum morborum ſymptomata vel ſequelae ſunt.

Dyſenteria autem proprie ſic dicta ſeu idiopathica quatuor potiſſimum ſpecies complectitur: inflammatoriam, bilioſam, quae frequentiſſima eſt, malignam, tandemque chronicam. Prima per ſigna inflammationis ſe prodit. Secunda ea ipſa eſt, quae obiectum huius libri ſiſtit. Tertia non grauiores gradus priorum complectitur, ſed ex coniuncta febre maligna cognoſcitur, ſiue ea a cauſſis externis occaſionalibus, ſiue ab internis praediſponentibus orta fuerit. Chronica ex quacunque ſpecierum reliquarum male tractata originem ſuam ducit. Expoſita prognoſi, ad curandi diuerſas methodos Cl. Auctor progreditur. In inflammatoria venaeſectio, eaque ſi opus eſt, repetita, clyſmata emollientia, ſed partitis vicibus, ne repellantur, ingerenda; remedia emollientia, externe et interne applicata, et in fine morbi anima rhabarbari paruis doſibus cum emulſionibus amygdalinis adhibenda ſunt. Teneſmus, ſaepe poſt inflammationem inteſtini recti remanens, venaeſectionem, clyſmata repetita et inprimis hirudines exigit. Nocent in hoc morbo euacuantia quaecumque, opiata, aromatica et adſtringentia. In ſecunda ſpecie venaeſectio ex peculiari ſtatu indiuidui cuiuſuis admittenda vel fugienda eſt: ſi locum habet, hoc non

niſi in principio morbi in corpore plethorico fieri poterit. Quod vomitoria ſpectat, ipecacuanham in refracta doſi Noſter ad mentem Anglorum dedit, non tamen adeo inſignes ab ea effectus vidit, niſi quod eo modo magis deorſum euacuauerit. Interdum etiam vomitorium repetere conducit. Quum vomitorium effectum ſuum abſoluit, protinus purgantibus inſiſtendum eſt, nec de viribus aegrorum metuendum, quae potius, materia peccante eiecta, reſtaurantur, quam cadunt. Sin autem purgantia ſaburram expellere nequeunt, mors eodem modo ſubſequitur, ac ſi medendi methodus peruerſa adhibita fuiſſet, cuius rei exemplum memoratu dignum recenſetur. Occurrunt interdum caſus, vbi purgantia mitiora ex tamarindis manna et ſalibus vomitu reiiciuntur: tunc anima rhabarbari praeſtat, quamquam lentius agit; nonnumquam tamen, purgantibus praemiſſis viam parat. Obiectio Cl. DEGNERI, a ſalibus inteſtina nimis ſtimulari, ex iuſta diſtinctione inter dyſenteriam inflammatoriam et malignam tollitur. Reliqua, quae de curatione huius ſpeciei adduntur, ea amplius illuſtrant, quae ſuperius iam dicta ſunt. Veſicatoria, a Cl. TISSOT commendata, ſuo tempore egregium vſum praeſtant. Quod ad diaetam ſpectat, duo exempla memorabilia enarrantur, quae validos effectus impatientiae et iracundiae declarant. Vbi recidiuae metus eſt, Cl. PRINGLIUS diaetam eandem, quam in morbo ipſo, cum lenibus roborantibus ſuadet: Cl. Auctori vero ſola anima rhabarbari ſufficiens videtur. Sin vero morbus iam recruduit, laxantibus et lubricantibus, nonnumquam etiam emeticis, opus eſt. Tandem methodus, qua Cl. DUNCAN in curanda hac ſpecie vſus eſt, enarratur, eiuſque imitatio diſquirentibus commendatur. Vltimo loco vſus euacuantium fortiorum et nitri, quod reſoluendo putredinem magis auget, diſſuadetur.

In

In curatione dyſenteriae malignae primum aëris purioris ratio habenda eſt. Venaeſectio vires infringit, neque ideo tuto adminiſtrari poteſt. Euacuantia quaecumque in deiectionibus colliquatiuis nocent: tunc cardiacis et roborantibus opus eſt. Alias euacuantia primarum viarum a ſtatu aegri indicantur: interdum etiam natura ſudores molitur, qui ſuſtentandi ſunt. In priori caſu poſt vſum rhabarbari, omni bihorio ipecacuanha a duobus ad quatuor maxime grana ex iuſculo leniori cum radicibus blandis nutrientibus cocto, exhibenda eſt, quo vires ſuſtineantur; quae ſi huic ſcopo non ſufficiant, pauxillum panis cum iuſculo coquendum, eique vinum generoſum acidulum hic iungendum eſt. Inſignis enim eſt vini vſus in morbis malignis. Acida ſola non conueniunt, ſed praeſtat, infuſo ex aqua calida cum malis aurantiis recentibus, in taleolos diſſectis et tantillo ſacchari conſperſis, vti: at in maiori virium proſtratione ſoli vino locus eſt. Clyſteres emollientes et pingues nocent; ſi quis iis locus eſt, tantum ſeptem vel octo vncias habeant et ex plantis amaris, chamaemelo, meliloto, trifolio fibrino conſtent. Magna et hic veſicatoriorum vtilitas eſt. In ſumma vero proſtratione virium, pulſuque fere deficiente corticis Peruuiani, camphorae, moſchi, extracti croci, ſummus vſus eſt: ſed ſummam etiam circumſpectionem in his remediis adhiberi oportet. Idem de ſopientibus et adſtringentibus valet.

In dyſenteria chronica curatio difficillima vel nulla eſt. Enarratur tamen exemplum curationis, a Cl. SCHMID DE BELLICON praeſtitae, qui, praemiſſis praemittendis, normam Cl. HUXHAMI ſequutus, aqua frigida, per interualla hauſta, ſubiuncto vſu lactis tepidi, eiuſmodi rebelle malum ſuſtulit. Simaruba, tantis laudibus decor^ta, eo tantum in caſu valet, vbi roborandum eſt, non autem, vbi abſtergendum. p. 488.

gendum. Optima medendi methodus eſt, ſi praemiſſo, vbi opus fuerit, vomitorio, laxantia, ſtatui aegri accommodata, ex rhabarbaro cum manna vel tamarindis vel copioſa clyſmata oleoſa exhibeantur, vt ſcybala duriora ſenſim euacuentur, animam rhabarbari in morbo hoc praeſtantiſſimum remedium eſſe, Cl. Auctor expertus eſt: interponenda tamen ſunt euacuantia, donec tormina ac teneſmus ceſſauerint. Methodus Cl. BROCKLESBY, ipecacuanham cum opio coniungendi, non ſemper exſpectationi reſpondit. Vinum et remedia adſtringentia non niſi cum ſumma prudentia in vſum vocari debent.

p. 510. Pertractatis his dyſenteriae ſpeciebus, remedia quaedam, ei oppoſita, conſiderantur, inter quae vitrum antimonii ceratum primum locum obtinet, quod tamen ob doſin non ſatis determinandam incertum eſt, et in dyſenteria inflammatoria et maligna adeo noxium. Radix ſalab mucilaginoſa quidem eſt, ſed non nihil ſimul adſtringens, ideoque caute adhibenda: ceterum virtutis ſpecificae nullius, aeque ac ſego. Gutta gambir potiſſimum cum terra catechu conuenit, et hanc ob rem in pleriſque caſibus exſulat; ſic etiam cortex mangoſtan, qui virtute ad corticem granatorum accedit. Codaga pala ſeu coneſti cortex medicamentum amarum eſt, nec alia aromatica amara virtute ſuperat; imo ob vim narcoticam, neruis infenſam, ſuſpectum dici debet. Corticis guyauae et radicis pocgerebae virtutes nimis adhuc dubiae ſunt. Specificorum et ſuperſtitioſorum epicriſis finem totius operis facit.

IV.

CAROLI GUILIELMI POERNER, M. D. Selectus materiae medicae in vſum praelectionum academicarum. Lipſiae, apud Chriſtianum Gottlob Hilſcher. 1767. 8. alph. 1. pl. 2.

Diuerſam in conſcribendis libris de materia medica ab Auctoribus obſeruari methodum, conſtat. Alii enim doctrinas de materia medica ad ſolum tantum ordinem alphabeticum pertractant; alii ſecundum tria naturae regna corpora, viribus ſalutaribus inſtructa, conſiderant; alii rurſus ad partes corporum conſtutiuas reſpiciunt, aliique, propius adhuc ad rem accedentes, qualitates, per guſtum et olfactum detegendas, perpendunt, ſicque corpora coordinant, alii demum ad effectus corporum, in corpore humano obſeruandos, attendunt. Vltimam hanc methodum in libro, qui in manibus nunc eſt, obſeruari, deprehendimus. Licet autem haec vel illa methodus, ſi obſeruatur, vtilitatem quandam praeſtet, ea tamen methodus, qua corpora ſecundum vires conſiderantur, Noſtro eam ob rationem arridet, quod diſcentes et iuniores practici de genuino vſu medicamentorum, per experientiam comprobatorum inſtruuntur, atque ii, qui in praxi iam verſantur, ad indicationes remedia ſtatim habeant, quae cauſſis morborum opponere poſſunt. Ita autem rem pertractauit Noſter, vt, recepto iam a veteribus more, medicamenta in genere in *euacuantia* et *alterantia* diuideret. Cum autem materiae morbificae non ſolum per primas vias, ſed etiam per alia colatoria expellantur, euacuantia rurſus in varias claſſes diuiduntur. Sic ſectio prima *euacuantia primarum viarum* ſiſtit, quae vel *emetica* vel *euacuantia per alvum* praebent; haec autem pro diuerſa operandi

modo

modo vel *laxantia*, vel *lubricantia*, vel *purgantia* vocantur. Sectio ſecunda de *euacuantibus ſecundarum viarum* agens, 1) *diaphoretica;* 2) *diuretica;* 3) *maſticatoria;* 4) *ſialagoga;* 5) *ſternutatoria;* 6) *emmenagoga* conſiderat. Poſterior pars, quae *alterantia* continet, ſectiones tres ſiſtit. Prima nimirum medicamenta, quae in fibram ſolidam agunt, conſiderat, quae ſunt 1) *irritantia;* 2) *emollientia;* 3) *exſiccantia;* 4) *conglutinantia*, quae vel nutrientia vel roborantia ſunt, haec autem iterum in *adſtringentia, roborantia ſtricte ſic dicta* et *carminatiua* diuiduntur. Sectio ſecunda *medicamenta* pertractat, *quae in ſanguinem agunt.* Conſiderantur itaque 1) *incraſſantia*, quae in *inſpiſſantia* et *condenſantia* diuiduntur; 2) *attenuantia*, quae vel *diluentia* vel *reſoluentia* ſunt; 3) *immutantia*, quae in *inuoluentia et corrigentia* diuiduntur, corrigentia autem vel *antiputrida*, vel *antacida*, vel *medicamenta* ſiſtunt, *quae acrimoniam ſalſam corrrigunt.* Sectio tandem tertia, de *neruinis* agens, quatuor eorum claſſes exhibet, et 1) *excitantia;* 2) *analeptica;* 3) *antiſpaſmodica;* 4) *ſedantia* conſiderat. Appendicis loco doctrina de anthelminticis ſubiungitur. Ad finem doctrinae *ſyllogen remediorum* tum ſimplicium, tum compoſitorum et eorum quidem, quae ſecundum principia chemica et ad varias indicationes therapeuticas compoſita, ipſe maximam partem uſu comprobata habet Cl. Auctor, ſubnectere placuit, hanc quidem ob rationem, vt auditores, quibus olim in addiſcenda hac doctrina praeivit, modumque, medicamenta ex ſimplicibus rite componendi exhibuit, vno quaſi intuitu remedia, in ſingulis capitibus ſeu claſſibus occurrentia perſpicere, ac ſaepius legendo memoriae melius inprimere poſſint. Sic dictum formulare addere Noſtro non libuit, cum ad conſcribendas formulas, ſecundum artem pharmaceuticam et ſecundum indicatio-

nes

nes rite componendas, integro libello opus ſit, ipſi autem in hoc libro cognitionem tantum remediorum, in praxi vtilium, communicare placuit. Haec itaque eſt generalis huius libri ratio; quod ad ſpecialiorem tractationem attinet, ſtatim notandum eſt, ſelectum tantum remediorum a Cl. Auctore communicari, ſiquidem librum, in uſum praelectionum conſcriptum, de omnibus corporibus, quibus vires ſalutares adſcribuntur, tyrones cum fructu inſtruere non poſſe, immo laborem difficillimum fereque fruſtraneum eſſe, autumat. Itaque in qualibet claſſe vſitatiſſima et ſcitu neceſſaria expoſuit, minus vſitata vel quibus medentes carere poſſunt, ſub finem cuiuslibet claſſis coniunctim paucis conſiderauit; alia nondum ſatis per experientiam probata et ſuſpectae fidei vel tantum nominauit, vel plane omiſit. Singula medicamenta, ad ſuas claſſes referenda, ita pertractauit, vt nomine locoque natali indicatis, primo ad notas bonitatis, deinde ad ſaporem et odorem, tum ad partes conſtitutiuas, porro ad praeparata, ex ſimplicibus conficienda, tandem ad vires et vſum reſpiciat, ſemel autem explicata, ob alias indicationes ad alia capita reuocanda, quoad vires tantum et vſum conſideret. Cum autem Noſtro, ſic verſanti, remedia obuenerint, quae, per artem chemicam producta, viribus ſingularibus praedita ſunt, multa etiam pharmaceutica remedia, quae plerumque in libris de materia medica minime explicantur, quorum tamen indoles et vſus genuinus tyronibus itidem explicandus eſt, ſuo loco inſeruit et pleraque eorum eadem fere ratione, vt ſimplicia, expoſuit.

In prolegomenis, vbi oſtendit Noſter, quomodo cuiuslibet remedii cognitio hiſtorica et phyſica acquirenda ſit, praeter chemicam artem, cuius ope mixtiones et partes conſtitutiuae deteguntur, ad ſaporem et odorem attendendum omnino eſſe, innuit. p. 1.

Examine

Examine enim per guſtum et olfactum rite inſtituto, multas qualitates remediorum, antequam in corpore aegroto experientia colligatur, detegi, autumat; licet non neget, ſaepe etiam hac in re, niſi alia experimenta ſimul in auxilium vocentur, nos falli poſſe, ſiquidem res, quae neque linguam, neque nares afficiunt, inſignem nihilominus in corpore excitari poſſint mutationem. Perſuaſus interim eſt, nos de qualitatibus quibusdam accurate inſtrui, ſi linguae et naribus peculiaris imprimatur ſenſatio. Sic ſtimulus plus minus acris, linguae impreſſus, remedio vim ineſſe, denotat, quae fibram muſcularem plus minus irritat et ad motum ſubeundum aptam reddit. Adſtrictorius ſenſus, in lingua excitatus, particulas prodit, quae fibram vel conſtringunt, vel roborant, vel exſiccant. Ratione fluidarum partium corporis humani itidem nonnullas remediorum qualitates in lingua manifeſtari, autumat. Sic ex ſenſu adſtrictorio coniiciendum eſt, particulas ineſſe, quae fluida denſant et fluidiores particulas quaſi figunt. Sapor vel dulcis, vel acidus lenis, vel ſalſus, vel amarus, vel vrens, vel ex his mixtus particulas denotare dicitur, quae humorum corporis humani cohaeſionem diuidunt, ideoque eos reſoluunt. Pari quoque ratione olfactum qualitates quasdam eruere, putat Noſter, et tales omnino, quae ſubtiliores multo ſunt, nec non a particulis multo tenuioribus, in neruos eorumque fluidum praecipue agentibus, pendent. E. g. corpora, odore grato, reficiente et refrigerante quaſi praedita, medicamenta ſiſtere, aſſerit, quae fluidum nerueum augeant, eius motum leniter promoveant, fibram vero muſcularem ſtimulent et humores attenuent. Sic autem alios odores alias qualitates prodere, Noſter oſtendit. Licet vero examen hoc, per guſtum et olfactum ſuſceptum, ſi rite inſtitutum fuerit, raro, vt Noſter putat, quemquam fallat,

lat, tamen cum ſubſtantiae rebus admixtae ſint, quae obſcure tantum tum in guſtu, tum in olfactu percipiuntur, ad experientiam vltimo, ad lectum aegrotantis inſtituendam, confugiendum eſſe, monet.

Quod ad medicamenta attinet, quae in hoc libro p. 7. pertractantur, diu quidem cognita et crebro vſu comprobata in eo deprehendimus, ita autem expoſita, vt oſtendatur, quomodo de indole, viribus et vſu genuino cuiuslibet medicamenti cognitio acquiri poſſit. Cum itaque cauſſae morborum variae ſint atque diuerſae, idioſyncraſia cuiuslibet aegri itidem diuerſa deprehendatur, et medicamenta pro indole diuerſa et pro diuerſa praeparatione diuerſimode agant, Noſter eo ſemper reſpexit, vt medicamenta, naturae aegrotantis conuenientia et cauſſis morbificis aduerſa, exponeret. Licet enim medicamenta optime ſaepe indicationibus generalibus reſpondeant, naturam tamen aegri et indolem morbi indicatum medicamentum ſaepe reſpuere, experientia docet. Sic v. c. notiſſima radix rhabarbari me- p. 32. dicamentum purgans eſt; nunc autem hoc remedium, licet purgans in morbo quodam indicetur, ob aegrotantis naturam atque morbi indolem exhiberi nequit: hinc primo ad vires huius radicis purgantis ex mixtione et indole particularum conſtituentium declarandas, poſthac autem ad vſum attendendum eſſe, innuit. Oſtendit itaque primo, hanc radicem ob particulas gummoſas, terreo-mucilagineas et acido-terreas, in quibus ſubſtantia nauſeoſa et amaricans, ex odore et ſapore dignoſcenda, contineatur, fibras inteſtinales ſtimulare, neruos eorumque fluidum mouere, humores allicere, viſcidum pituitoſum aggredi et partim ſoluere, caeterum humores inuoluere, et corpus exſiccare, roborare. Quod autem ad vſum huius radicis purgantis attinet, Noſter monet, iuuare inprimis, vbi laxitas inteſtinorum et

aquoſa acidaue humorum indoles deprehendatur; minus conuenire bilioſis, atrabilariis, nocere ſiccis et vbi ſpaſtica inteſtinorum conſtrictio et ſiccitas alvum claudat. Cum vero medicamentorum vis pro diuerſa praeparatione variet, ad hoc etiam momentum attendit Noſter, ideoque oſtendit, rhabarbari infuſum aquoſum aliter paulo agere, quam rhabarbarum in ſubſtantia exhibitum, illudque minus exſiccare et parum roborare, atque ſic dictam animam rhabarbari, ope liquorum ſalinorum paratam, leniſſime euacuare, neque adeo exſiccare, vix roborare, nunquam relaxare, ſyrupum demum rhabarbari tenellis non ſine fructu exhiberi. Pari ratione alia purgantia a Noſtro conſiderantur; ſed in commemorato hoc exemplo, rem ſatis illuſtrante, acquieſcimus.

p. 41. Caput de *diaphoreticis* breuiſſimum animaduertimus. Medicamenta enim, ab aliis diaphoretica dicta, humores quidem mouere et expandere, ſed absque aqua calida vel aceto calido vel etiam absque regimine calido vix per cutem euacuare, autumat. Itaque praeter aquam calidam et acetum calidum nullum remedium diaphoreticum agnoſcit, diaphoreticam tamen vim huius illiusue fluidi pro diuerſitate remediorum augeri poſſe, fatetur.

p. 58. Inter *ſialogoga* mercurium viuum et mercurium dulcem remedia praecipua eſſe, quibus vis ſalivans adſcribatur, Noſter notat. Saliuationem a mercurio viuo ob qualitates, ipſi ſoli proprias, nimirum ob pondus, ob figuram ſphaericam et ob inſignem diuiſibilitatem produci, triplicemque hanc qualitatem ſemper coniunctam requiri, demtaque vna, vim ſaliuantem tolli, autumat. Cum in mercurio dulci globuli mercuriales cum acidis particulis mercurii ſublimati corroſiui arcte non cohaereant, hocque medicamentum partim ob globulos mercuriales

riales partim ob ſalinas particulas agat, vim ſaliuantem etiam exſerere, ſaepius autem ſublimatum mercurium dulcem, ob id, quod mere ſalinum corpus euadat, hoc effectu deſtitui, Noſter aſſerit. Caeterum, vſum mercurii externum ad excitandam ſaliuationem non laudat, nec vnquam applauſum eorum, qui mercurium cognoſcant, mereri putat.

De *emollientibus* Noſter agens, inter praeparata p. 86. pharmaceutica emplaſtri diachyli ſimplicis mentionem facit, cui vero aliud emplaſtrum, ex ſeui ceruini parte vna et cerae flauae, nec non colophonii partibus duabus paratum, commode ſubſtitui poſſe, putat, idque idem praeſtare, ſaepeque meliori cum ſucceſſu, quam diachylon ſimplex vſurpari, expertus eſt.

Aquam calcis viuae, ſi recenter parata ſit, cau- p. 101. ſticam vim, cum exſiccante coniunctam, exſerere, diu vero et negligenter aſſeruatam, exſiccantem tantum vim habere, oſtendit.

Inter *conglutinantia* remedia amplum caput de p. 104. *nutrientibus* collocatum legimus. Praecipue autem in omnibus, quae nutrientem facultatem exerceant, corporibus ad gelatinoſam ſubſtantiam, magis vel minus elaboratam, reſpiciendum eſſe, omnemque gelatinam conglutinantem vim habere, atque aliam citius, aliam tardius vel nunquam hanc facultatem amittere, aliam porro gelatinam animal quoddam nutrire, quod ab alia, aliud animal nutriente, non obſeruatur, immo eandem ſaepe gelatinam, quae animal in ſano ſtatu nutriat, ſanitate labefactata, vel non nutrire, vel etiam adeo nocere, oſtendit. Praeterea ipſam gelatinarum mixtionem differre, et alias, dum tenacitatem amittant, in alcaleſcentem ſubſtantiam, alias in aceſcentem commutari, monet. Cum autem Cl. Auctor in hoc libro ſemper ad morboſum ſtatum reſpiciat, de omnibus corporibus, quae

 nutri-

nutrientem facultatem habent, hic actum non eſſe, cernimus, ſed de iis tantum, quae in hoc vel illo ſtatu aegroto propinari poſſunt. In genere itaque duplicem claſſem conſtituit, primoque de vegetabilibus, poſthac de animalibus, quae nutriunt, agit. Gelatinas vegetabilium ad aceſcentem naturam vergere, hasque ipſas ob adiunctas partes alias, non nutrientes, vim medicamentoſam praeſtare, ideoque diuerſimode agere, Noſter innuit. Sic in morbis acutis et inflammatoriis, ſi victus nutriens et humectans cardiacus indicetur, ceraſa et poma exſiccata nutrimentum largiri, ſi idem magis lubricans et humectans neceſſarius ſit, pruna praeſtare, ſique refrigerans expetatur, ceraſa et fraga recentia conuenire, oſtendit. In vniuerſum autem notat, fructus hos vegetabiles egregia eſſe alimenta, quae ob elaboratam gelatinam vires digeſtionis non ſollicitent, et ob adiunctas particulas medicatas cauſſis morboſis reſiſtant, easque non raro deſtruant. Eadem ratione nutrientia, ex animali regno petita, conſiderat, pariterque oſtendit, quomodo eorum nutriendi facultas pro diuerſa carnium indole proque diuerſa viſcerum digerentium vi variet, quoue in caſu hoc vel illud corpus eligendum ſit.

p. 122. *Roborantia* medicamenta a Noſtro in *adſtringentia*, *roborantia ſtricte ſic dicta* et *carminatiua* diuiduntur. *Adſtringentia* Ei ſunt, quae ex particulis acidis, cum terreis arcte coniunctis, conſtant; *roborantia* vocantur, quae cum acidis terreisue mucilagineas aut glutinoſas ſubſtantias coniunctas habent; *carminatiua* autem, quae cum particulis acido-terreis glutinoſisque reſoluentes et aromaticas et balſamicas immixtas fouent. Sic alumen et pleraque praeparata martialia, inprimis omnes croci martis, cum ex meris tantum particulis terreis cum acidis coniunctis conſtent, adſtringentibus adnumerantur; peruuia-

nus

nus vero cortex, qui particulas acido-terreas cum mucilagineis eoniunctas habet, roborantibus accenſetur. Aſt caſcarillae cortex, caſſia lignea, radix zedoariae et eiuſmodi alia, cum non ſolum particulas acido-terreas cum mucilagineis coniunctas, ſed etiam alias acres aromaticas vel balſamicas partes adiunctas foueant, ad carminatiua remedia referuntur.

Incraſſantia remedia a Cl. Auctore vocantur, p. 168. quae ſoliditatem et cohaeſionem partium, humores et inprimis ſanguinem conſtituentium, augendo fluiditatem humorum minuunt. Alia, quae globulos ſanguinis integros inuiſcant, et cohaeſionem in aggregatione augent, ſicque ſanguinem ſpiſſum reddunt, *inſpiſſantia* nominantur, alia autem, quae ipſos ſanguinis globulos penetrant, eorumque partes conſtituentes arctius connectunt, ſicque denſitatem ſanguinis et, fluidiores partes figendo, totius inſimul maſſae, in aggregatione conſtitutae, cohaeſionem augent, *condenſantium* nomen habent. Ad priorem claſſem plurima medicamenta reuocantur, quae in capite de emollientibus pertractata ſunt, e. g. radix ſcorzonerae, radix althaeae, decocta ſeminum cerealium aliaque plura. Ad condenſantia autem omnia medicamenta, quae reſpectu fibrae ſolidae vim adſtringentem et roborantem edunt, pertinere, inter cuncta tamen corticem Peruuianum et martialia cum fructu vſurpari poſſe, Noſter autumat.

Attenuantia remedia in *diluentia* et *reſoluentia* di- p. 175 viduntur: illa ſunt, quae integros humorum globulos, mixtione ſtatim non turbata, a ſe inuicem ſeparant, parteſque ſuas fluidiores interponendo, fluiditatem augent. Vnam vero in natura tantum reperiri ſubſtantiam, diluente vi praeditam, ſique aqua pura excipiatur, aliam nullam eſſe, Noſter aſſerit. Reſoluentia eas vocat ſubſtantias, quae non ſolum cohaeſionem fluidorum in aggregatione, ſed etiam

cohaeſionem partium, globulos fluidorum conſtituentium, minuunt vel tollunt. Ampliſſimam hic deprehendimus tractationem, ita quidem, vt duplex omnium reſoluentium conſtituatur claſſis. Alia enim Noſtro ſunt *reſoluentia*, *quae refrigerant*, alia, *quae calefaciunt*. Licet autem haec diuiſio primo intuitu omnibus arridere non videatur, tamen, ſi data explicatio ponderetur, Cl. Auctorem a vero non aberraſſe, putamus. Refrigerantia vocat, quae denſitatem humorum minuunt, partesque eorum inflammabiles adeo diſiungunt, vt ob copioſas partes non inflammabiles interpoſitas omni momento impediantur, quo minus, vi vnita, in ſolida agere queant, eaque ad reactionem viuidiorem diſponant. Inter haec complura ſalia media, nonnullasque alias ſubſtantias ſalinas, v. c. mercurium dulcem, cremorem tartari cet. nec non herbas et radices quaſdam lacteſcentes, v. c. lactucam, radicem bardanae, herbam et radicem ſaponariae cet. immo antimonium et nonnulla eiuſdem praeparata eminere, Noſter autumat, ideoque indolem eorum, nec non vires et vſum explicat. Ex his notamus, nitrum flammans, quod ex alcali volatili, cum acido nitri ad ſaturationem vſque commixto, per euaporationem et cryſtalliſationem paratur, quodque hactenus in medicina clinica vix locum inuenit, a Noſtro, vt ſal commendari, quod reliquis ſalibus nitroſis profundius penetret, inque reſoluendo coagulo inflammatorio, in vaſculis minutiſſimis haerente, maiorem effectum edat. De vſu mercurii ſublimati corroſiui, qui hodie ad morbos venereos adeo ſolemnis eſt, monet, bene perpendendum eſſe, remedium hoc gluten ſolidorum naturale etiam aggredi, attenuare, denſitatem humorum fere tollere, acres humores acriores reddere, et glutinoſam lymphae nutrientis naturam mutare. Hinc, ſi acrimonia quadam humores peccent,

cent, nocere, immo, ſi tenuitas humorum adſit et nutritio deficiat, vſum eiuſdem periculoſiſſimum habendum, nec, niſi viſcidum adſit, exhibendum eſſe, innuit.

Reſoluentia,quae calefaciunt, aut ad minimum p. 199. calorem non minuunt, tales ſunt ſubſtantiae, quae quidem denſitatem humorum minuunt, et humores fluidiores reddunt, ſed vel partes aquoſas ſubducunt, vel inflammabiles augent et acriores reddunt, ideoque efficiunt, vt partes inflammabiles non quidem arctius vnitae, ſed in aggregatione auctae maiori in copia in ſolida agant, atque haec ipſa, cum ob copioſiores partes inflammabiles magis irritabilia euadant, ad reactionem viuidiorem diſponant. Ad hanc igitur claſſem Noſter refert multas herbas et radices amaras, radices alias acres et aromaticas, fel taurinum, lignum guaiacum et lignum ſaſſafras, tincturas antimonii alcalinas, ſaponem venetum, fuliginem, balſama naturalia, et gummi reſinas, tandem flores ſalis ammoniaci martiales.

Sub *immutantis* remedii nomine ea Cl. Auctor intel- p. 239. ligit, quae in acrimonias humorum agunt, easque ita mutant, vt vel minus efficaces euadant, vel plane deſtruantur, priſtinamque indolem exuant; haecque remedia in *inuoluentia* et *corrigentia* diuidit. *Inuoluentia* ſunt, quae ſolidas corporis partes adeo obducunt, humorumque partes acres ita obuelant, vt irritabilitas imminuatur, et ſenſiles partes eo diſponantur, vt dolor minus percipi queat. Pertinent ad haec remedia gelatinoſa, mucilaginea, gummoſa, olea vnguinoſa cet. *Corrigentia* ſunt, quae acrimoniam humoribus inhaerentem aut admixtam inuertunt, nouamque indolem, a priore diuerſam, inducunt. Triplex tantum eorum diſcrimen agnoſcit Noſter, et corrigentia cuncta in 1) antiputrida; 2) antacida, et 3) ea, quae ſalſam acrimoniam corrigunt,

gunt, diuidit. Cum autem putredo in motu ſubſtantiae connectentis inteſtino et inde dependente ſalis alcaleſcentis vel purioris vel impurioris oleoſi euolutione conſiſtat, atque ad hanc rem bilis prae reliquis humoribus ad alcaleſcentem et putridam indolem inclinans multum quoque conferat, ad antiputrida etiam remedia ſic dicta antibilioſa et antalcaleſcentia referuntur, licet omnia remedia, quae in putrido corporis ſtatu vſurpantur, bili, acri factae, opponi nunquam poſſint. Inter alia, quae ad obtemperandum acidum morboſum, idemque corrigendum hic commendantur, laudatum inprimis deprehendimus ſal tartari. Melius iſtud ſemper operari, nec corpus adeo vehementer afficere, ſi parua portio e. g. ſcrupulus vnus cum libra vna aquae commiſceatur, haecque aqua alcaleſcens intra bihorium ſenſim ingeratur, Noſter aſſerit. Sique per aliquot dies remedium hoc continuetur, in morbis viſcidis, vbi acidum ſit, et concretiones a ſimili cauſſa ortae fuerint, multa praeſtare, inprimis, ſi verſus veſperam amara aut ſaponacea ſimul in vſum vocentur, perhibet. In prudentis tamen medici manu hoc remedium verſari debere, monet.

p. 261. Medicamenta, quae ad corrigendam acrimoniam ſalſam adhibentur, tantam efficaciam, vt acida et alcalina in corrigendis acrimoniis putridis, alcaleſcentibus et acidis oſtendunt, non habere, Noſter oſtendit. Vix enim indolem acrimoniae ſalſae ita inuerti putat, vt noua ſubſtantia ſalina, ab acido, alcalino et medio ſale diuerſa producatur. Haec tamen dicta remedia praeſtare aſſerit, vt acrimonia ſalſa minus efficax euadat et ita obtundatur, vt vires corporis ad eam expellendam eo magis idoneae fiant, quo parcius eaedem ab iſta acrimonia defatigentur. In obtundenda hac acrimonia dulcia inprimis eminere, eaque inuoluendo agere, aliaque

inuol-

inuoluentia remedia tanta efficacia non pollere, Noſter autumat. Cum praeterea ſalſa corporis humani acrimonia ad alcaleſcentem naturam facile vergat, dulcium autem ſubſtantia ſalina ad acidam naturam inclinet, inſignem eorum immutandi vim et efficaciam, quae inuoluentibus deſit, vlterius eluceſcere, ſibi perſuadet, et quaerit: an v. c. radices dauci et liquiritiae ob enarratas rationes prae aliis ad vlcera carcinomatica valeant?

De medicamentis, quae in neruos agunt, ideoque *neruina* vocantur, notat, ea quidem in fibram quoque muſcularem et ſanguinem aliosque humores agere, eorum tamen efficaciam in hos et fibram muſcularem minorem, quam in neruos eſſe. Cum etiam ſubtiles illae, a neruis receptae partes, vna eademque indole donatae non ſint, ideoque diverſas omnino in fluido nerueo excitent mutationes, varias Noſter et quatuor quidem conſtituit claſſes. Sic medicamenta, quae motum fluidi neruei intendunt, ipſumque fluidum nerueum augent, ſed non in omni ſtatu vires refocillatas relinquunt, a Cl. Auctore *excitantia* vocantur. Ad haec referuntur aromata varia in ſubſtantia exhibita, eorundem infuſa, multae aquae deſtillatae odoratae, complures ſpiritus abſtractitii odorati, plurima olea deſtillata aetherea, nonnullae eſſentiae ſpirituoſae, alcalia volatilia quaecunque, camphora. p. 264.

Alia, quae ſecretionem fluidi neruei, eiuſdemque copiam ſubito augent, motum et influxum eius promouent et vires cito reſtaurant, ſtatimque reficiunt, et refocillatas relinquunt, *analeptica* nominantur. Eiuſmodi medicamenta particulas admodum ſubtiles continere, et tales fere, quae reſpectu ſubtilitatis et ipſius indolis adeo cum fluido nerueo maxime conuenire videntur. Praeter vina, acetum vini et acida mineralia dulcificata p. 279.

aliam nullam agnoſcit ſubſtantiam. Principium enim analepticum in ſubſtantia neruina excitante calefaciente, cum alia refrigerante coniuncta, conſiſtere, hasque ſubſtantias a natura in vino et aceto coniunctas eſſe, Noſter autumat. Si itaque remedium neruinum excitans et calefaciens cum acido vegetabili vel etiam minerali diluto coniungatur, remedia analeptica quam plurima per artem parari poſſe, aſſerit.

p. 288. *Antiſpaſmodica* a Noſtro vocantur, quae odore, caput grauante, ingrato ſe manifeſtant, fluidum nerveum quidem augent, ſed motum eiusdem lentiorem reddunt et auctum compeſcunt. Licet vero multa ſint, quae principium antiſpaſmodicum contineant, praecipue tamen ſuccinum eiusque inprimis praeparata, porro ruta hortenſis, radix valerianae, gummi galbanum, aſa foetida et caſtoreum a Noſtro pertractantur. Ex his tantum notamus, caſtoreum quidem egregium praebere antiſpaſmodicum, ſed pro varia ſpaſmorum cauſſa, varie praeparandum et vel cum aceto vini, vel cum nitro, vel cum liquore cornu cerui ſuccinato exhibendum vel ſolum tantum infuſum aquoſum propinandum eſſe. Eſſentiam vulgarem, cum ſpiritu vini paratam, vix nominatam deprehendimus. Forſan eadem hanc ob cauſſam non commendatur, quod natura ſpiritus vini principio antiſpaſmodico aduerſatur, ideoque menſtruum conueniens pro antiſpaſmodicis largiri nequit.

p. 303. *Sedantia* demum remedia a Noſtro vocantur, quae in ſenſorio communi talem mutationem producunt, vt dolor ſeu cauſſa doloris vel minus vel ad minimum per tempus, nullo plane modo percipiatur. Inter multa, quae a nonnullis laudantur, vnice opium commendat Cl. Auctor. Hoc, opium nimirum, fluidum nerueum primo augere et attenuare,

tum

tum in citiſſimum motum ducere et diſſipare, vaſis autem quibuſcunque nimium diſtentis, humoribusque attenuatis et copioſe ad caput deriuatis, preſſione ſimul oborta, in neruos, partes, fluidi neruei particulis craſſiores, intrudere, ſimulque ſecretionem dicti fluidi, tum ob appulſum partium craſſiorum, tum ob preſſionem imminuere, ideoque ob varias has cauſſas motum et influxum in partes prorſus fere impedire Noſtro videtur. Opium in ſubſtantia vel in puluere exhibere non laudat: nunquam enim doſin opii determinari poſſe, et ad granum vnum, in ſubſtantia propinatum, quietem aeternam interdum produxiſſe, perhibet. Optima exhibendi methodus Noſtro dicitur, ſi duo grana extracti opii in duabus tribusue vnciis aquae cuiuſdam deſtillatae ſoluantur, et medicamentum hoc per vices cochleatim ingeritur. Sic ſaepe parua doſi e. g. cochleare vno vel altero exhibito effectum laudabilem obſeruari, alio tempore plura cochlearia ſenſim ingerenda eſſe, antequam ſperatus effectus ſequatur, aſſerit. Hac autem ratione vſurpatum opium nunquam nocere, nec generoſum et actiuum hoc remedium vnquam metuendum eſſe, autumat. Inter ſic dicta remedia opiata non niſi extractum opii et laudanum liquidum SYDENHAMI vt praecipua commendantur.

Ex appendice de anthelminticis demum notamus, ſub anthelminticorum remediorum nomine omnia medicamenta, quae vermibus et inſectis, in corpore interne et externe reperiundis, aduerſantur, a Noſtro comprehendi, licet anthelmintica vi vocis remedia contra inteſtinorum lumbricos deſignare, non neget. Inter permulta prae reliquis ſemen cinae, ſemen et ſummitates tanaceti, allium, cepa, amara quaecunque, purgantia inprimis draſtica et amara, graueolentia nec non mercurialia commendantur. p. 309.

tur. Haec itaque ſunt praecipua, quae communicare licuit; vnum tantum monemus, deſiderari adhuc nonnulla, e. g. lilium conuallium, ſagu aliaque, quae omnino inter ſelecta medicamenta locum merentur, quae vero, vt certo ſcimus, lubenter non omiſſa, ſed meditanti Noſtro praeter voluntatem ſubrepta eſſe videntur.

V.

Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft in Zürch. Dritter Band. Zürch bey Heidegger und Compagnie. 1766. 8. 1 *Alph.* 6 *Bog. nebſt* 3 *Kupfertaf.*

i. e.

Acta ſocietatis naturae indagatorum Tigurinae. Tomus tertius.

Ex hoc volumine actorum ſocietatis phyſicae, quae Tiguri floret, quorum priora volumina alio loco indicauimus, ſequentes potiſſimum diſſertationes ad nos pertinent.

p. 1. *Delineatio laborum ſocietatis phyſicae, ſiue de diſciplinis, quas dicta haec ſocietas tractare inſtituit.* Diſſertatio haec a Cl. IOANNE GESNERO iam d. 18 octobr. 1746 praelecta, breuem delineationem ſcientiarum complectitur, quarum incrementum ſocietas phyſica promouere conſtituit.

p. 23. *Relatio de ſucceſſu inoculationis variolarum in nonnullis vrbibus Heluetiae.* Apparet ex hac collectione nonnullarum epiſtolarum Cl. SULZERI, MIEGII, SCHINZII, RAHNII et SCHERBII, etiam in ea Heluetiae parte, quae germanica lingua vtitur, inoculationem variolarum, ſtudio horum medicorum,

rum, vero patriae amore ductorum, inde ab aliquot annis ſaepius inſtitutam fuiſſe, licet his viris clariſſimis in hoc laudabili inſtituto cum multis praeiudiciis dimicandum fuiſſe, ex eorum narratione pateat. *Vidoduri* Cl. SULZERUS anno huius ſeculi ſexageſimo tertio ſeptemdecim infantibus variolas artificiales optimo cum ſucceſſu inplantauit, ex quibus duo vel tres, qui naturali contagio iam antea infecti erant, horum fonticulorum inſitione excitatorum ope, leviorem morbum experti ſunt. Ex nonaginta duobus vero aliis infantibus, qui naturales variolas eodem anno experiebantur, octodecim interierunt, atque quatuordecim ex variolis aliis grauioribus malis atque incommodis, v. c. ophthalmiis etc. affecti ſunt. *Baſileae* Cl. MIEG iam ab anno 1755 inſitionem inſtituit, hicque hiſtorias novemdecim puerorum, qui ex inoculatione artificialibus variolis affecti ſunt, communicat. Tibialia e lana confecta, rubro colore imbuta, quibus pedes puellae cuiuſdam Auctor Cl. induit, quo variolas ad has partes alliceret, exoptatum effectum minime praeſtarunt. Nullae enim ibidem variolae eruperunt, forte ob perſpirationem per illa excitatam, quae in cute balneorum et pediluuiorum ope relaxata, atque humoribus corporis in vniuerſum praeparatione praegreſſa, quodammodo reſolutis, copioſior fuit. Ex eadem cauſſa Auctor Cl. exanthema illud rubrum, purpurae ſimile (*the raſh* Anglorum) deriuat, quod ſaepius in iis, quibus inſitione variolae communicatae ſunt, ſudore praegreſſo ante eruptionem, vel etiam poſt morbum ſuperatum in facie, collo, ſuperioribus partibus pectoris et brachiis apparet, poſt duos autem vel tres dies albeſcit, tandemque cuticulae deſquamationem producit. Pars enim acriorum humorum ad cutim delata in vaſis eius ſtagnat, atque haec exanthemata producit, dum in aliis cutis locis lecti et veſtimentorum tepore

P. 23.

P. 57. 175.

P. 100.

P. 105.

re

re relaxatis, ſudore et perſpiratione acres particulae plane excernuntur. Pediluuia quoque emollientia calore ſuo cutem quidem in pedibus relaxant, puſtularumque eruptioni fauent, minime vero variolas ad has partes allicere, faciemque ab iis tutam prae-
p. 128. ſtare valent. *Tiguri* Cl. SCHINZIUS et RAH-
p. 156. NIUS quatuordecim infantibus optimo cum ſucceſſu variolas communicarunt, quem euentum quoque
p. 161. inſitio *Epiſcopi Cellae* a Cl. viris MELCH. et IAC.
169. CHRIST. SCHERBIIS in variis aegris inſtituta habuit; vt itaque ex omnibus his relationibus appareat, omnes, quibus in hac Heluetiae parte artificiales variolae inoculationis ope communicatae ſunt, ſatis benignas variolas expertos eſſe, et ex ſexaginta fere pueris ne vnum quidem, durante morbo varioloſo, periiſſe.

p. 266. *Diſſertatio de cryſtallo montana* (*Bergkriſtall*). Anonymus huius diſſertationis Auctor egregias obſeruationes de natura et ſitu cryſtalli in loco eius natali, variasque de origine eiuſdem coniecturas proponit. Notum eſt cryſtallum ad lapides ſiliceos vulgo dictos pertinere, lapides ſcilicet, ex quibus non ſolum chalybis ope ignis elici poteſt, ſed qui etiam, ſale alcalino addito, in igne in vitrum mutantur; qui duplex character in vno eodemque lapide reperiundus, verum ordinis huius characterem conſtituit, cum alii quoque lapides in vitrum tranſeant, vel chalybe percuſſi ſcintillas emittant. Componitur autem cryſtallus ex quarzo puro, plus minus pellucido, quod priſma ſexangulare refert. Maiores cryſtalli, quae proprie cryſtallus montana vocantur, in altiſſimis tantum montibus, perpetua niue glacieque tectis, minores vero etiam in minoribus montibus reperiuntur. In vniuerſum autem in iis tantum montibus, quos venoſos (*ganggebirge*) vulgo dicunt,

occur-

occurrunt. Licet enim in Heluetia alpes quoque inueniantur inſignis altitudinis, et vere glaciales dicendae, quae ex calcareo lapide vel ſchiſto, lapidibus ſcilicet, qui ſemper in ſtratis horizontalibus (*Floetzen*) diſpoſiti ſunt, conſtant; nullae tamen in iis cryſtalli, niſi ex aliis locis aquarum vi huc delatae reperiri ſolent. Componuntur autem montes, ex quibus in Heluetia cryſtalli effodiuntur, proprie ex eo lapide, quem vulgo *Geisbergerſtein* *) dicunt. Lapis hic granitis ſeu porphyritis rudior ſpecies eſt, e quarzo opaco lactei coloris et micaceis particulis compoſita, quibus argillacea et calcarea terra ſubtilior, vti ex iis, quae inferius dicentur, patet, admixta eſſe videtur. Micaceae particulae vt plurimum nigricantes, ſeu virideſcentes in ſummis vero alpibus coeruleſcentes ſunt. Reperiuntur in montibus, hac ratione compoſitis, venae quarzoſae, quae vt plurimum horizontali directione excurrunt, intusque cauernas quasdam habent, in quibus cryſtalli reperiuntur. Accretae ſcilicet eae ſunt baſi ſua fundo, parietibus et tecto harum cauitatum, atque ex ipſa cauitate, ſi ea a cryſtallorum foſſoribus aperitur, fere ſemper aliqua aquae copia effluit. Ima pars cauernae obtegitur terra albicante argillacea tenerrima, quam *ſamterde* vocant, quae ſedimenti ad inſtar ex aqua, cauitates has quondam replente, praecipitata eſt. Cryſtalli huic fundo accretae opacae quoque ſunt, pellucidae vero eae, quae in parietibus lateralibus ſedent. Laquear ſiue tectum (*firſt*) cauernae, cryſtalla largitur ſatis pellucida, quorum tamen pars haud raro terram aliquam virideſcentem includit, quam muſcos, vel gramen eſſe, vulgo putant; nonnunquam exterius quoque cryſtallum ſatis pellucidum terra hac virideſcente obtegitur. Vocant illam foſſores *grünen Heerd* ſeu *Cryſtallheerd.* Nonnulli vt SULZERUS eam

*) An ſaxum ſimplex quarzoſo-micaceum WALLERII?

eam ſuphureae eſſe indolis autumarunt, micaceae tamen illam eſſe naturae, ſi paullo accuratius examinatur, ſatis apparet. Saepe haec terra in ipſo cauernae cauo, terrae argillaceae albicanti ſuperſtrata reperitur, cryſtallaque ſatis pellucida vtrinque acuminata, nec vllo loco accreta, ſed libera, ſaepius etiam cryſtalli islandici ſiue ſpati pellucidi obiecta duplicantis WALLERII fruſta continet. De generatione vero

p. 288. cryſtallorum Auctor huius diſſertationis optime monet, aquam montium glacialium montes ex quarzo et mica compoſitos penetrare, parteſque eorum conſtitutiuas diſſoluere et ſi ad cauernas in venis quarzoſis reperiundas penetrat, ibidem argillaceam primo terram, quae etiam in ſaxo *Geisbergerſtein* dicto, latere videtur deponere: deinde virideſcentem, quae ex micaceis particulis componitur, ſubſidere, atque ex calcarea terra cryſtallum islandicum oriri; tandem vero ex ſilicea terra puriſſima in aqua ſoluta cryſtallos formari: lente vero eas oriri, cryſtalla ex ſtratis compoſita, quae vulgo *Strehlen* ſeu *Kämme* dicuntur, ſatis probant.

p. 303. Inedita epiſtola CONRADI GESNERI, *de methodo examinandi aquas minerales*, quae magis ob Auctoris quondam celeberrimi nomen, quam ob obſervationes in ea contentas, notatu digna eſſe videtur.

p. 358. I. H. RAHN *diſſertatio de aquis Nydelenſibus, vulgo Nydelbad.* Reperitur fons harum aquarum ad vicum *Ruſchlikon*, non longe a littore lacus Tigurini. Adhibentur vero ad balnea vel frigidae vel ignis ope calefactae. Calor earum ſatis temperatus eſt, magnam copiam aëris elaſtici continent, qui difficulter ab aqueis particulis ſeparatur. Leuior eſt aqua huius fontis, aqua pluuiali, odoriſque et ſaporis expers, flaueſcentem tamen colorem oſtendit. Ab

acidis et alcalinis aqua haec, ſi magna eius copia inſpiſſatur, non mutatur, ſacchari vero ſaturni ope terra ochracea praecipitatur. Vaſis, in quibus, ſi balneorum loco adhibetur, coqui ſolet, concretum tophaceum adhaeret, quod bituminoſas partes continet. Syrupum violarum, ſed lente, virideſcente colore tingit et ſi mercurii ſublimati ſolutio ei admiſcetur, ruber aliquis puluis ex ea praecipitatur. A gallarum ſolutione nigricat. Ex his experimentis ſatis patet, aquam hanc puram eſſe ſatisque leuem, quae paruam ſalis alcalini copiam contineat, ferreasque particulas bituminis admixti ope in terram ochraceam coalitas. Commendantur balnea ex ea aqua confecta, in pluribus morbis cutaneis, vlceribus et paralyſi. Poſſet tamen etiam interne in variis obſtructionibus et morbis ſpaſmodicis adhiberi, in quibus fortiora adſtringentia ſaepe inſigniter nocent.

CONR. RAHN *diſſertatio de aquis fabarienſibus ſeu piperinis*, ex diſputatione eius inaugurali, Lugduni Batauorum anno huius ſeculi quinquageſimo ſeptimo defenſa, excerpta. Aquae hae, in Comitatu Helvetiae *Sargans* reperiundae, leuiores ſunt aqua pluviali, gradumque caloris humani corporis fere habent, omnisque ſaporis et odoris expertes ſunt. Vis illarum medica inprimis a leuitate, puritate et principio aethereo elaſtico, copioſius iis admixto, pendet, cum quadraginta ſex librae huius aquae inſpiſſatae, duas tantum drachmas terrae praebeant. Diluunt et reſoluunt, ſed ſimul relaxant. p. 363.

Deſcriptio barometri portatilis, auctore CHRISTOPHORO JETZLER. Ita fabrefactum eſt hoc barometrum, vt eius ope altitudo montium facilius et accuratius, quam aliis huius generis inſtrumentis p. 383.

fieri ſolet, determinari poſſit. Additus quoque eſt index altitudinis, quam in variis Heluetiae montibus mercurius, in hoc barometro contentus, oſtendit.

p. 399. M. A. CAPPELER *de noua ſaturatione oculorum cancri, eiuſdemque vſu in variis morbis acutis.* Oculos cancri cum aceto, viribus variorum vegetabilium v. c. ſambuci, corticum citri, ſquillae etc. impraegnato, commiſcuit Auctor Cl., atque remedium hoc in variis morbis exanthematicis et inflammatoriis, optimo cum ſucceſſu dedit. Emetica tamen et venaeſectionem minime quoque neglexit.

IV.

Pan apum, eller Afhandling om de Örter, af hvilka bien hälſt draga deras honung och vax, ingifven til kongl. Vetenſkaps Academien, ſåſom Svar på Deſs Fråga, angående Bi-ſkötſel af JOHAN OTTO HAGSTRÖM, M. D. Provincial Medicus i Oſtergötland. Stockholm, tryckt hos Direct. L. Salvius. 1768. pagg. 38. 8 mai.

h. e.

Pan apum, ſiue commentatio de ſtirpibus, quarum ſelectu apes ad mel ceramque colligendam delectantur, regiae ſcientiarum Academiae, quo ad quaeſtionem ab Eadem de apum cultura motam, reſponderet, oblata. Auctore IOAN. OTTO HAGSTRÖM.

Ad hoc de apum cultura argumentum curatius perſequendum, iam a. 1766, praemio promiſſo, ciues ſuos regia ſcientiarum Academia excitauerat. Sex

Sex adeo ſunt commentationes, quas ipſa, hac inuitatione, obtinuit, quarum quinque plauſu ſuo dignas reputauit; vnde partiri, vni modo antea deſtinatum praemium, inter plures oportuit. Quoniam vero in quibuſdam momentis nondum ſatisfactum plane deſideriis Academiae fuit: duplam praemii ſummam ſiue 20 numos aureos in finem anni 1772, de hac materie, penitius enucleanda, meritiſſimo ſoluere decreuit. Cl. HAGSTRÖM, praemio pariter condecoratus, licet partem modo quaeſtionis attigerit: omnium tamen maxime neceſſariam, vt quae ad ipſum nutrimentum apum et habitaculum reſpiciat, pertractauit, ſuis obſeruationibus, vtut ob iuncta incommoda Auctori haud parum moleſtis, vnice vbique vſus. Quarum pleraeque non vtilitatis modo, ſed et nouitatis notam habent et ex quibus concluſiones in vſum practicum praeſtantiſſimas format. Nemo igitur nobis vitio vertet, quod exiguae molis libello ampliorem paullo, quam ſolemus, dictionem impendamus.

In quinque autem praecipue momentis attentionem ſuam defixit; diſpiciens, quibusnam ſtirpibus apes maxime delectarentur et a quibus abſtinerent; quinam eſſet pilarum cerae ex qualibet planta color; vtrum ex ſtirpe quadam vnice mel, vel ceram tantummodo, vel vtramque partem colligerent; quamdiu denique plantam quandam in deliciis haberent?

Lente nimis apes lingua ſua mel ex floribus hauriunt, ſed tanto alacrius pedibus ceram colligunt, quae his pilae exiguae inſtar adhaeret. Sunt quaedam ſtirpes, e. gr. linum vſitatiſſimum, marrubium vulgare, vicia cracca, cucumis ſatiua, ex quibus mel vnice expetunt; aliae rurſus, quibus ceram vnice debent, vt plantago media, papauer ſomniferum, ciſtus helianthemum. Pleraeque autem vtrasque p. 4.

p. 5. ſuppetias erogant. Non eadem cerae copia cuilibet plantae ineſt. Largiorem longe meſſem v. c. in flore papaueris ſomniferi, quam in flore chaerophylli ſylueſtris faciunt. Ex hiſce multisque aliis exemplis patet, quaenam loca oeconomo ad cerae prouentum maxime commoda ſunt. Salices huic ſcopo inprimis idoneas valde Cl. Auctor obſeruauit. Conſumto ab apibus antherarum polline, deſtituti flores hiſce inſectis, ad inſequentem diem reperiuntur, vſque dum roris ope noctu pollinis copia provenerit.

In migratione ad ſtirpes ſuas ſingulari quaſi agmina formant, quorum quodlibet ad diuerſam ſtirpium ſpeciem ſeſe transfert. Nec vi in aliam ſpeciem cogi poſſunt. Ita v. c. quaedam apes ranunculo acri, aliae autem plantagini mediae, licet vtraque planta vicinia iungeretur, vnice inhaeſerunt, ex vno in alium eiusdem ſpeciei florem transuolantes. Ex-
p. 10. ceptio certe rariſſima fuit. Hinc pilae, ex cera conglobatae, vnico ſemper colore imbutae ſunt. Ex allio cepa ſcilicet virides, ex geranio rubros, ex coriandro ſatiuo violaceos, ex ſpiraea filipendula albos, ex ciſto helianthemo profunde flauos, ex chelidonio maiori colore citreo et ex vicia faba plumbeo tinctos, ex crataego oxyacantha pallidos, ex iſatide tinctoria obſcuros, ex pruno ſpinoſa brunos globulos pararunt, omittimus alia exempla numeroſa, quae auctor enumerat.

p. 13. Quum vero quaedam ſtirpes non ſingulis annis eadem frequentia adſint, ratio elucet, cur mellis et cerae prouentus ſaepe tam diuerſus ſit. Inde eximie monet Cl. Auctor, fidem potius eſſe tribuendam quibusdam arboribus, per complures annos durantibus. Nec explicato flore, ſtatim aduolant apes, quamuis quaedam exempla id comprobare videntur; quum anchuſa officinalis, antirrhinum linaria,

linaria, thymus vulgaris aliaque, moram octo dierum poſt primam floris explicationem admittant, aliaeque contra ſtirpes, longe ante deſtructionem floris, deſerantur.

Sollicite Noſter tempus, quo apibus ſingula florum ſpecies arriſit, aduerſariis ſuis mandauit. Colligitur ex his, vt exempla afferamus, per viginti octo ad triginta dies et diutius delectatas fuiſſe trifolio meliloto albo et repente, cichorio intybo, tuſſilagine farfara etc. per quatuordecim dies ſedo telephio, ſcabioſa aruenſi, braſſica oleracea, trifolio meliloto luteo; per octo dies pyro malo et communi, ribe vua criſpa, pruno ceraſo et ſpinoſa, nec non trifolio montano. Quo indice demonſtratur, perinde non eſſe, ad quamnam trifolii ſpeciem acceſſus pateat, quum tamen ſine diſcrimine trifolium ab auctoribus bene multis praedicetur. Apum ea quoque eſt ratio, vt ſocietatem non modo ſuis habitaculis incluſae, ſed et libero aëre verſantes adament; qua de cauſſa arbores, vel ambulacra, ſepes viuas et plantationes auidius longe, quam ſtirpes diſperſas quaerunt. Notatu dignum eſt, quod in ſalicis genere fere toto, vti et in populo tremula, flores maſculos in vſum vnice vertant. Quae animaduerſio ad diſſidia auctorum, de ſalicum pro apibus vtilitate, dirimenda, facere poteſt. Serratulam aruenſem, ſpretiſſimam alias ſtirpem, apibus Cl. Auctor acceptiſſimam reperit; et quoniam haec in aruis, piſo conſitis, copioſa valde eſt, errorem enatum arbitratur quorumdam, qui piſi culturam in apum vſum impenſius commendant.

p. 15. p. 18. p. 19. p. 20.

Pacatum aërem apes requirunt; hinc ad ſyluas et nemora ſeſe crebrae conferunt. Nec calor eas ad munus ſuum peragendum excitat, vtpote quum, ſub eodem caloris gradu vere longe magis aſſiduae, quam autumno reperiantur. Sponte igitur promanat,

p. 21.

nat, plantas vernales maius longe commodum autu-
p. 22. mnalibus afferre. Plures plantae ſunt, quarum mel vel cera, nec vehementiſſima pluuia vitiatur, ſed quas, pluuia ceſſante, mox iterum apes appetunt. Valet hoc de iis praecipue, quae floribus nutantibus et pendulis vt geum riuale, vaccinium vliginoſum, aquilegia vulgaris, inſtruuntur. Prout verticillatae plantae et diadelphae ſua ſtructura contra pluuiae iniuriam ſatis muniuntur.

Hortos, horaeis fructibus deſtinatos, conuenientiſſimos apum culturae Noſter iudicat, a quibus prunum auium, apibus gratiſſimam praecipue non vult
p. 25. excludi. Ambulacra his ſupparia ſunt, ſed ſeligendae ſtudioſe arbores. Acer ideo platanoides, populus tremula et quidem mas, crataegus oxyacantha, lonicera xyloſteum praerogatiuam merentur. Corylus auellana et tuſſilago farfara primae plantae ſunt, ex quibus eſcam ſuam petunt.

p. 26. Etiamſi vero apes intra ſua habitacula munditiei cupidiſſimae ſunt: nihilominus tamen foetentes ſtirpes, prout cynogloſſum officinale, antirrhinum linanariam, ledum paluſtre aliasque eiusdem indolis non ſpernunt. Quin ne latrinarum quidem viciniam
p. 27. repudiant. Mucor vero eryſiphe, ſiue ros ſic dictus melleus, nunquam in deliciis apum fuit, etſi multos Auctor, prout in aliis, contradicentes habeat. Eos flores, quorum nectaria ita conſtructa ſunt, vt ſua lingua ad fundum pertingere nequeant, perforare ſolent apes, quod in linaria, aquilegia et aliis ſaepe oculis vſurpatur.

p. 30. Ex calendario florum Ill. a LINNÉ ſuccedentes ſibi mutuo ſtirpes, in vſum apum Cl. Auctor determinat et exemplis tuſſilaginis farfarae, echinopis ſphaerocephali et centaureae cyani eruptionem florum in caulibus ſenſim, pro apum indigentia, factam illuſtrat. Attentione quoque dignum exiſtimauit

Cl.

Cl. Auctor puluerem, qui vel fronti vel pectori apum ex ſtirpium variarum vſu adhaeſit, eiuſque colorem deſcripſit. Larua vero quaſi obductae apparuerunt, ex lauatera Thuringica reduces.

Mirum illi videtur, quod ex multis ſtirpibus, etſi polline copioſo ſcatentibus, myrica gale, alcea roſea, lilio bulbifero aliisque, ceram tamen nullam parent. Ita et aliae, vt tropaeolum maius, lathyrus odoratus, lychnis chalcedonica cet. ab iis repudiantur. Quorum omnium ratio a ſingulari guſtu et peculiari quadam lege, qua apes reguntur, repetenda eſt. p. 34.

VII.

Noua variolis medendi methodus. Cum ſpecimine obſeruationum miſcellarum, rem medicam illuſtrantium. Auctore IOANNE FRIDERICO CLOSSIO, M.D. Trai. ad Rhen. apud R. de Meyere et Io. a Schoonhoven 1766. 8. pl. 9. ſine praefatione.

Continet hic libellus, qui et germanice editus eſt *) nouam per veſicatoria variolarum medelam, cui dein viginti et nouem medicae ſunt additae obſeruationes, ac denique proponitur ius ſummorum magiſtratuum inſitionem variolarum imperandi, vbi Cl. Auctor ad dubitationes, ab amico quodam cum eo communicatas, reſpondit et has ſoluit quaeſtiones: num ſummi magiſtratus hoc ius habeant? num ſine ciuium iniuria eos cogere liceat? et tandem, num variolae ſine ſummo vitae periculo inuitis inſeri poſſint?

*) JOHANN FRIEDRICH CLOSSENS *neue Heilart der Kinderpocken, nebſt einem Verſuche vermiſchter Beobachtungen zur Erläuterung der Arzneywiſſenſchaft. Aus dem Lateiniſchen überſetzt. Ulm* 1769. 8.

p. 11. Suadet Cl. Auctor veſicatoria mox ab initio eruptionis variolarum, quae ſequentem in modum ab eo praeparantur et adhibentur. Inducit nimirum emplaſtrum meliloti ſeu alius emollientis, aceto ſcillitico ſubactum, ſuper alutam, eamque cantharidibus, recenter in puluerem redactis, largiter conſpergit. Acetum ſcillicitum addit ideo, quod acida omnino veſicatoriam cantharidum augeant virtutem, minime vero vti alii opinantur, eam infringant. Id quod Noſtro aeque abſonum videtur ac veterum tentamina opii corrigendi, additis pipere, zingibere, zedoaria, ſcilla, euphorbio aliisque. Hoc veſicatorium applicat pedibus, idque ſtrictius adligat pedi faſciolis aptis, limbo alutae ſuperiori et inferiori traiectis, et vulnus per totum morbi decurſum apertum ſeruat.

p. 20. Conclaue aegri bene ordinato, victuque eius, vbi animalem prorſus reiicit, praeſcripto, veſicatoriorum commoda expendendo affirmat Cl. Auctor: illa febrem variolarum primum tollere vel inſigniter mitigare, eruptionem exanthematum promouere eorundemque regreſſum impedire, parcius illas provenire, a facie arcere, oculos ab omni iniuria defendere, nitorem vultus ſincerum integrumque conſervare, febrem ſecundam vel omnino praecauere, vel mitiſſimam reddere et tandem, quae ſequuntur variolas, praepedire.

p. 21. Cantharidum actionem obſcure huc vsque explicatam eſſe, cum Cl. TISSOTO exiſtimat. Id quod patere Noſtro videtur ex vario earum effectu et plane interdum ſibi contrario, vt dyſuria et iſchuria per eas, externe applicatas, excitata, contra vero diureſis largiſſima ab iis, interne ſumtis, a Noſtro aeque, ac a HUXHAMO obſeruata. Quapropter iis non phyſicam, ſed mechanicam quandam tribuit actionem, quae in humorum diſſolutione et attenuatione

tione cernitur, indeque et vim, febrim mitificantem, declarat. Nimia enim humorum ſpiſſitudo eorumdemque lentor eſt febris varioloſae cauſſa, quibus per cantharides ſublatis, febrim ceſſare ſeu valde imminutam eſſe oportet. Reliqua cantharidum commoda, a Noſtro commemorata, conſpiciuntur praecipue in eo, quod humores, varioloſo vitiati miaſmate, iis externe applicatis et cutem irritantibus, ex corpore eliciantur et a nobilioribus ad minus nobiles partes deriuentur. Quam ob cauſſam morbos, ſuperatis variolis, ſaepe oborientes, eas arcere poſſe autumat, quos reduxit cum Cl. TISSOTO ad has tres ſpecies, nimirum primo ex virium imbecillitate, deinde ex puris relicti metaſtaſi et decubitu, et tertio ex cuiuſdam partis laeſione. Nihilominus tamen omnem medicamentorum vſum poſt variolas vetat, imo eccoprotica vel cathartica, variolis deſquamatis, ipſe exhibuit et pro rei neceſſitate quoque repetiit. Morbo toto varioloſo finito, tandem vulneris, ſuris inflicti, curam gerit illudque, ſi opus eſt, emplaſtris ſaturninis ſeu myrrhae eſſentia, ſine ſale alcalino parata, ſanat.

Iam quaedam, ex obſeruationibus medicis, a Noſtro collectis, addamus. Mulier ſexaginta ſeptem annorum, catamenia, quae decimo ſexto aetatis ſuae anno fluere inceperunt, adhuc experta eſt, nec non aliam cognovit Cl. Auctor, vbi in quinquageſimo nono anno menſes ceſſarunt. p. 78.

Vidit porro ventriculum, flatu diſtentum, cylindri formam habentem, ſine vllo arcuum veſtigio, cuius medium corpus perfecte teres, tenuiſſimum et ita anguſtum fuerat, vt diameter ipſius plus dimidia parte naturali minor eſſet. In alia femina, perpetuo vomente, mortua, reperit ventriculum collapſum et valde contractum; quo inciſo, totus eius fundus ſcirrhoſus, craſſisſimus et ita anguſtus, ne p. 81. p. 83.

 acies

acies cultri anatomici penetrare poſſet, inueniebatur. Ac miratur Noſter, Cl. DE SAUVAGES in noſologia ſua methodica hoc morborum, ex mala ventriculi conformatione proficiſcentium, genus plane omiſiſſe, cum tamen FORESTUS ad eius rotunditatem et anguſtiam iamiam reſpexerit.

p. 88. Fecit porro cuiusdam viri mentionem, qui per menſem quater modo aluum exonerabat, ac quidem ſingulae hebdomadis die mercurii. Foeces fuerant ſemper copioſiſſimae et bene compactae, ceterae vero excretiones non erant multum largiores. De reliquo ſanus erat hic vir et ſe a puero, quantum liceat reſpicere tempus praeteritum, hac alui pigritia laboraſſe, Noſtro affirmauit.

p. 102. Vidit Cl. Auctor puerum, qui, quoties incaleſcebat, in ſingulis dextri lateris partibus a capite vsque ad calcem rubebat, madebat et ſudabat, in ſiniſtro autem nec vlla coloris et caloris percipiebatur mutatio.

p. 127. Salicis albae corticem Peruuiani loco variis in morbis, vbi ille laudatur, multo cum fructu adhibuit Cl. Auctor, ac inprimis quidem ad vomitum ſedandum, ventriculum roborandum et ad lumbricos depellendos prodeſſe dicitur. Pari modo eum in puluere exhibuit, vti Peruuianum ſolent dare medici.

p. 131. Tuſſi ferinae infantum ſulphur antimonii auratum medetur. Dedit hoc nimirum infanti, qui diu ea laborauerat variaque bechica medicamenta nec non alia acceperat et, largo ac foetido ſudore excitato, ab ea liberabatur. Adſcribit propterea cum aliis ſulphuri vim antiſpaſmodicam, tum vero, cum materia quaedam acris, per cutem eliminanda, ſpaſmos excitat ideoque illud in exanthematibus, vel aegre prodeuntibus, vel ad internas partes regredientibus, ſuadet.

VIII.

MAXIMILIANI LOCHER, medici Viennenſis in noſocomio ad S. Marcum et in orphanotrophio phyſici, obſeruationes practicae circa inoculationem variolarum in neonatis inſtitutam. Vindobonae, typis Io. Thom. Nobil. de Trattner, 1768. 8. pl. 3.

Cl. LOCHER ratione inſitionis variolarum aliquid tentauit, quod nemo ante eum auſus eſt. Dedit enim infantibus, nouiter natis, per inſitionem variolas, cui tentamini felix exitus non aduerſatus eſt. Communicauit initio ſuum propoſitum in epiſtola, opuſculo praemiſſa, cum Cl. STOERCKIO, eiusque hac de re ſibi expetiit conſilium, quod hic ei in adiecta erudita reſponſione omni candore exhibuit. Rationes, quas Cl. STOERCKIUS addidit, vt neonatos inſitioni, prae adultioribus, ſubiiciat, ita comparatae ſunt, vt omnem mereantur attentionem. Si enim, inquit, vera ſunt, quae inſitionis patroni in genere pro inſitione proferunt, certe ea in nouiter natis inprimis commendanda eſt. Omnia alia argumenta vilipendenda ſunt, ſi experientia tantum reſpondet, haec enim ſola hac in cauſa audienda eſt. Eligantur tantummodo infantes ſani, et a meconio rite purgati. Omnes in arte medica experti vno quidem ore huc vſque contenderunt, inſitionem non tentandam in infantibus, antequam ſecundum aetatis annum tranſigerint. Cl. vero STOERCKIUS aliam hac in re fouet ſententiam et inſitionem potius in nouiter natis, quam in adultioribus, infantibus eſſe inſtituendam, graues ob rationes cenſet ſequentes: a) quod infantibus in primo a natiuitate menſe pauciores infirmitates eueniunt, praeſertim ſi meconio debito modo fuerint repurgati:

b) quod

b) quod variolae naturales multos occidunt infantes, antequam ſecundum aetatis annum ſuperauerint, eo citius igitur ab hoc periculo liberandi: c) quod nouiter nati felicius ferunt inſitas variolas, quum primo menſe plerumque dormiunt, neque a cauſis externis facile afficiuntur et medicamenta, ſi opus, licet rariſſime, habeant, quum ſola natura tum ſufficiat, ſine difficultate deglutiunt: d) quod forma faciei certius in tenellis conſeruatur: e) quod nulla diaetae ratio habenda, quum ſolum lac maternum illis praebeatur.

Suadet deinde, vt inciſio ſecundum nouam methodum fiat, lanceola, cuius apex pure varioloſo tantum madeat, eo in loco, vbi ad brachium fonticuli ponuntur, ſola epidermide perſciſſa; quemadmodum etiam vnam, longiorem tamen, inciſionem ſufficere arbitratur. Denique auctor ei ſuaſorque eſt, vt aliquos ex infantibus, qui variolas artificiales feliciter ſuperarunt, poſt aliquos menſes denuo inſitioni ſubiiciat; alios vero in eundem lectum ponat, vbi variolis naturalibus laborantes decumbunt, vt videat, an ſecunda vice infici queant?

p. 13. Obtento prudenti hoc conſilio, Cl. LOCHER ſtatim ſe ad opus accinxit et ſex infantes, quorum aetate maximus octodecim dies, minimus vero quatuor dies habuit, inoculationi ſubiecit, qui etiam omnes variolis infecti fuere et, durante morbo, vti ex diario adiecto adparet, ſatis bene ſe habuerunt, excepto vno, tertio in ordine, qui die poſt opera-
p. 19. tionem decimo quinto, poſtquam variolae fere ſiccatae fuerunt, alui profluuio mortuus eſt, reliqui vero feliciter euaſerunt. Talis fuit exitus primae inſitionis. Hac occaſione Cl. Auctor aliud periculum fecit. In eodem cubili, quo inoculati detenti fuere, alios quinque infantes neonatos incluſit, vt videret, an inde afficerentur. Poſt aliquot dies omnes

omnes hi quinque infantes variolis et quidem copioſoribus correpti fuere, longeque magis aegrotarunt, quam illi, qui arte infecti ſunt. Nullus tamen ex iis morbo occubuit. Reiterauit inſitionem p. 21.
in ſex aliis infantibus nouiter natis, iunioribus tamen praecedentibus. In his omnia bene ſucceſſere, nullusque eorum mortuus eſt. Repetiit hanc operationem tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima et octaua vice, optimo cum ſucceſſu, ita, vt ſex ſeptimanarum ſpatio triginta quatuor infantes inoculaverit, ex quibus duo morti occubuerunt, vnus autem, infans aliquot tantum horarum, nec inſitione nec contagio, licet ſemper cum iis, qui variolis laborabant, in eodem cubili eſſet, affectus eſt. Vbi hoc tantum mirati ſumus, Cl. Auctorem tam tenellos infantes, aliquot modo horarum, elegiſſe, qui in partu praegreſſo multum neceſſario perpeſſi ſunt, inſuperque meconio non ſatis repurgati eſſe potuerunt. Hac annotatiuncula Cl. Auctori minime oneri eſſe volumus; exitus enim probauit, nihil mali infantulo inde eueniſſe. Hic caſus potius nobis occaſionem praebuit notandi, experientiam non ſemper reſpondere noſtris ratiociniis, hinc rationem adaptandam eſſe experientiae, non vice verſa.

In fine Cl. Auctor quaedam conſectaria adne- p. 44.
ctit, quae ex praemiſſis obſeruationibus collegit. Primum adnotat: infantes hos tenellos durante morbo varioloſo vix aegrotaſſe: deinde, omnes habuiſſe variolas diſcretiſſimas plerumque paucas, nullas confluentes; licet tempore variolarum manſerint in cubili, vbi fere ſemper viginti quatuor, vel viginti ſeptem puerperae decubuerunt, vnde aer nequaquam purus eſſe potuit: Tum, nouiter natos minime tantum paſſos eſſe ab inſitione, ac illos, qui adultiores fuere: tunc, quibus ex lactis coagulo ſuperuenerunt tormina et alui fluxus, his lapidibus

can-

cancrorum et ſyrupo cichorii cum rhabarbaro et, pro re nata, etiam ſyrupo diacodii, ſuccurriſſe: poſtea, quibus aluus non quotidie ſoluebatur, his vel enema iniici curaſſe, vel exhibuiſſe ſyrupum purgantem: tandem, quamuis nonnulla vlcera ex inciſione fuerint calloſa et ſatis profunda, tamen omnia intra paruum tempus feliciſſime fuiſſe curata.

Haec ſunt, quae in vtiliſſimo hoc libello notatu digna inuenimus. Expectamus adhuc a Cl. Auctore, vt, ad conſilium, quod ei Cl. STOERCKIUS in epiſtola praemiſſa dedit, periculum cum inoculatis et feliciter e morbo emerſis, faciat, eosque eidem operationi denuo ſubiiciat, vel in lectum ponat, vbi variolis naturalibus laborantes decumbunt, vt certiores fiamus, an ſecunda vice poſſint infici.

IX.

Hiſtoire naturelle générale et particuliere avec la deſcription du cabinet du Roi. Tome quatorzieme. A Paris de l'imprimerie royale. 1766. 4. alph. 2. pl. 6. tabb. aen. 41.

i. e.

Hiſtoria naturae vniuerſalis et particularis vna cum deſcriptione muſei regii. Tomus XIV cet.

In hoc tomo de ſimiis, papionibus et cercopithecis agitur, primoque nomenclatura et characteres horum animalium generales definiuntur. *Singe* ſeu *ſimia* nomen genericum eſt, quod inſigni numero
p. 1. ſpecierum valde diuerſarum imponitur. Simiae ſtricte ſic dictae, nunquam in America reperiuntur, inprimis ecaudatae, eae contra, quae ſub ſimiarum Americanarum nomine veniunt, in nullo alio loco,

quam

quam in America occurrunt. At ſimiae nomen proprie illis tantum competit animalibus, quae absque cauda ſunt, quibus facies plana, dentes, manus, digiti et vngues, vt in homine ſunt, quaeque, hominis inſtar, pedibus erecta incedunt. Veteres vnius tantum ſpeciei mentionem faciunt, quae Graecis πιθηκος, Latinis vero *ſimia* vocatur. Veterum *pithecus* homini quidem quoad interiora et exteriora admodum ſimilis eſt, ſed multo minor deprehenditur. Poſthac autem temporibus recentioribus alia ſpecies detecta eſt, quae aeque longa et fortis, vt homo eſt, eundemque ardorem erga feminas humanas, quem erga ſuas femellas, habet et homini perfecte ſimilis eſt, atque ab Indianis *orang-outang*, i. e. homo ſylueſtris vocatur. Duabus his ſpeciebus tertia adnumeratur, quae tam reſpectu hominis quam ſimiae deformis eſt et *gibbon* ſeu *cephus* nominatur. Tribus his ſpeciebus ſimiae nomen vnice competit. Alia familia ſub nomine generico *babouin* ſeu *papionis* indicatur. Hoc animal, a ſimiis diuerſum, cauda eſt abbreuiata, facie elongata, roſtro largo et ſimo, dentibus laniariis, pro ratione corporis maioribus, quam in homine et natibus calloſis conſpicuis notatum. Huius tres numerantur ſpecies: 1) *papio* ſtricte ſic dictus, ab ARISTOTELE *ſimia porcaria* vocatus; 2) *mandrill;* 3) *ouanderou.* Ordine nunc ſequuntur *cercopitheci*, qui tertiam familiam conſtituunt. Hi ſimiis ſeu papionibus ſimiles ſunt, ſed cauda elongata ab iis inprimis ſe diſtinguunt. Nouem eorum ſunt ſpecies: 1) *macaque*, 2) *patas*, 3) *malbrouk*, 4) *mangabey*, 5) *mone*, 6) *callitriche*, 7) *mouſtac*, 8) *talapoin*, 9) *douc.* Tribus his familiis, a ſe inuicem valde diuerſis, duae aliae familiae accenſentur, quae, cum manibus et digitis inſtructa ſint, ſimiae quoque nomen obtinuerunt. A tribus autem prioribus generibus in multis valde differunt, neque in Aſia, neque in

Africa,

Africa, ſed in America tantum occurrunt. Haec a Noſtro *ſapajous* et *ſagouins* vocantur, eorumque hiſtoria in volumine decimo quinto traditur. Animalia haec a prioribus maxime diuerſa ſunt, atque ſequentibus inprimis characteribus ab illis diſtinguuntur. In tribus prioribus nimirum generibus nates glabrae et calloſae, deinde buccae ſeu burſae ſub malis deprehenduntur, in quibus alimenta aſſeruare poſſunt: porro ſeptum narium anguſtum, tandemque orificia narium ſubtus aperta, vt in homine, reperiuntur. Cum autem nullus horum characterum in *ſapajous* et *ſagouins* ſit, animalia haec plane a prioribus diuerſa eſſe, colligendum eſt. Ex his itaque apparet, triginta eſſe animalium ſpecies, quibus nomen ſimiae impoſitum eſt: tres nimirum ſimiae, vnaque ſpecies intermedia inter ſimiam et papionem; deinde tres papiones, vnaque ſpecies intermedia inter papionem et cercopithecum; porro nouem cercopitheci, tandemque ſeptem *ſapajous* et ſex *ſagouins*. Reliqua non niſi pro varietatibus harum ſpecierum habenda ſunt.

p. 28. Haec ſunt praecipua, quae ex generali hac conſideratione decerpere licuit: addimus adhuc pauca. Si ſimia anatomice diſquiritur, anatomia fere hominis tradi poteſt. Licet autem ſimia homini ſimilis ſit, brutorum tamen animalium indoli adeo accedit, vt a primo ortus momento ſtatim cognoſci poſſit. Citius multo creſcit, quam infans, matrisque auxilium primis tantum menſibus ei neceſſarium eſt. Educatio eius cum aliorum animalium educatione conuenit. Simia homini magis quoad corpus et membra, quam quoad vſum eorum ſimilis eſt. Omnes ſimiae actiones ab educatione eius, quae mere animalis eſt, pendent; ridiculae eae, abſque vllo fine et diuagantes eſſe videntur. Natura eius viuida eſt, temperamentum calidum, indoles petulans; omnes eiuſdem mores exceſſiui et motibus maniaci

potius,

potius, quam actionibus hominis et animalis tranquilli ſimiles ſunt: indocile inſuper animal eſt, ad blandimenta inſenſibile, et caſtigatum tantum obedit, atque carcere quidem contineri, ſed nunquam inter domeſtica animalia ali poteſt. Simia itaque magis quam plurima alia animalia quoad qualitates relatiuas ab homine remota eſt, a quo etiam reſpectu temperamenti maxime differt. Homo enim in omnibus climatibus viuere, genusque ſuum propagare poteſt; ſimia difficulter in regionibus temperatis vitam viuit, et in calidiſſimis tantum regionibus ſe propagat. Itaque ſimia animal tantum eſt ſub larua humana, intellectu autem et omnibus, quae hominem faciunt, orbatum: animal porro eſt, quod reſpectu facultatum relatiuarum pluribus aliis cedit. Indole quoque, temperamento, atque duratione temporis ad educationem, geſtationem et incrementum corporis, neceſſarii ac vitae denique ipſius, paucis, quoad omnes mores resque reales, quae naturam entis cuiusdam conſtituunt, eſſentialiter ab homine differt.

1) *Orang-outangs.* Hoc nomine indico duo p. 43.
animalia inſigniuntur, quorum alterum *pongo*, homo (*troglodytes*) nocturnus LINN. alterum vero *jocko*, ſimia (*ſatyrus*) ecaudata, ferruginea lacertorum pilis reuerſis naſibus tectis LINNAEO vocatur. Eadem haec animalia a quibusdam quoque nomine *barris* et *drill* inſigniuntur. *Barris* idem ſignificat, quod *pongo*, hocque magnus *orang-outang* eſt; *drill* autem idem eſt, quod *jocko*; atque paruus *orang-outang* Noſtro dicitur. Differt *orang-outang* ab homine naſo, minime prominente, fronte nimis breui et mento in baſi non eleuato. Aures eidem ſunt, pro corporis proportione, nimis magnae, oculi ſibi inuicem nimis appropinquantes, ſpatium inter naſum et os nimis magnum; crura, habita pro-

portione, nimis breuia, brachia nimis longa, pollices nimis parui, palma manus nimis longa nimisque denſa, pedes magis manibus ſimiles, quam pedes humani. Partes generationis externae in maſculo ab homine in eo differunt, quod in praeputio nullum frenulum ſit; partes vero foemineae vt in humana foemina apparent. Interna quoque ſtructura idem animal ab homine iterum differt. Sunt enim in illo coſtae tredecim, vertebrae colli breuiores, oſſa peluis anguſtiora, lumbi planiores, orbitae oculorum profundiores. Prima vertebra colli nullam apophyſin ſpinoſam habet; renes rotundiores ſunt; vreteres, veſica vrinaria et veſicula fellea anguſtiores et longiores apparent. Reliquae partes omnes adeo cum hominis partibus conueniunt, vt mirum ſit, cur a tam ſimili conformatione, ſimilique organiſatione non aeque ſimiles producantur effectus. E. g. lingua et organa loquelae cum humanis conueniunt, neque tamen *orang - outang* loquitur; cerebrum eandem formam eandemque proportionem habet, neque tamen cogitat. *Eſtne*, inquit Cl. BUFFON, *hoc argumentum euidentiſſimum, quod materia ſola, licet perfecte organiſata ſit, neque cogitationes, neque loquelam, quae ſignum earum eſt, producere poſſit, niſi per principium quoddam ſuperius animata ſit?* In nullo animali, niſi in homine et *orang - outang* nates et ſurae deprehenduntur, manifeſto indicio, quod erecti incedere debeant; in nullo etiam, niſi in homine et *orang - outang* pectus amplum, ſcapulae planae et vertebrae in vtrisque pari modo conformata deprehenduntur. Soli etiam cerebrum, cor pulmones, hepar, lienem, pancreas, ventriculum, inteſtina ſimili modo conformata habent, neque in vllo animali, niſi in iiſdem, proceſſus vermiformis inteſtini coeci reperitur. Paucis, *orang - outang* homini magis, quam vlli alii animali quoad partes ſimile eſt. Praeterea

in

in adiecta nota, anatomia ſimiae, a Cl. TYSON et COWPER inſtituta, traditur, ex qua videre licet, quae ſit inter hominem et *orang-outang* ratione internae fabricae ſimilitudo. Ceterum huic animali nulla ſub malis burſa eſt, nulla cauda, calloſitates in natibus nullae; nates tumidae et carnoſae ſunt; dentes omnes, hominis dentibus ſimiles; facies plana, nuda, fuſca; aures, manus, pedes, pectus, venter pilis carent; caput pilis tectum, qui, vt crines, ad tempora vtrinque deſcendunt; dorſum et lumbi pilis quidem, ſed non copioſis, obſiti; longitudo animalis quinque vel ſex pedes eſt; pedibus erectum incedit. Num foemina menſtruata ſit, Cl. BUFFON affirmare quidem nequit, ſed ex analogia hoc coniiciendum eſſe, putat. Ex deſcriptione anatomica, quam dedit DAUBENTON nihil addimus, cum praecipua a Cl. BUFFON hinc inde notata decerpere licuerit.

2) *Pytheque;* ſimia ſimpliciter dicta RAIO, ſimia ſyluanus LINN. in Aſia, Lybia aliisque Africae provinciis obuia et frequens eſt. Caudam nullam habet; dentes canini, habita proportione, non maiores quam in homine ſunt; facies plana, vngues plani et rotundi, vt in homine. Pedibus erecta incedit; pedem vnum cum dimidio longa eſt; a natura mitis cicurari ſe patitur. Vox eius *chinchin* eſt; hinc ab incolis harum terrarum *chinchin* vocatur. Veteres foemellas menſtruatas dixerunt, et Cl. BUFFON id ex analogia coniicit. p. 84.

3) *Gibbon;* cephus, ſingulare hoc animal in India orientali, Coromandel inprimis, Malacca et inſulis Moluccenſibus occurrit. Cauda ei nulla eſt, nates caluae et aliquantum calloſae; facies plana, fuſca et circulo pilorum gryſeorum circumdata; dentes canini, habita proportione maiores, quam in homine; aures nudae, nigrae et rotundae, pili pro ratione aetatis et ſexus fuſci vel gryſei; brachia inſignem p. 92.

 longi-

longitudinem habent, cum ea longitudinem totius corporis aequet. Haec ſimia pedibus poſterioribus erecta incedit. Duos pedes cum dimidio vel tres longa eſt. Foemina menſtrua patitur. Vertrebrae dorſales duodecim totidem coſtae, vertebraeque lumborum ſex numerantur. Os ſacrum ex vertebris ſpuriis tribus conſtat.

p. 109. 4) *Magot;* cynocephalus ARISTOT. Pertinet ad ſimiam (*ſyluanum*) ecaudatam, clunibus tuberoſo-calloſis LINN. aut rectius ad ſimiam (*inuum*) ecaudatam, natibus caluis, capite oblongo eiuſdem auctoris. Haec inter omnes ſimias regionibus temperatis optime aſſueſcit. Captiuum animal ſemper triſte et ſordidum eſt. Motus eius proterui, mores rudes et vultus magis deformis, quam ridiculus, apparent. Carne cruda, caſeo rebusque fermentatis exceptis, eſcam quamcunque ingurgitat. Catenis idem vincire, ſemper opus eſt. Reperitur in Tartaria, Arabia, Aethiopia, Malabaria, Barbaria, Mauritania vſque ad promontorium Capitis bonae ſpei. Caudam nullam habet, licet parua quaedam pars cutis caudae veſtigium praebeat. Burſae ei ſub malis ſunt et ad nates calloſitates prominentes. Dentes canini, habita proportione, multo longiores humanis, facies in roſtrum elongata, cani maiori ſimilis, hirſuta, corpus pilis ex fuſco virideſcentibus et venter ex flauo albicantibus veſtitus apparet. Pedibus poſterioribus erectum, ſaepius tamen quatuor incedit. Tres pedes ſeu tres cum dimidio longum eſt. Foeminae menſtruatae ſunt. Inteſtinum coecum et colon plures burſas formant. Numerus dentium idem eſt, ac in homine, ſed figura diuerſa. Vertebrae dorſales duodecim, et totidem vtrinque coſtae; vertebrae lumborum ſex ſunt. Os ſacrum ex vertebris ſpuriis tribus et coccygis os ex duabus conſtat.

5) *Pa-*

5) *Papion*, ſeu *babouin*. Papio GESNERI. Simia (*ſphinx*) ſemicaudata, ore vibriſſato, vnguibus acuminatis LINN. Animal hoc ferox quidem, neque tamen carniuorum eſt, ſed fructibus inprimis, radicibus et ſeminibus viuit. Forte et agile eſt, et admodum libidinoſum. Burſas ad malas habet et ad nates, quae nudae ſunt et coloris ſanguinei, calloſitates amplas; cauda ſeptem vel octo pollices longa eſt. Dentes canini pro corporis ratione longiores et craſſiores, quam in homine; roſtrum valde craſſum et longum; aures nudae, neque marginatae; corpus robuſtum, partes genitales nudae, coloris carnei, pili longi et denſi, coloris ex fuſco rufeſcentis. Saepius quatuor quam duobus pedibus incedit. Erectum animal tres quatuorue pedes longum eſt; dantur autem et maiora adhuc et minora. Foemellae menſtruatae ſunt. Inteſtinum coecum craſſum et breue eſt et figuram conicam habet. Veſicula fellea valde elongata eſt. Vertebrae dorſales tredecim et vtrinque totidem coſtae et vertebrae lumborum ſeptem numerantur. Os ſacrum ex vertebris ſpuriis tribus et cauda ex duodecim conſtat. p. 133.

6) *Mandrill;* ſimia (*maimon*) LINN. a quo auctore falſo ad cercopithecos refertur*). Hoc animal inter ſimias et papiones, excepto *orang-outang*, maximum in prouinciis meridionalibus Africae occurrit. Papione fortius, ſed tranquillius minusque ferox eſt. Sunt ei burſae ſub malis et calloſitates ad nates; cauda duos tresue pollices longa; dentes canini pro ratione corporis craſſiores et longiores, quam in homine; roſtrum valde craſſum et longum; buccae vtrinque rugis longitudinalibus profundis ſulcatae; facies nuda, coloris coeruleſcentis, aures p. 154.

 aeque

*) Optimam huius animalis deſcriptionem dedit Cl. ALSTROEMER in actis Acad. ſuecic. Vol. XXVIII. *Mormon* ab eo vocatur.

aeque ac interiores partes manuum pedumque nudae; pili longi, in corpore ex fuſco rufeſcentes, in pectore et ventre gryſei. Saepius duobus et interdum quatuor pedibus incedit. Erectum quatuor pedes vel quatuor cum dimidio longum eſt. Dantur etiam maiora. Foeminae menſtruatae ſunt. Coecum inteſtinum in ſiniſtro latere ſitum habet, vnde colon dextrorſum excurrit, et ſiniſtrorſum recurrit. Veſicula fellea formam pyri habet. Dentes huius animalis, vt in *magot*, ſunt, exceptis inciſiuis mediis maxillae inferioris, duobus reliquis maioribus. Vertebrae et coſtae, vt in *magot*, comparatae ſunt.

p. 169. 7) *Ouanderou;* ſimia (*ſilenus*) caudata, barbata corpore nigro, barba nigra (an non potius niuea?) prolixa LINN: et *lowando;* ſimia alba ſeu incanis pilis barba nigra promiſſa, elwandum Zeylanenſibus RAII. Simia (*veter*) LINN. Vtrumque animal vna eademque quidem ſpecies, ſed varietas diſtincta et conſtans Noſtro eſſe videtur. Primum enim corpus pilis fuſcis et nigris vna cum crinibus copioſis et albis et barba magna pariter alba, alterum autem corpus albeſcens, cum crinibus nigris et barba nigra, habet. Datur adhuc tertia varietas, quae in toto corpore alba eſt. Animalia haec ad papiones pertinent, et ferocia ſunt, easdemque vires habent; in ſtatu libero valde effrena ſunt, ſyluasque inhabitant. Sunt eis burſae ſub malis et calloſitates ad nates; cauda ſeptem vel octo pollices longa; dentes canini longiores et craſſiores, quam in homine; roſtrum craſſum et elongatum; caput crinibus largis et barba magna veſtitum, corpus longum verſus inferiora gracileſcens. Pedibus ſaepius quatuor, interdum tamen duobus incedunt. Erecta tres pedes ſeu tres cum dimidio longa, foeminaeque menſtruatae ſunt.

8) *Mai-*

8) *Maimon;* ſimia (nemeſtrina) LINN. hoc animal in prouinciis Indiae meridionalis obuium ſpeciem intermediam inter papiones et cercopithecos ſiſtit. Papionibus enim roſtro magno et amplo, atque cauda breui et arcuata; corporis vero forma et moribus lenioribus cercopithecis ſimile eſt. Hoc animal ſub malis burſas habet, ad nates calloſitates, caudam nudam arcuatam, quinque vel ſex pollices longam; dentes pro ratione corporis non maiores quam in homine ſunt; roſtrum praeterea valde amplum, orbitas oculorum prominentes, faciem, aures, manus, pedesque nudos, coloris carnei, corpus pilis ex nigro oliuaciis, et ventrem ex flauo rufeſcentibus veſtitum habet. Mox quatuor mox duobus pedibus incedit. Erectum duos pedes ſeu duos cum dimidio longum eſt. Foeminae menſtruatae ſunt. Inteſtinum coecum longius quam in homine eſt, nullo appendice vermiformi inſtructum. Tot dentes, quot *macaque*, habet, ſed figura diuerſos; duo enim dentes inciſiui medii ampliores ſunt, canini autem valde parui. Vertebrae dorſales, lumbares et coſtae, vt in *macaque*, ſunt. Cauda ex vertebris ſpuriis viginti, ſeu vna et viginti conſtat. p. 176.

9) *Macaque;* ſimia (cynomolgus) caudata, imberbis, naribus bifidis, elatis, clunibus tuberoſis LINN. et *aigrette* (aigula LINN.) Animalia haec in Africa meridionali reperiuntur; numeroſa ſunt, pluresque eorum dantur varietates. Inter omnes cercopithecos *macaque* papionibus ſimillimus eſt; mores tamen eius leniores ſunt. Caeterum animalia tam ſordida et cum aſpectu turpia ſunt, dum geſticulantur, vt abſque horrore et nauſea aſpici nequeant. Gregatim ſaepe ad furandos fructus et legumina incedunt. *Macaque* burſas habet ſub malis natesque calloſas, caudam octodecim vel viginti pollices longam, caput craſſum, roſtrum valde magnum, p. 190.

 faciem

faciem nudam, liuidam et rugoſam, aures villoſas, corpus breue et quadratum, crura breuia et craſſa. Pili partium ſuperiorum ex cinereo virideſcunt, pectus vero et venter ex griſeo flaueſcunt. Supra caput paruam criſtam piloſam habet; pedibus quatuor et interdum duobus incedit. Longitudo corporis vna cum capite octodecim ſeu viginti pollices eſt. Dantur autem et maiora et minora. Quod ad *aigrette* attinet, hoc non niſi varietas prioris eſſe videtur: tertiam partem minor eſt; loco criſtae in vertice capitis aculeus rectus et acutus deprehenditur; frons nigra et cauda longior eſt. Foemellae menſtruatae ſunt. Coecum inteſtinum in *macaque* breue, craſſum et conicum eſt; lingua ampla, craſſa. Dentes numero, forma et ſitu vt in *mandrill* et *papione* ſunt. Oſſa autem, vt in *magot*, ſe habent.

p. 208. 10) *Patas;* eandem regionem inhabitat, quam *Macaque*, eandemque fere magnitudinem habet, corpus tamen magis elongatum, faciesque minus turpis, pilique pulchriores ſunt; color enim eorum adeo rufus eſt, vt animal pictum eſſe videatur. Supra oculos taenia piloſa nigra ab vna aure ad alteram ſe extendit, in aliis autem eadem taenia piloſa alba eſt. Animali huic burſae ſub malis ſunt, natesque calloſae; vertex capitis planus, roſtrum longum, corpus elongatum, crura longa; pili in naſo nigri et ſupra orbitas taenia nigra; dorſum pilis rufis fere rubris, reliquae autem partes pilis ex griſeo flaueſcentibus veſtitae ſunt. Irritatum animal maxillas non mouet, vt reliqui cercopitheci. Plerumque quatuor, et interdum duobus pedibus incedunt. A fine roſtri ad ortum caudae vſque pedem vnum cum dimidio aut duos pedes longi ſunt. Foeminae menſtruatae ſunt. Ventriculus huius animalis paruus et oblongus eſt; coecum inteſtinum breue et conicum; veſicula fellea fere cylindrica; lingua craſſa

inque

inque apice rotunda. Vertebrae dorſales duodecim et vtrinque totidem coſtae ſunt. Cauda ex ſedecim vetebris ſpuriis conſtat.

11) *Malbrouck;* ſimia (*faunus*) LINN. et *bonnet-chinois*. Duo haec animalia varietates tantum eſſe videntur. In Bengala occurrunt. Arbores inhabitant; fructibus et plantis ſucculentis viuunt, ſique eſca haec deficit, inſecta deuorant et interdum ad fluviorum ripas ſe conferunt, piſcesque et cancros capiunt. Hoſtes eorum ſerpentes ſunt. *Malbrouck* burſas ſub malis, natesque calloſas habet. Cauda longitudine corporis cum capite eſt. Palpebrae coloris carnei, facies ex griſeo cinerea, oculi magni, roſtrum amplum et eleuatum, aures magnae et coloris carnei ſunt. In fronte taenia piloſa griſea eſt, ſuperiores vero corporis partes ex flauo fuſcae, reliquae ex griſeo flaueſcentes ſunt. Quatuor pedibus incedit et ab extremitate roſtri ad ortum caudae vſque pedem vnum cum dimidio longum eſt. Quod ad alterum animal, *bonnet-chinois* dictum, attinet, iſtud praecedentis varietas eſſe videtur, a quo differt, pilis in vertice ſub forma galeae planae in circulum diſpoſitis, caudaque pro ratione corporis longiore. Foemellae in vtrisque menſtruatae ſunt. Ventriculus magnus, inteſtinum coecum magnum, breve et figurae conicae obtuſae eſt. Lingua vt in papione. Vertebrae dorſales duodecim et vtrinque totidem coſtae ſunt. Cauda ex vertebris ſpuriis vna et viginti componitur. p. 224.

12) *Mangabey;* ſimia (*aethiops*) caudata imberbis, vertice pilis arrectis lunulaque frontis albis LINN., varietas ſcilicet ſimiae (*cephi*) eiuſdem auctoris. Animal hoc, quod inter lemures et cercopithecos intermedium eſſe videtur et in Madagaſcar occurrit, burſas ſub malis natesque calloſas habet. Cauda longitudine corporis cum capite eſt. Circa p. 244.

 oculos

oculos eminentia quaedam, et palpebrae ſuperiores ad modum albae ſunt. Roſtrum craſſum et longum eſt; ſupercilia ex pilis rigidis aſperiſque conſtant; aures nigrae fereque nudae ſunt. Pili in partibus ſuperioribus fuſci, inque inferioribus gryſei ſunt. Huius ſpeciei varietates dantur; ſiquidem aliae vnicolores ſunt, aliae autem circulum pilorum alborum ſub forma monilis circa collum, et ſub forma barbae circa genas habent. Quatuor pedibus incedunt. Ab extremitate roſtri ad finem caudae vſque pedem fere vnum cum dimidio longa ſunt. Foemellae menſtrua experiuntur. Ventriculus magnus eſt; coecum inteſtinum medio in loco lateris dextri ſitum occupat; lingua ampla et craſſa apparet. Sceleton huius animalis multum cum ſceleto ſimiae *patas à bandeau noir* dictae, conuenit.

p. 258. 13) *Mone;* mona, cercopithecus pilis ex nigro et rufo variegatis veſtitus, pedibus nigris, cauda cinerea BRISSON. Hoc animal inter cercopithecos vulgatiſſimum eſt, et non ſolum in calidiſſimis Africae et Indiae meridionalis regionibus, ſed etiam in Barbaria, Arabia, Perſia aliiſque prouinciis Aſiae occurrit. Veteribus iam notum ſub nomine *cebi* ſeu *cephi* deſcribitur. Viuidum neque ferox eſt; cicuratum tangi ſe patitur, carnemque panem et fructus, immo araneas, formicas et inſecta edit. Burſas ſub malis natesque calloſas habet. Cauda duos pedes longa eſt; caput paruum et rotundum, roſtrum magnum et breue, facies coloris carnei fuſci, (*baſanée*) eſt. Faſciam piloſam coloris gryſei in fronte et aliam nigram ab oculis ad aures, et ab auribus ad brachia vſque excurrentem habet. Barbae gryſeae ſpeciem oſtendit. Color corporis ex rufo et nigro variegatus, ſub ventre albus, inque cruribus et pedibus extrorſum niger eſt. Cauda colorem ex gryſeo fuſcum et ad ortum vtrinque duas maculas albas

albas habet. Pedibus quatuor incedit. Ab extremitate roſtri ad ortum caudae vſque pedem vnum cum dimidio longum eſt. Foeminae menſtruatae ſunt. Ventriculus rotundus, inteſtinum autem coecum magnum, breue, conicum inque extremitate rotundum eſt. Coſtas veras vtrinque nouem et ſpurias tres habet. Cauda ex vertebris ſpuriis quatuordecim conſtat.

14) *Callitriche;* ſimia (*ſabaea*) caudata, imberbis, flauicans, facie atra, cauda cinerea, natibus caluis LINN. Hoc animal in Mauritania occurrit, burſas ſub malis, natesque calloſas et caudam, corpore vna cum capite ſumto, longiorem habet. Caput paruum eſt, roſtrum elongatum, facies et aures nigrae, loco ſuperciliorum in inferiore parte frontis faſcia piloſa nigra, reperitur. Color in corpore viuide viridis cum flauo aliquantum mixtus, inque pectore et ventre ex albo flaueſcens eſt. Pedibus quatuor incedit. Longitudo corporis totius quindecim pollices eſt. Foemellae menſtruatae ſunt. Lingua longa, ampla et craſſa, apex vero tenuis eſt. p. 272.

15) *Mouſtac;* myſtax. In eadem regione, vbi *macaque* deprehenditur, occurrere, idemque animal eſſe videtur quod a peregrinatoribus *blanc-nez*, (naſus albus) vocatur. Animal hoc burſas ſub malis natesque calloſas et caudam, corpore longiorem, habet. Vnum de viginti ſeu viginti pollices longum eſt. Facies ex nigro coeruleſcit, ſubque naſo et in toto labio ſuperiori, quod in hac parte nudum eſt, magna et ampla macula ſub forma ſudis (*chevron*) apparet; margines tamen labiorum pilis nigris obſiti ſunt. Corpus breue et craſſum eſt. Sub auribus duo magni cirri piloſi, coloris viuide flaui, ſimilesque in capite deprehenduntur. Pili corporis ex cinereo virideſcunt; pectus et venter ex cinereo albeſcunt. Pedibus quatuor incedit, corpusque cum capite vnum p. 283.

vnum pedem longum eſt. Foeminae menſtruatae ſunt.

p. 287. 16) *Talapouin;* paruum hoc animal in Siamenſi regno, aliiſque prouinciis Aſiae orientalis, nec in America occurrere videtur. Argumentum ex eo deſumitur, quod burſas ſub malis natesque calloſas habet, qui characteres ſimiis, quas *ſagouins* vel *ſapajous* dicunt, non competunt, quippe, quae vnice illa animalia ſiſtunt, quae cum cercopithecis comparari poſſunt. Duos pedes dictum animal altum eſt, pilos admodum nigros cum barba alba habet et egregiam pellem largitur. Inteſtinum coecum craſſum, breue et conicum eſt; veſicula fellea oui oblongati figuram habet. Lingua ampla et craſſa eſt. Vertebrae dorſales duodecim et vtrinque totidem coſtae numerantur. Cauda ex vertebris ſpuriis viginti quinque componitur.

p. 298. 17) *Douc;* cercopithecus cinereus, genis, longis pilis, ex albo flauicantibus obſitis, torque ex caſtaneo purpuraſcente BRISSON. Animal hoc neque ſimia, neque papio, neque cercopithecus eſt, ſed ab omnibus aliquid oſtendit; tranſitum ad *ſapajous* facit, ſed ab iis differt, quod nunquam in America occurrit. Deprehenditur in Cochinchina. Nates calloſas non habet, quae potius vndique pilis obſitae ſunt. Cauda longa quidem eſt, ſed longitudinem corporis, cum capite computati, non habet. Facies rubra et pilis mollibus tecta eſt. Aures nudae eiuſdem coloris ſunt; labia fuſca ſunt, eundemque colorem oculorum orbitae habent. Pili colores admodum viuidos et valde variegatos oſtendunt. Faſciam et monile ex fuſco purpureum fert. In fronte, capite, corpore, brachiis, cruribus cet. albeſcit. Barbam habet ex albo flaueſcentem. Super frontem et partem ſuperiorem brachiorum nigreſcit. Partes ſub corpore ex griſeo cinereae et ex flauo albicantes ſunt.

Cauda

Cauda et inferior pars lumborum alba eſt. Tum quatuor, tum duobus pedibus incedit. Erectum animal tres pedes cum dimidio ſeu quatuor longum eſt. Num foemellae huius ſpeciei menſtruatae ſint, Cl. BUFFON certo affirmare nequit.

Comtemplationibus his animalium expoſitis, vtiles aeque ac periucundas de degeneratione animalium ſubnectit meditationes, ex quibus praecipua tantum momenta paucis communicamus. In hominem terra, quam inhabitat, per alimenta influxum habet; influxus aeris et coeli ſuperficialiter magis agit. Hic mutationem in ſuperficie corporis producit, et colorem cutis inprimis mutat, ille formam interiorem per proprietates ſuas, quae reſpectu proprietatum terrae, nutrimentum largientis, ſemper relatiuae ſunt, mutat. Hae tamen mutationes non ſubito fiunt, ſed ſaecula cum continuato vſu victus vnius eiuſdemque requiruntur, ſi influxus iſte formam ſeu lineamenta, magnitudinem corporis, criniumque indolem mutare, et mutationes quoque in interioribus produci debeant. Hae tamen mutationes, per generationem perpetuatae, characteres generales et conſtantes praebuerunt, quibus varietates et nationes diuerſae, quae genus humanum conſtituunt, cognoſcuntur. In animalibus effectus iſti promtiores et maiores ſunt, cum nutrimentum eorum ſimplex magis magisque conſtans, nec vlla ratione praeparatum fortiorem influxum habeat. Accedit ad hoc, quod animalia nullis veſtimentis ſe induere, neque ab aëre ſe defendere, neque elementum ignis in vſum conuertere ſciant. Quapropter nuda, ſemper actioni aeris et climatis intemperiei expoſita, ſingula zonam ſuam ſuamque regionem quaerere coguntur. Qui itaque mutationes et degenerationes animalium exponere, ſibi proponit, ad cli- p. 311.

matis

matis conditionem, nutrimenti qualitatem et mala demum, ex captiuitate oboriunda, attendere tenetur. Vt in exemplo res clarior fiat, comparetur ouis noſtras cum *moufflon*, (capra ammon LINN.), ex quo, quotquot ſint, oues proueniunt. *Moufflon* animal magnum et leue, cornubus vngulisque craſſis armatum, pilis aſperioribus tectum eſt, nec coeli inclementiam, nec lupi voracitatem metuit. Quanta autem differentia inter hoc et ouem noſtratem! In calidiſſimis Africae et Aſiae regionibus *moufflon* parum admodum degeneratum reperitur; ouium Senegalenſium et Indicarum natura omnium minime mutata cernitur; oues in Barbaria, Aegypto, Arabia, Perſia, Armenia, Calmuccia etc. maximas mutationes paſſae ſunt: in noſtris demum climatibus originariae ouis ſpecies degeneratio adhuc magna eſt. Si quis itaque ouibus vires et formam reſtituere vellet, *moufflon* cum oue noſtra coniungere teneretur; et ſi quis oues bonae carnis bonaeque lanae deſideraret, oues ex Barbaria apportare, opus haberet. Id tamen diſcrimen ſemper obſeruandum eſt, vt ad genus maſculinum et foemininum attendatur. Vires enim corporis eiuſdemque magnitudo a maſculo, bona autem corporis qualitas, ſeu corpulentia et cutis pulchritudo a foemella dependet. Si enim cum ariete noſtro ouis foemina ex Barbaria coniungitur, lana bona, ſique cum oue noſtrate *moufflon* coniungitur, progenies bonae ſtaturae obtinetur. Ad haec autem influxus nutrimenti maxime attendendus eſt, quippe qui maior adhuc eſſe videtur, inque animalia, quae herbis et fructibus veſcuntur, ſenſibiles magis effectus producit. Quae autem carne viuunt animalia, minus variant, cum caro alimentum iam praeparatum inque naturam animalis carniuori iam aſſimilatum ſit; plantae autem, quae prima terrae producta ſunt, omnes eiuſdem proprietates ha-

bent,

bent, et qualitates terreſtres in animal, quod his veſcitur, immediatae propagant. Domeſticus ſtatus multum ad mutandos colores animalium contulit. Color enim in genere a natura fuluus, ſeu niger in domeſticis animalibus variegatus nunc eſt, in feris autem magnae illae mutationes, quae in domeſticis deprehenduntur, locum non habent. Clima enim et nutrimentum in animalia libera tantum imperium, vt homo, non habet. Cum autem nihilominus varietates in feris deprehendantur, praecipue earum ab alia cauſſa dependent. Si nimirum maſculus foemellae fidelitatem praeſtat, nec mutabilis aliis ſe adiungit, pulli ſemper ſimiles producuntur, pullique ſimiles conſtantis fidelitatis parentum ſignum praebent; vbi vero foemellae maſculos mutant, et mox hunc, mox illum admittunt, vt in ceruis animaduertitur, numeroſa demum deprehenditur varietas. Praeter has mutationes alia adhuc maior in ipſis ſpeciebus eſt, quae maiorem attentionem meretur, ſi nimirum ſpecies ipſae ſe inuicem ſibi miſcent, et animalia diuerſa producunt. Exemplo ſint muli, ex equa et aſino generati. Notandum autem eſt, has degenerationes non niſi in animalibus vnius eiuſdemque generis locum habere, et requiri, vt organa generationis ſibi reſpondeant. Hanc ob cauſam quidem ex equa et aſino nunquam autem ex tauro et equa proles producitur. Equa enim et aſinus non adeo differunt, inter taurum autem et equam tam in interioribus, quam exterioribus partibus magnum deprehenditur diſcrimen. Egregie hic Noſter rem exponit, inque mulorum hiſtoria multus eſt; ſed pedem figimus, haecque exempli loco adduxiſſe, ſufficiat, quo Lectores Noſtri videant, quae ſit vtilitas, quae ex eiuſmodi conſiderationibus ſit expectanda.

X.

X

Hiſtoire naturelle, générale et particuliere, avec la deſcription du cabinet du Roi. Tome quinzieme. A Paris de l'imprimerie Royale. 1767. 4. alph. 2. pl. 21. tabb. aen. 18.

i. e.

Hiſtoria naturae vniuerſalis et particularis vna cum deſcriptione muſei regii. Tomus XV. cet.

Continuantur in hoc tomo deſcriptiones animalium, quae *quadrumana* vocantur. In praecedenti enim de ſimiis, papionibus et cercopithecis, animalibus in Africa et Aſia obuiis dictum eſt, nunc autem de *ſapajous* et *ſagouins*, animalibus tantum in America occurrentibus, agitur. Pedes eorum, vt in ſimiis, papionibus et cercopithecis conſtructi ſunt; a ſimiis tamen differunt caudis elongatis, a papionibus autem et cercopithecis, burſarum ſub malis defectu et natibus non caluis. Tandem a tribus iſtis generibus in vniuerſum diſtinguuntur *ſapajous* et *ſagouins*, naribus amplis, patulis et ad latus ſitis, ſeptoque craſſiore. *Sapajous* autem in genere caudam muſculoſam habent, prehenſilem, in apice pilis non veſtitam, ſed nudam, qualis in ſue fere eſt. In *ſagouins* contra cauda, habita proportione, longior, quam in *ſapajous*, inſimulque pilis veſtita et recta eſt. *Sapajous* quinque ſunt ſpecies: 1) *Ouarine* ſeu *gouariba*, cuius varietas eſt *alouate;* 2) *coaita*, eiuſque varietas *exquima;* 3) *ſajou* ſeu *ſapajou* proprie ſic dicta, eiuſque varietas *ſajou griſeus;* 4) *ſaï;* et 5) *ſaïmiri*. *Sagouinorum* vero ſex numerantur ſpecies: 1) *Saki;* 2) *tamarin;* 3) *ouiſtiti;* 4) *marikina;* et 5) *mico*.

p. 5. 1) *Ouarine;* ſimia (*belzebul*) caudata, barbata nigra, cauda prehenſili, extremo pedibusque bruneis

LINN.

LINN. *) et *alwate*, ſimia (*ſeniculus*) caudata, barbata, rufa, cauda prehenſili. Haec inter quadrumana Americae animalia maxima ſunt. Arbores inhabitant; fructibus, leguminibus, granis et nonnullis inſectis viuunt. Vox eorum rauca eſt et admodum ingrata. Foemellae vnum ſeu ad ſummum duos pullos pariunt. Animalia haec vt reliqua orificia narium in latere poſita, ſeptum craſſum, nullas burſas ſub malis, neque nates calloſas, ſed pilis obſitas habent. Cauda prehenſilis eſt et valde elongata, pili nigri et longi, inque gula magnum os concauum deprehenditur. Magnitudinem canis venatici habent. Pili ſub collo ſpeciem barbae rotundae faciunt. *Alwate* differt barbae defectu, pilisque ex rubro fuſcis. Foemellas non menſtruatas eſſe, ex analogia Cl. BUFFON coniicit, cum in ſimiis tantum, papionibus et cercopithecis, natibus caluis, foemellae menſtruatae reperiantur.

2) *Coaita;* ſimia (paniſcus) caudata imberbis atra cauda prehenſili palmis tetradactylis LINN. et *exquima;* cercopithecus barbatus Guineenſis MARCGRAV ſ. ſimia (diana) LINNAEI. Animalia haec ſagacia ſunt; gregatim incedunt, ſibique inuicem opitulantur. Cauda eis, ceu quinta manus inſeruit, eiuſque ope piſces capere dicuntur. Plerumque vnum ſeu duos pullos pariunt, hoſque ſemper in dorſo circumducunt. Piſcibus, vermibus, inſectis, praecipue autem fructibus viuunt, eoque tempore, quo fructus copioſi et maturi ſunt, pingueſcunt, tuncque caro eorum edulis eſſe dicitur. In coaita pedes anteriores quatuor tantum digitis inſtructi, p. 16.

*) Cl. BUFFON ſpeciem hanc *ſimiam paniſcum* LINN. eſſe contendit, ſed ſynonyma a LINNAEO adducta contrarium probant.

ſtructi, pollice carent *). Pili corporis nigri ſunt, facies nuda; aures itidem nudae formam humanarum fere habent. Pedem vnum cum dimidio hoc animal longum eſt. Cauda longior eſt corpore et capite ſimul ſumtis. Pedibus quatuor incedit. *Exquima* praecedentis animalis varietas Noſtro videtur; differt ab eo quoad colores, qui in dorſo nigri et gilui, inque gula et ventre albi ſunt. Praeterea etiam barbam albam habet. Foemellae vtriusque animalis menſtruatae non ſunt. Corpore animalis, *coaita* dicti, aperto plures vermes admodum longos, tredecim pollices longitudine aequantes, et tenues admodum ſuper inteſtinis deprehendit Cl. DAUBENTON. Ventriculus pyri formam habet. Veſicula fellea admodum longa et cylindrica, coecum inteſtinum longum, formaeque litui (*croſſe*) eſt. Dentes numero triginta ſex, vertebrae dorſales quatuordecim et vtrinque totidem coſtae, vertebrae lumborum quatuor fuerunt: os ſacrum ex vertebris ſpuriis duabus, cauda vero ex triginta tribus compoſita fuit.

p. 37. 3) *Sajou;* ſimia (capucina) caudata imberbis fuſca cauda prehenſili hirſuta, pileo artubusque nigris natibus tectis LINN. Hoc animal valde viuidum et agile eſt, et vnum vel duos pullos parit. In his animalibus id ſingulare eſt, quod foemellae ſaepe pro maſculis habentur, ſiquidem clitoris extrorſum eminens, penem refert. Animalia haec nec burſas ſub malis, nec nates calloſas habent; facies et aures coloris carnei ſunt, tenuique lana ſeu plumulis tantum veſtiuntur; ſeptum narium craſſum, et orificia earum ad latera aperta ſunt; oculi coloris ſpadicei ſibi inuicem approximati ſunt. In aliis

*) Pollicem in hac ſpecie minorem tantum eſſe, introrſum a ceteris remotum LINNAEUS aſſerit vid. *Syſt. Nat.* Ed. XII. T. I. Vol. I. p. 37.

aliis horum animalium color pilorum niger et fuſcus, in aliis autem pili circa faciem gryſei inque corpore ex giluo fuſci, in vtrisque tamen manus nigrae et nudae ſunt. Ab extremitate roſtri ad ortum caudae vſque vnum tantum pedem longa ſunt. Pedibus quatuor incedunt. Foeminae menſtruatae non ſunt. Ventriculus magnitudine reliqua viſcera cuncta aequat, et veſicula fellea figuram ouatam habet. Lingua in poſteriore parte valde craſſa, in anteriore autem tenuis apparet. Dentes triginta ſex, vertebrae dorſales quatuordecim, et vtrinque totidem coſtae, vertebrae lumborum quinque numerantur. Os ſacrum ex vertebris ſpuriis tribus et cauda ex viginti duabus componitur.

4) *Saï;* animal hoc mite, docile et timidum eſt, p. 51. et ad minas vel minimas vocem lamentabilem edit. Hinc etiam a nonnullis *pleureur* vocatur. Duos tantum pullos edit. Granis fructibuſque ſylueſtribus viuit. Arbores inhabitat, raroque deſcendit. Characteribus diſtinctiuis cum reliquis *ſapajous* conuenit; praeterea facies rotunda et plana, aures fere nudae apparent. Color in partibus ſuperioribus corporis ex fuſco nigreſcens, in inferioribus autem ex giluo ſtramineus ſeu ſordide albus eſt. Pedem vnum ſeu pollices quatuordecim longum eſt. Cauda corpore et capite longior eſt. Pedibus quatuor incedit. Foeminae non menſtruatae ſunt. Dantur nonnulla, quae in pectore ſub collo et circa aures et genas albeſcunt, faciemque pilis magis deſtitutam habent. Veſicula fellea admodum longa et irregularis linguaque ampla eſt. Dentes minores, quam in *ſajou* ſunt; vertebrae dorſales et coſtae, vt in praecedenti animali ſe habent; vertebrae lumborum ſex numerantur; os ſacrum ex vertebris ſpuriis quatuor et cauda ex viginti ſex conſtat.

 5) *Saï*.

p. 67. 5) *Saïmiri;* ſimia (ſciurea) caudata imberbis, occipite prominente, vnguibus quatuor plantarum ſubulatis, natibus tectis LINN. *ſapajou-jaune* BRISSONII. Animal hoc ob motus ingenioſos, formam paruam, colorem ſplendentem pellis, magnitudinem, qua cum ſciuro conuenit, et vigorem oculorum, faciem paruam et rotundam, reliquis *ſapajous* ſemper praefertur. Praeter characteres, *ſapajous* communes, frontem fere nullam, colorem flauum ſplendentem, eminentias carnoſas circa oculos, naſumque ad radicem eleuatum, et ad orificia depreſſum habet. Os paruum, facies plana et nuda, aures pilis obſitae et aliquantum acuminatae ſunt. Cauda non adeo muſculoſa corpore longior eſt: ipſum animal vix decem vel vndecim pollices longum deprehenditur. Pedibus poſterioribus facile inſidet, ſed quatuor plerumque incedit. Foemellae non menſtruatae ſunt. Hoc animal medium inter *ſapajous* et *ſagoins* tenet. Ventriculus rotundus, linguaque ampla et craſſa eſt. Dentes triginta ſex, vertebrae dorſales quatuordecim et vtrinque totidem coſtae, vertebrae lumborum autem tres numerantur. Os ſacrum ex vertebris ſpuriis tribus, cauda vero ex triginta componitur.

p. 88. 6) *Saki;* ſimia (pithecia) caudata imberbis, vellere nigro, apice albo, cauda nigra longiſſima LINN. *Singe renard* BRISS. Maximum inter *ſagoins* eſt. Praeter characteres his animalibus communes faciem coloris ſpadicei, lana ſeu pilis mollibus, breuibus et albicantibus veſtitam habet. Pili partium ſuperiorum corporis ex fuſco nigri, in ventre autem partibuſque inferioribus ex albo rufeſcentes, vndique vero longi, et longiores adhuc in cauda ſunt, ita vt in extremitate fere duos pollices longi appareant. Ratione coloris varietates huius animalis ſunt; dantur enim, quorum color ex giluo-rufeſcens eſt. Ani-

mal

mal hoc pedibus quatuor incedit, et ab extremitate naſi ad ortum caudae vſque fere pedem vnum cum dimidio longum eſt. Foemellae menſtruatae non ſunt.

7) *Tamarin;* ſimia (midas) caudata imberbis labio ſuperiori fiſſo auribus quadratis nudis, vnguibus ſubulatis, pedibus croceis LINN. Hoc animal auribus inprimis ſe diſtinguit. Praeter communes enim *ſagoins* characteres aures quadratas, amplas, nudas, coloris obſcuri carnei, faciemque ſimilis coloris habet. Oculi coloris ſpadicei ſunt. Labium ſuperius fere, vt in lepore, fiſſum eſt. Caput, corpus et cauda pilis ex fuſco nigris, ſetarum inſtar erectis, mollibus tamen, veſtiuntur; manus et pedes pilis breuibus ex flauo aurantiis obſiti, et corpus atque crura bene proportionata ſunt. Pedibus quatuor incedit. Caput cum corpore ſeptem vel octo pollices longum eſt. Foemellae menſtruatae non ſunt. p. 92.

8) *Ouiſtiti;* ſimia (iachus) caudata, auribus villoſis patulis, cauda hirſutiſſima, vnguibus ſubulatis, pollicum rotundatis LINN. Praeter characteres, *ſagoins* communes, caudam pilis alternatim circuli in modum nigris et albis ſeu potius fuſcis et griſeis denſe annulatam, caput rotundum, ſuper frontem pilis nigris tectum habet. Sub fronte ſuper naſum macula alba abſque pilis eſt. Facies ibidem fere nuda colorem obſcure carneum habet. Ad latera capitis ante aures duo faſciculi pilorum longorum et alborum conſpiciuntur. Aures rotundae, planae, tenues et nudae ſunt. Oculi colorem ex ſpadiceo rubentem habent. Corpus pilis mollibus ex griſeo cinereis veſtitum eſt: in gula autem, pectore et ventre pili ex griſeo diluto cum flauo mixtum colorem habent. Pedibus quatuor incedit, et a fine naſi ad ortum caudae vſque vix pedem dimidium longum eſt. Foeminae menſtruatae non ſunt. p. 96.

Dentes triginta duo, vertebrae dorſales tredecim, et vtrinque totidem coſtae, vertebrae autem lumborum ſex numerantur; os ſacrum ex vertebris ſpuriis tribus et cauda ex viginti ſeptem conſtat.

p. 108. 9) *Marikina;* ſimia (roſalia) caudata imberbis capite piloſo, faciei circumferentia pedibusque rubris, vnguibus ſubulatis LINN. *le petit ſinge-lion* BRISSON. Praeter characteres communes huic animali aures rotundae et nudae ſunt. Pili circa faciem longi colorem rubrum aureum habent. Longi pariter pili ex albo flaueſcentes et ſplendentes in reliquo corpore, inque caudae apice faſciculus notabilis apparet. Pedibus quatuor incedit, et octo vel nouem pollices longum eſt. Foemellae menſtruatae non ſunt. Hoc animal vulgo *ſinge-lion* vocatur: crines enim circa faciem et cauda in apice floccoſa, vt in leone, ſunt.

p. 114. 10) *Pinche;* ſimia (oedipus) caudata imberbis capillo dependente, cauda rubra, vnguibus ſubulatis. LINN. Animal hilare eſt, figura ſingulari. Vox eius lenis cantui paruae auis magis, quam animalis voci ſimilis deprehenditur. Praeter characteres, *ſagoins* communes, facies, gula et aures nigrae, pilis longis albis veſtitae, apparent. Roſtrum amplum, facies rotunda, pili corporis ſat longi, ex fuſco gilui ſeu rufi, ad caudam aurantii, in pectore vero, ventre, manibus et pedibus, vbi breuiores, quam in corpore ſunt, albae reperiuntur. Cauda a baſi ad medium colorem ſanguineum, dein ex rufo fuſcum inque apice nigrum habet. Pedibus quatuor incedit. Nouem pollices longum eſt.

p. 121. 11) *Mico;* cercopithecus ex cinereo albus argenteus, facie auriculisque rubris ſplendentibus, cauda caſtanei coloris, *le petit ſinge de Para* BRISSON. Elegantiſſimum hoc animal faciem et aures nudas, coloris cinnabarini, roſtrum breue, oculos diſtantes,

aures

aures magnas habet; pili coloris albi argentei ſunt, cauda vero fuſca fereque nigra apparet. Pedibus quatuor incedit et ſeptem vel octo pollices tantum longum eſt. Foemellae non menſtruatae ſunt.

Expoſitionibus his notitiam quorundam anima- p. 128.
lium, quorum in hoc opere mentio facta non eſt, adiunxit Cl. BUFFON, de quibus ſtatim monet, pleraque eorum non pro ſpeciebus diuerſis, ſed pro varietatibus habenda eſſe. Ne autem quidquam deſideretur, ea etiam paucis attingere, placuit.

1) *Ours blanc;* vrſus albus in regionibus ſeptentrionalibus obuius ſpeciem diuerſam non ſiſtit, ſed cum vrſo alpino idem animal eſt. Cum autem piſcibus viuere inque climate frigidiori verſari cogatur, mores eius atque natura aliquam mutationem patiuntur. Hinc ob victum magis oleoſum pinguior fit et ob clima frigidum atque ob id, quod ſaepius aquas intret, pellis eius pilis longioribus et copioſioribus, ſimulque mollioribus et albis veſtitur.

2) *Vache de Tartarie;* bos (grunniens) cornibus p. 136.
teretibus extrorſum curuatis, vellere propendente, cauda vndique iubata LINN. vacca grunniens villoſa, cauda equina GMELIN. Hoc animal a boue, qui *biſon* vocatur, vix differt. Non mugire, ſed grunnire dicitur; verum grunnitus ſignum irritati animalis, nec ſingularem characterem conſtituere Noſtro videtur, ſiquidem vox bouis *tauri*, ſi irritatur, grunnitui potius, quam mugitui ſimilis eſt. Hinc vaccam hanc grunnientem pro varietate tantum, nec pro diuerſa ſpecie cenſendam eſſe, putat.

3) *Tolai;* cuniculus inſigniter caudatus coloris p. 138.
leporini GMELIN. Animalculum hoc, in Tartaria obuium, a cuniculo communi longitudine caudae differt; hinc pro varietate tantum habendum eſt.

p. 139. 4) *Ziſel;* mus (citellus) cauda abbreuiata, corpore cinereo (elongato) auriculis nudis LINN. Hoc animal cum criceto quidem aliquo modo conuenit, ſed ab eo differt corpore elongato et gracili, auriculis nullis, ſed orificiis tantum, ſub pilis latitantibus; colorem griſeum plus minus cinereum habet. Cum praeterea duo haec animalia nunquam coëant, licet alias quoad caudam, crura, dentes et mores conveniant, illa pro ſpeciebus diuerſis habenda eſſe, coniiciendum eſt.

p. 142. 5) *Zemni;* animal hoc, cuius RZACZINSKY mentionem facit, in Polonia et Ruſſia reperiundum ad praecedentis animalis genus pertinet, ſed maius, fortius et ferocius eſt. Caput craſſum, corpus gracile, aures breues et rotundas, dentesque inciſiuos ex maxilla exſertos, coloremue griſeum habet. Mores cum citelli et criceti moribus conueniunt.

p. 143. 6) *Pouc*, quod apud EUNDEM auctorem occurrit, in Ruſſia obuium pro eodem animalculo Noſter habet, quod SEBAE *mus Norwegicus* vocatur. Ratto domeſtico maius eſt.

p. 143. 7 *Perouaſca;* vocula haec polonica *muſtelam praecinctam* ſignificat. Hoc animalculum marte putorio minus, pilis albicantibus veſtitum, pluribusque lineis transuerſalibus ex flauo ruſeſcentibus ſtriatum eſt. Syluas inhabitat. Cuniculos ſibi parat. Pellem bonae indolis dat.

p. 144. 8) *Souſlik;* animal in Ruſſia obuium muri agreſti, quem Cl. BUFFON *campagnol* (*gregarius* LINN.?) vocauit, ſimile eſt, a quo autem quoad pellem differt, quippe quae ex griſeo gilua eſt, paucis maculis albis vndique interſperſis notata.

p. 145. 9) *Taupe dorée;* talpa aurata; talpa (*aſiatica*) ecaudata palmis tridactylis LINN. Species haec in Sibiria obuia, a talpa communi differre videtur. Illi enim cauda nulla, roſtrum breue, pili ex rufo et viridi

ridi colore mixti, in pedibus anterioribus digiti tres inque poſterioribus quatuor ſunt.

10) *Rat d'eau blanc;* mus amphibius LINN. albus, in Canada obuius, cum mure amphibio Europaeo conuenit et non niſi colore albo differt, quippe qui a climate frigido prouenit. p. 146.

11) *Cochon de Guinée;* ſus (porcus) dorſo poſtice ſetoſo, cauda longitudine pedum, vmbilico cyſtifero LINN. nonnullis quidem characteribus a porco vulgari differt, ſed a Cl. BUFFON pro vna eademque ſpecie habetur, omneque diſcrimen ipſi a climate prouenire videtur. Pilos breues rufos, neque ſetas habet. Caput minus eſt, aures tamen admodum longae, acuminatae et collo retrorſum impoſitae. Cauda itidem praelonga terram fere attingit, nullis pilis obſita. p. 146.

12) *Sanglier du Cap Verd;* aper promontorii viridis, ob dentes inſigniter ex maxilla ſuperiore prominentes, porro ob orificia narium maxime patula et ob formam maxillae, dentiumque valde diuerſam a communi apro quidem differt, ſed pro varietate tantum habendus eſt. p. 148.

13) *Loup de Mexique;* lupus Mexicanus a lupo communi non niſi colore valde variegato differt; hinc pellem egregiam praebet, reliquis praeferendam. p. 149.

14) *Alco;* canis Mexicanus HERNANDEZ, cauda deflexa laeui corpore cinereo faſciis fuſcis, maculisque fuluis variegato LINNAEI. Nomine hoc animal iam ante Europaeorum in Americam aduentum notum, Mexicanum et Peruanum inſignitur, quod eandem magnitudinem eandemque fere indolem, quam canis familiaris habet. Sub hoc nomine tres intelliguntur ſpecies; prima maximum inter canes Americanos ſiſtit; hic *xoloizicuintli* vocatur: tres iſte vlnas longus, plane nuda et molli cute maculis p. 151.

 flauis

flauis coeruleisque notata veſtitus eſt. Alter canis pilos albos, nigros et flauos habet, quoad magnitudinem paruis canibus Melienſibus ſimilis eſt, dorſum gibberoſum et collum tam breue habet, vt caput immediate ex ſcapulis prodire videatur, vocatur *michuacanens.* Tertius nomen *techichi* habet, paruis canibus noſtratibus ſimilis eſt, ſed vultum agreſtem et triſtem habet.

p. 155. 15) *Tayra* ſeu *galera;* muſtela (barbara) pedibus fiſſis, atra, collo ſubtus macula alba triloba LINN. Animal hoc in Braſilia occurrit. Pilis fuſcis veſtitum eſt, quorum nonnulli ſatis longi, reliqui autem multo breuiores ſunt.

p. 157. 16) *Philandre de Surinam.* Didelphis (*dorſigera*) LINN. Hoc animal ex eadem regione eſt, quam inhabitant animalia, *ſarigue*, *marmoſe*, *cayopollin* et *phalanger* dicta, ad quae proxime accedit. Pili molles, qui lanae potius ſpeciem ſiſtunt, ex flauo rufeſcunt, ſeu rubri ſunt in corpore, in fronte autem, roſtro, ventre et pedibus ex flauo albeſcunt. Pullos quinque vel ſex parit, qui dorſum matris aſcendunt, caudisque ſuis caudam matris inuoluunt, ſicque a matre circumducuntur.

p. 158. 17) *Akouchi;* hoc animal cum mure *aguti* LINN. comparatum ab eo differt, quod caudam coloremque oliuaceum habet. Speciem itaque ſingularem conſtituere videtur.

p. 159. 18) *Tucan;* animalculum hoc talpae ſimile ab ea differt, quod pilos ex flauo rufos, inque pedibus anterioribus digitos tres, in poſterioribus autem quatuor habet, eiuſque caro edulis eſt, nec vnquam foramen, ex quo exiit, rurſus intrat, ſed nouum ſemper ſibi parat. Reperitur in noua Hiſpania.

p. 160. 19) *Muſaraigne de Breſil;* hoc animal ſorici *araneae* LINN. ſimile, ſed maius eſt, caudam vero breuiorem, duos pollices longam roſtrumque acuminatum

minatum et dentes valde acutos habet. Pili fuſci ſunt, a capite tamen ad caudam vſque tres ſtriae nigrae excurrunt.

20) *Aperea;* animal hoc braſilienſe neque cuniculus neque rattus eſt, licet cum vtrisque partes quasdam communes habere videatur. Pedem vnum longum eſt, et ſeptem pollices in peripheria habet. Color pilorum, vt in lepore, ſubque ventre albus eſt; labium fiſſum, dentes inciſiui magni, circa rictum et ad latera oculorum myſtax, aures, vt in ratto, rotundae, pedes anteriores tres pollices alti, poſteriores paulo longiores, inque anterioribus digiti quatuor et in poſterioribus tres apparent. Cauda nulla eſt. Caput; vt in lepore paulo elongatum et caro, vt in cuniculo, deprehenditur. p. 160.

21) *Tapeti;* cuniculus *braſileenſis* LINN. Animal hoc pro varietate cuniculi vel leporis habendum eſt. Cuniculo quoad figuram, lepori autem quoad magnitudinem et pilos ſimile eſt, praeterquam, quod pili magis fuſci ſint. Aures valde longae, pili in fronte rufi, ſubque gula albicantes inque nonnullis circulus albus circa collum, inque pectore et ventre pili albi apparent. Oculi nigri, myſtax vt in cuniculo, cauda vero nulla eſt. Quoad modum viuendi, foecunditatem et carnem cum lepore conuenit. Campos vel ſyluas, leporum more, inhabitat. Lepus itaque eſſe videtur, ex Europa in Americam translatus, vbi mutationem aliquam paſſus varietatem nunc ſiſtit. Patet itaque ex his, horum animalium hactenus conſideratorum nouem vel decem ſpecies diuerſas, reliqua autem pro varietatibus habenda eſſe; ſique haec reliquis, in toto hoc opere deſcriptis, adnumerantur, numerum omnium quadrupedum, in vniuerſo mundo reperiundorum, ducentas animalium ſpecies non ſuperare. p. 162.

Deſcriptionibus his quadruplex index ſubnexus eſt: primo enim nomina animalium, in hoc opere deſcriptorum ordine alphabetico diſpoſita reperiuntur; deinde index auctorum, qui in hoc opere hinc inde allegantur, ſequitur; porro index rerum, a Cl. BUFFON conſideratarum, locupletiſſimus et accurate digeſtus, communicatur; tandem index rerum, a Cl. DAUBENTON deſcriptarum, apponitur.

Itaque felici cum ſucceſſu, quod optauimus, hoc opus ad finem perductum eſt, quod omnibus hiſtoriae naturalis aeſtimatoribus et peritis gratum acceptumque habetur, tum, quod animalium hiſtoria ita comparata eſt, vt non ſolum ea, quae dicta ſunt, a falſis futilibuſque repurgata hic reperiantur, ſed et plura animalia, nondum deſcripta, hic primum occurrant, aliorumque iam cognitorum deſcriptiones emendatae ſint; tum etiam, quod facili nunc negotio ſyſtema exſtrui poteſt, quod a farragine nominum fictorum liberatum, non ſolum prodeſſe, ſed etiam delectare lectores valet.

XI.

XI.

IOHANN GOTTFRIED GALLESKY, *der Arzneygelahrheit Doktors, Stadt- und Kraiſphyſicus des Tilſitſchen Kraiſes, Abhandlung vom Miſerere oder von der Darmgicht, nebſt einigen Bemerkungen von den heilſamen Kräften des Leinöls in dieſer Krankheit. Mietau und Riga, in der Hartknochiſchen Handlung*, 1767. 8. 6 *Bogen.*

i. e.

Tractatus de ileo morbo ſeu paſſione iliaca: additis quibusdam obſeruationibus de ſalutari virtute olei lini in hoc morbo. Auctore IOANNE GODOFREDO GALLESKY.

Quum et ii, qui actiones ſingulorum medicamentorum eorumque vires et effectus curatius attendunt et vlterius confirmant, in medicina practica perfectiori reddenda operam ſuam ponant, omnique laude affici digni exiſtimentur: nobis maxime probari videtur propoſitum Cl. Auctoris, qui cum medicamento indigeno, minori ſumtu et vbique facile parando, oleo nimirum e ſeminibus lini experimenta, in aegris, morbo iliaco laborantibus, inſtituta, publicae luci tradere, vilisque hactenus viſi remedii vſum communem magis reddere ſtuduit. Illi enim, cum multa et varia remedia in aegro, ileo affecto, adhibuiſſet fruſtra, in mentem venit dictum L. B. a SWIETEN *in Commentar. ſuorum Tom. II. p.* 147. *in ſaeviſſimo* nimirum *ileo oleum lini, ad libram potatum, toties ab orci faucibus eripuiſſe homines.* Ac ſtatim cum hoc oleo periculum facere conſtituens, eius aliquot vncias aegro ordinauit, vt ſingulis horis paruas eius doſes aſſumeret. Praeterlapſis aliquot horis, optatus ſequutus eſt effectus, pertinax alui obſtructio

ceſſauit

ceſſauit et aeger conualuit. En rationem, qua permotus eſt Auctor, vt plura hac de re caperet pericula, quibus optimo cum euentu inſtitutis, inuenit, et experientia multiplici edoctus confirmat, efficaciſſimum eſſe oleum lini in paſſione iliaca remedium.

Quo autem de vſu huius remedii certius et melius iudicium ferri poſſit, prius, obſeruationes ipſas quam tradit, morbi iliaci ſymptomata, cauſſas, diagnoſin, prognoſin atque ei medendi methodum do-
p. 9. cte et ſuccincte exponit. Signa eſſentialia huius morbi ſunt alui pertinax obſtructio, dolor abdominis acutus et vehemens ac tandem vomitus continuus, ex quibus eorumque effectibus cauſſa proxima deducitur, quae in obſtructione alui cum tenſione nervorum et nimio ventriculi ſtimulo conſiſtit. Obſervatione certum eſt, in ileo inteſtino non ſolum, etſi inde denominatio morbi orta eſſe videatur, ſed et in craſſis inteſtinis ſedem morbi exiſtere. Colicam ſaturninam metallicolarum ob affinia cum ileo ſymptomata eodem iure ad ileum referri debere, quo ad colicam aſſerit, ileumque morbum eſſe infantibus
p. 51. lactantibus adeo familiarem. Curatio, ſecundum naturam quidem morbi eiuſque cauſſas et ſymptomata vario modo inſtituenda, ſequentibus innititur indicationibus, vt inflammatio inteſtinorum caueatur, vel reſoluatur: aluus obſtructa aperiatur: vomitus compeſcatur et dolores leniantur. His ſingulis indicationibus indicata Auctor affert, adiectis cautelis neceſſariis, ex quibus tamen omnibus venaeſectionem reiteratam, clyſmata plura et copioſa et oleorum expreſſorum vſum praeſtantiora eſſe iudicat. Alii oleum e ſeminibus amygdalarum ob gratum ſaporem laudibus extollunt, cui alii lini oleum praeferunt. Cl. Auctor vires olei lini in ileo experiundus, adductis variis auctoribus, qui vſum eius in morbis diuerſis ſalutarem et congruum conſignarunt,

eo ſequenti modo vſus eſt: ſumſit oleum recens, purum et pellucidum, coloris parum flaueſcentis, ſaporis nec acris, nec nauſeoſi, qualis in vetuſto eſſe ſolet. Huius olei vtplurimum vncias quatuor, aut ſex aegro propinauit et vt omni hora aut bihorio cochlear vnum cum calido potu, maxime cum cereviſia calida ſumeret, praecepit. Semel ei guttas aliquot olei aniſi ob gratiorem ſaporem excitandum addidit, ceterum ſimplex illud adhibuit, remedia alia interna interea intermiſit, neque anodyno ad vomitum ſedandum vſus eſt, ſiquidem, cochlearibus aliquot aſſumtis, vomitus ſponte ceſſarunt, vnde anodyna vis remedii huius conſtat. Vſui olei lini interno adiunxit clyſmata prius emollientia, quibus poſtmodum ſalis vncia dimidia ob ſtimulum addi, eaque iterum iterumque applicari iuſſit. Alui ſecretione ſuccedente, oleum aegro quotidie ad duo vel tria cochlearia tantum ſumendum praecepit. Saepius ad tertium cochleare ſumtum, ſymptomata grauiora ceſſaſſe et rarius ad reſtitutionem ſanitatis plus, quam ſex vel octo vncias olei neceſſarias fuiſſe, refert. Morbo ſuperato, diaetam accuratam et tenuem aegris ordinauit, ad digeſtionem perficiendam elixir viſcerale HOFFMANNI, vel ad alui excretionem reſtituendam eſſentiam rhabarbari cum liquore terrae foliatae tartari paratam per aliquod tempus adhibuit. p. 75.

Sequuntur tandem nouem caſus aegrorum ileo morbo laborantium, in quibus de vſu olei lini ſalutari in hoc morbo certior redditus, illud etiam variis huius morbi cauſſis reſiſtere et mederi poſſe affirmat. Nos, quum ſingulas obſeruationes, huc tradere ſuperfluum exiſtimemus, id monemus, octo aegrotos ſanitati reſtitutos eſſe, nonum vero, cui decimo morbi die et ita nimis ſero remedium laudatum exhibitum eſt, ob gangraenam forſitan iam ſubortam et confirmatam mortuum eſſe. Adductis aliis p. 77.

obſerua-

obſeruationibus, de vſu huius olei in haemoptyſi ſalutari, quaeſtio mouetur, anne pari ratione parique commodo in dyſenteria, haemoptyſi aliisque haemorrhagiis eodem vti poſſimus? Quae vero res vlteriori medicorum experientiae diſquirenda commendatur.

XII.

D. AUGUST FRIEDRICH PALLAS *Chirurgie oder Abhandlung von äuſſerlichen Krankheiten, worinnen vornehmlich auch die neuern Erfindungen in dieſer Wiſſenſchaft, kurz vorgetragen werden. Nebſt einem vollſtändigen Verzeichniß der chirurgiſchen Werkzeuge; wie auch einer Abbildung einiger noch nicht ſehr bekannten Inſtrumente. Zum Gebrauch ſeiner Zuhörer. Berlin bey C. F. Voß* 1764. 8. 1. *Alph.* 1. *Bogen. nebſt* 8 *Kupfertafeln.*

i. e.

AUGUSTINI FRIDERICI PALLAS, Med. D. chirurgia ſeu tractatus de morbis externis, in quo recentiorum inprimis inuenta in hac arte proponuntur. Cum indice pleniſſimo inſtrumentorum chirurgicorum et delineatione variorum inſtrumentorum haud vulgarium. In vſum auditorum.

Cl. PALLAS filius, elegantis diſſertationis *de variis calculos ſecandi methodis* auctor, nunc omnem doctrinam de arte medendi morbis externis, breuiter quidem, ſed tam accurate et perſpicue proponit, vt hic liber omnino vſui eorum, qui chirurgiae alumnos inſtituunt, ſatis accommodatus ſit. Ipſe Cl. Auctor, ad

ad eius ductum, antequam edebatur, per decem annos lectiones chirurgicas habuit, nunc vero, vt lectio eiuſdem in arte prouectioribus tanto eſſet vtilior, plurima eorum, quae recentioribus temporibus in hac arte inuenta ſunt, addidit, variasque paſſim obſeruationes et annotationes adiecit. Diuiſus vero eſt hic liber in duas partes, quarum prior de morbis chirurgicis vniuerſalibus, v. c. tumoribus, abſceſſu, vulneribus, fracturis, luxationibus agit, vbi ſimul operationes chirurgicae, quae in variis corporis partibus inſtitui ſolent v. c. amputatio, exſtirpatio carcinomatis cet. deſcribuntur. In poſteriore autem morbi chirurgici ſingularum partium, operationesque in iis neceſſariae exponuntur. Ex quibus omnibus ſpeciminis loco ſequentia adduxiſſe ſufficiat.

Inflammationes in febribus acutis malignis, ex p. 11. metaſtaſi ortae, ſi veſicatoria partibus, a loco affecto remotis, adplicantur, nonnunquam reſoluuntur, nec in abſceſſum tranſeunt; quo tamen in caſu vlcera artificialia, veſicatoriorum ope excitata, adſperſo cantharidum puluere, per aliquot ſeptimanas aperta ſeruanda ſunt. Vix tamen putamus, veſicatoriorum ad ſuppurationem auertendam vſum ſatis idoneum eſſe, niſi forte materia morbifica nobile aliquod viſcus occupauerit. Inter omnia cauſtica, quibus ab- p. 15. ſceſſus aperiri poſſunt, *cauſticum* quod *ſutorianum* vocant, reliquis praeferendum eſt, cum illud, licet magna corrodendi vi praeditum ſit, paruum tamen dolorem excitet. Paratur vero illud ex lixiuio cinerum vulgarium et ligni iuniperini, quibus opium additur. Clariſſimus ACRELL, qui parotides poſt fe- p. 27. bres malignas ortas non incidit, ſed expectat, donec apertura eorum ſponte fiat, a Noſtro potiſſimum ex obſeruationibus, a chirurgis Gallis in peſte Maſſilienſi inſtitutis, refellitur. Illi enim illas parotides optime et celerrime ſanatas eſſe obſeruarunt, in qui-

bus, magno vulnere inciſis, larga ſuppuratio excitata
fuerat ope emollientium, quibus cauſtica, quae ta-
p. 31. men minime conueniunt, addita erant. Londinenſis
quidam chirurgus Cl. MONROO bubones venereos
ſtatim, antequam ſuppuratio oriebatur, exſtirpauit,
quod conſilium Cl. PALLAS, ſi modo ſub ipſa ope-
ratione cautio habeatur, ne vicina vaſa maiora lae-
dantur, minime improbat. Minores enim aeger
dolores experitur, ſi glandula parua adhuc exſtirpa-
tur et ab vlteriore infectione magis tutus praeſtatur.
In amputationis hiſtoria nouum aliquod torcular,
p. 58. a Cl. FREEKE inuentum, deſcribitur et delineatur*),
quam machinam Cl. PALLAS reliquis omnibus
p. 62. aptiorem eſſe iudicat. Aliquot horas ante operatio-
nem aegro opiatum praebere, concedit. Poſt am-
putationem inprimis in noſocomiis maioribus, in
quibus maior vulneratorum numerus nimis magnam
moleſtiam chirurgo creare ſolet, ita, vt tempus ad
deligationem amputatorum facile illum deficiat, Cl.
Auctor conſilium dat hoc, vt lintea carpta ſolutione
mercurii ſublimati in aqua ſimplici imbuantur, quo-
niam illud inde commodum ſit prodíturum, vt deli-
gatio tantum poſt tertium quemque diem repetenda
ſit, ſi modo ſuppuratio iam bene inceperit. In fe-
moris amputatione inciſionem non, vt plurimi
faciunt, tres vel quatuor pollices ſupra genu, ſed paullo
p. 71. altius inſtituere iubet. Femoris amputationem ex
articulo in viuis impoſſibilem eſſe iudicat, neque am-
putationi manus in articulo carpi, qua Galli non-
p. 99. nunquam vtuntur, fauet. Si carioſum vlcus inter
lamellas oſſis cylindracei exoritur, nonnunquam in-
ternae lamellae omnes ita inter ſe adhuc cohaeren-
tes ſeparantur, vt integrum cylindrum, intra maio-
rem oſſis ipſius contentum, efforment, qualem tibiam
p. 112. Cl. Auctor poſſidet. In gangliorum curatione inci-
ſionem

*) Tab. I. fig. 2.

ſionem plane reiicit, notatque in eiuſmodi tumoribus electricitatem vim ſuam medicam nonnunquam exſerere. Inſtrumentum, quod in hydrope ſacci lacrymalis, eum comprimendo inſeruit, a PLATNERO olim deſcriptum *), emendatum hic delineatur **), in quo globulus mediante cochlea apprimitur. Methodum Cl. FOREST, qua ille in fiſtula lacrymali, p. 141.
per orificium ſacci lacrymalis naſale, iniectionem medicamentorum ſuſcepit, in eo tantum caſu vtilem eſſe oſtendit, in quo vitium in ipſo ſacco lacrymali haeret. Difficillime vero vel plane non hoc ſuccedere, inprimis ſi canalis naſalis obſtructus ſit, fiſtulaeque immiſſionem varia grauiora ſymptomata producere poſſe, aſſerit. Depreſſioni quoque lentis in p. 156.
cataractae curatione magis fauet, quam extractioni, quam multis incommodis ſtipatam eſſe fuſius oſtendit. Compreſſionem ſtaphylomatis, quam varii, imprimis p. 163.
ſub initio morbi, laudant, Noſter reiicit, cum inflammatio inde excitetur. In hydroceles curatione radi- p. 217.
cali, quo febris et inflammationis vehementia minuatur, inprimis in debilioribus primo die inciſionem tantum vnum pollicem longam facit, ſique vulnus poſt quatuor vel quinque dies conſolidari inceperit, iterum inciſionem pollice vno paullo longiorem facit, illamque poſt aliquot dies producere pergit, donec ſenſim eo modo ad finem tumoris accedat. In teſticulo, hydrocele vaginali affecto, calcu- p. 229.
lum lentis magnitudine, et in alio aegro ſexaginta et tres calculos intra praeputium et glandem inuenit. Calculum quoque ex veſica militis exemit, quae ante decem annos globulo tormenti minoris traiecta fuerat. Magnitudinem oui gallinacei ille habebat, eoque ſerra diuiſo, fragmentum oſſis, intus nuclei inſtar haerens, extrahebatur. Deſcribuntur porro hic in p. 247.

 tracta-

*) Vid. *Diſſert. de fiſt. lacrymali* fig. 3.
**) Tab. II. fig. 4.

tractatione de calculi curatione varii ductores canaliculati, acie inſtructi, nondum inter Noſtros ſatis cogniti v. c. Cl. HAWKINS (a Noſtro olim in diſſertatione ſuperius laudata p. 32 indicatus) BROMFIELD, GRINDAL et YONGE, forcepsque, ſcalpello recondito inſtructa, cuius Auctor eſt Cl. COWLEY, aliaque, cui etiam ſcalpellum ad vulneris dilatationem adaptari poteſt a Cl. DE TRY propoſita.

p. 262. Fiſtulam ani ſponte ſanatam Auctor Cl. vidit, ſola compreſſione vteri grauidi, ſine vllo chirurgi auxilio, atque in vniuerſum, dum fiſtulae huius curationem explicat, variorum artificiorum, quae noua eſſe videntur, mentionem facit.

p. 321. Adiectus eſt huic libro catalogus inſtrumentorum chirurgicorum, quae Berolini a I. H. TILLY iuniore fabricantur, qui eo maxime ſe nobis probavit, quod vidimus ad quodlibet inſtrumentum indicari librum, vnde deſumtum eſt. Tabulae aeneae, huic libro adiectae, non magna arte confectae ſunt, quae tamen in eiuſmodi inſtrumentorum delineatione non negligenda eſt Inter illa ſunt machina tortilis FREEKII, compreſſorium ſacci lacrymalis, varii ductores canaliculati noui, ſpeculum vteri LEURETI tribus brachiis inſtructum, peſſarium aliquod nouum, tandemque clauus (*tirefond*) in trepanatione adhibendus, qui ſine clauis ope firmari educique poteſt.

XIII.

XIII.

Diſſertatio inauguralis medica de plethorae differentiis, praeſide CHRISTIANO GOTTLIEB LUDWIG. Reſp. *Iacobo Mumſſen* habita, Lipſ. 1766. 4. pl. 4½.

Quam varia ſit morborum indoles, nullo melius, quam plethorae exemplo diſcitur, cuius diſcrimina, miſſis tamen iis, quae ad cauſſas, ſymptomata et ſigna pertinent, Cl. LUDWIGIUS hoc libello exponere inſtituit. Ac primum quidem perpendit vniuerſam humorum elaborationem, quae, vbi vaſis rubris robori ipſorum conuenientem ſanguinis moderate denſi, viisque lymphaticis ſeri et lymphae ſolida non nimis diſtendentem copiam elargitur, bonum corporis habitum et euchymiam inducit. Haec ipſa tamen euchymia et humorum copia pro aetatum et temperamentorum diuerſitate varie differre, et, laeſa humorum ad ſolida proportione, in hominibus ſanguineis, obeſis et imbecillibus plethoram producere, oſtenditur. Quo facto plethora definitur per eam humorum in vniuerſo corpore abundantiam, quae ſyſtema vaſorum nimium diſtendit. Additur deinde antiqua plethorae diuiſio in eam ad vaſa, inque eam ad vires; omniumque pathologorum ſtudia laudantur, quae in illa emendanda poſuerunt operam, non praetermiſſis, quae GAUBIUS hac in re praeſtitit. Quum vero in omni plethora vaſa afficiantur, quumque non niſi in vaſis, humores mouentibus et mutantibus, virium natura poſita ſit, conſueta haec plethorae diſtinctio minus probari poſſe declaratur. Quapropter alia et noua prorſus ratione plethoram diſtinxit Cl. Auctor. Fluida ſcilicet ratione ſolidorum vel vere abundant, et *veram* ſeu *abſolutam* plethoram,

ram, et in vaſis rubris quidem *ſanguineam*, in viis lymphaticis vero *obeſam*, inducunt, vel etſi non abundant, vitio tamen vel ſuo vel ſolidorum verae plethorae ſymptomata proferunt et plethoram *ſpuriam* ſiue *apparentem* ſiſtunt. Et vti laxa et debilia ſolida, vel in vniuerſo corpore, vel in quodam tantum viſcere ſanguinis abundantiam *ſpuriam*, vel *vniverſalem*, vel *particularem* faciunt, ita rigida quoque et ſtricta corpora ſenum et ſpaſmo laborantium plethorae *ſenilis* et *ſpaſticae* diſcernendae opportunitatem dedit. Non minus plethoram mentiuntur fluida, inaequali ratione euoluta, quando in orgaſmo humorum, a cauſſis externis internisue excitato, turgent, atque ſic plethoram *incaleſcentem* et *febrilem*, inque mala humorum mixtione, ſeu chronico malo, *cacochymicam* excitant. Tandem cunctae hae plethorae ſpecies, paullo plenius et ſigillatim adumbrantur et in quibusnam maxime morbis quaelibet ſe exſerat, indicatur.

XIV.

Diſſertatio inauguralis medica de venaeſectione differentiis plethorae accommodanda praeſide CHRISTIANO GOTTLIEB LUDWIG. Reſp. *Io. Gottfried Iokuſch* habita, Lipſ. 1767. 4. pl. 4½.

Iungimus ob doctrinae nexum priori libello hunc, quo Cl. LUDWIG venaeſectionis adminiſtrationem pro varia plethora vel ſuſcipiendam vel intermittendam eſſe, praecepit. Laudata nimirum prius venaeſectionis diuiſione in prophylacticam et curatoriam, quarum illa, cum diaeta apta coniungenda, cauſſis reſiſtens, venturum morbum praeuertit, haec, diaeta pariter atque medicamentis adiuta, praeſentis

morbi

morbi vehementiam frangit, vbi vtraque et quando vel obtineat, vel abeſſe debeat, definit. Et in plethora quidem vera ſanguinea vrgente, cui tollendae ſolius vitae generis mutatio impar eſt, prophylacticam ſuadet, neque tamen iuſto crebrius et praeter neceſſitatem repetendam, cum alias noxiaé in morbis debilitati via pandatur. Eadem in obeſis, quos tamen tardius et parum diu iuvat, quum cellularem reſorptionem expediat, conuenire docetur, modo ne limites excedat et optimis humoribus exhauſta corpora, permanente laxitate, in cacochymiam praecipitet. Imbecillium vaſa debilitata, ſanguine tenui turgente diſtenta, per curatoriam ſanguinis miſſionem, diaeta et medicamentis roborantibus adiutam, ideo liberanda eſſe praecipiuntur, quo, recuperato aliquo robore, cruorem iam denſiorem parare queant. In plethora partiali, cuius vel a laxitate, vel a rigiditate partium pendentis nobiliſſima exempla enarrantur, ita verſatur Cl. Auctor vt in plethora vteri curatoriam roborantibus iungat, inque grauidis menſtruatis et fetum minus quietum geſtantibus prophylacticam commendet. Hanc ipſam quoque decubitus ſanguinis ad pulmones, difficile aſthma inducentes, exigere oſtendit, inque haemopticis etiam largiorem cumque apparente aegri detrimento inſtitutam perutilem eſſe exemplo virginis ita ab ipſo ſervatae confirmat. In tuſſi catarrhali pertinaciori, a ſiccitate et rigiditate oriunda prophylacticam haud raro, non aeque curatoriam expoſci monet. In plethora ſenili, congeſtiones ſanguinis ad caput producente, apoplexiam venaeſectione praeuertere iubet; in ſenibus vero haemorrhoidariis, quibus fluxus iſte ceſſat, blande reſoluentia venaeſectioni, dyſcraſiam humorum inducturae, praefert. Quod ſi tamen motus ſanguinis vagi et nimii fiant, curatoria venaeſectione ſanguinei circuli libertas aliqua reſtituenda

 vide-

videtur. In plethora ſpaſtica venaeſectionem ſpaſmum lenire et inflammationem extimeſcendam praecauere euincit. Incaleſcenti plethorae, victu potuque exaeſtuante inductae, venaeſectione mederi reprobat, narratque exemplum viri, qui ex abuſu eiusdem in ebrietate diſcutienda hydropicus tandem periit. Neque in omnis febrilis plethorae motibus compeſcendis venaeſectionem, adeo a multis commendatam, laudat. Sic in febribus intermittentibus eam admittendam non eſſe confirmat, quum materia febrilis non mutata multos et grauiſſimos morbos chronicos inducat. In febribus continuis, ſi quidem ſymptomata tempore cruditatis vrgeant et coctio difficilis praeuideatur, in plethoricis ſanguineis venaeſectionem, coctionis expediendae cauſſa, adhibendam eſſe docet. Si vero circuli ſanguinei libertas nulla reſiſtentia partiali impeditur et bonam coctionem praedicit, ſuperfluum eſt, ſanguinem detrahere. Noxium denique foret, inſtante criſi, venam ſecare, et perturbationibus criticis aditum patefacere. In febribus exanthematicis corpus vere plethoricum ad ſuſtinendam euolutionem diſponere probat, in ipſa tamen eruptione exanthematum, nonniſi perſpiratione male procedente pulſuque iuſto fortiori et ad duritiem accedente, venaeſectionem concedit. In inflammatione quacunque, inprimis vero illa, quae ex vulnere magno et colliſo oritur, prophylactica pariter atque curatoria, atque adeo, ſi opus eſt, repetita placet, dummodo motus reſolutorii, vel per ſe vel per ſuppurationem vtiles non ſupprimantur. In febribus vero putridis inque lentis tantum abeſſe oſtenditur, vt ab hoc auxilio boni quid expectandum ſit, vt potius aegri illo magis debilitentur et praecipitentur. Denique in plethora cacochymica venaeſectio plane disſuadetur.

XV.

XV.

The medical Works of RICHARD MEAD, M. D. Phyſician to his late Majeſty King George II. Fellow of the royal College of phyſicians of London and Edinburgh and of the royal Society. London printed for C. Hitch and L. Hawes, A. Millar cet. 4 mai. 1762. 4. alph. tab. aen. 5.

i. e.

Opera medica RICHARDI MEAD, M. D.

Quo magis conueniunt artis medicae periti in iudicio de praeſtantiſſimis MEADII, celeberrimi quondam inter Anglos medici, ſcriptis; eo dignior nobis viſa eſt opera, quae in colligendis iiſdem denuoque ſplendidiſſime edendis in patria EIUSDEM poſt eius obitum collocata eſt.

Praefixa eſt vero huic collectioni ſcriptorum Cel. MEADII, quae etiam ornata eſt imagine eiuſdem eleganter deſcripta, elogium eius, quod in omnibus fere cum illo conuenit, quod ex Cl. MATY diario Britannico alio tempore lectoribus exhibuimus *). Iuuabit tamen commemoraſſe, quod erectum ſit in honorem eius monumentum in templo cathedrali Weſtmonaſterienſi, qui locus inprimis dicatus eſt ſummorum virorum memoriae, cum inſcriptione eleganti, a Cl. WARDEN latina lingua conſcripta.

Inter ipſa ſcripta Cel. MEADII primum eſt tractatus eius de venenis (*mechanical account of poiſons*) ſecundum editionem an. 1747 publicatam, ad quem quatuor tabulae aeneae pertinent. p. 1.

Sequitur diſſertatio de imperio ſolis ac lunae in corpora humana et morbis inde oriundis (*of the influence* p. 157.

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. IV. p. 171 ſeq.

fluence of the ſun and the moon upon the human bodies and the diſeaſes thereby produced.)

p. 213. Hunc excipit libellus de peſte (*on the plague*)
p. 299. aliusque de variolis et morbillis (*on the ſmall-pox*
p. 353. *and measles*), cui RHAZES de variolis et morbillis commentarius, quem Cel. MEADIUS olim cum diſſertatione hac edidit, annexus eſt.

p. 393. Inuenimus porro hic recuſam SUTTONII relationem de methodo aërem corruptum ex nauibus extrahendi (*method for extracting the foul air out of ſhips*), quam olim MEADIUS, qui in vniuerſum vtiliſſimum hoc inuentum omni ſtudio, vt alibi retulimus *) promouit, cum Societate regia communicauit. Pertinet ad illud tabula aenea vltima horum operum.

p. 437. Libellus de ſcorbuto (*on the ſcurvy*), egregium opus, quod Cel. Auctor monita et praecepta medica
p. 451. vocauit (*medical precepts and cautions*), tandemque
p. 579. *medica ſacra*, finem maiorum ſcriptorum, in hac collectione contentorum, faciunt.

p. 641. Sequitur *oratio anniuerſaria Harueiana*, latina lingua conſcripta. Deſideratur vero in editione hac *diſſertatio de nummis quibusdam a Smyrnaeis in medicorum honorem percuſſis*, quae cum hac oratione Londini anno huius ſeculi viceſimo quarto prodiit.

p. 651. *Epiſtola* MEADII *ad* IOANNEM FREINDIUM latine ſcripta, quam FREINDIUS *commentario* ſuo *in librum* I et III *epidemicorum* HIPPOCRATIS inſeruit **) et quae a nobis in indice operum MEADII ***) omiſſa eſt. Exponit in ea Noſter rationem, quam in curandis variolis tenebat, atque inprimis purgantium, in febre ſuppuratoria minuenda vel auertenda, vſum confirmat.

Excer-

*) L. c. p. 175 nota **).
**) Vid. I. FREIND *Oper. med.* Edit. Pariſ. l. c. p. 44.
***) Vid. Comment. noſtr. Vol. IV. l. c.

Excerptum epiſtolae Cl. BONOMO ad REDI *de vermibus corporis humani*, quod MEADIUS olim Societati regiae, in Anglicam linguam translatum, obtulit (*). p. 655.

Finem facit *relatio de tribus hydrophobis* (*an account of three caſes of the hydrophobia*), quae etiam in indice noſtro ſcriptorum Meadianorum ſaepius commemorato deficit. Reperimus vero nunc, illam in volumine viceſimo ſexto *tranſactionum philoſophicarum* p. 433 ſeq. primum editam eſſe. p. 658.

Non inuenitur autem in hac collectione ſchedula, qua lichenis cinerei vſum in hydrophobia MEADIUS anno 1735 commendaſſe dicitur et quae nunquam, vti alibi commemorauimus **) in manus noſtras peruenit. Inſerta tamen eſt tota haec commendatio editioni tractatus *de venenis*, quae an. 1747 prodiit, ideoque etiam his operibus inſerta eſt (***). Deſideratur quoque opus, quod, vti ex Cl. MATY elogio adduximus (****) MEADIUS latina lingua conſcribere incepit, in qua *medicinam veterem collectitiam ex auctoribus non medicis* exhibere voluit, quod vero imperfectum reliquit.

XVI.

De argilla ſpecimen. Praeſide IACOBO REINBOLDO SPIELMANN. Reſp. *Ioannes Daniel Metzger*, Argentinenſi. Argentorati 1765. typis I. H. Heitzii. 4. pl. 6.

Tria genera ampliſſimi ordinis terrarum argillacearum tantum hac diſſertatione exhibentur, reliquis

*) Vid. Comment. noſtr. l. c. p. 173.
**) Vid. Comment. noſtr. Vol. IV. l. ſaepius citato.
***) Vid. p. 89. ſeq.
****) Vid. Comment. noſtr. l. c.

quis omnibus, quae de argilla eiuſque partibus conſtitutiuis moneri poſſunt, in aliud tempus reſervatis. *Terras* Cl. Auctor vocat corpora mineralia,
p. 1. quae, aquae iniectae ſoluuntur et lutum fiunt, atque putat, in vniuerſum terras, ſtricte ſic dictas, ex ſabulo, cui aliquid aquae accreuerit, ſurrexiſſe, eorumque duo genera ſumma aſſumi poſſe; terrarum ſcilicet, quae acidis reſiſtunt et ſolae, calore, qualem noſtrae fornaces ſubminiſtrant, nunquam in ſubſtantias duras obeunt, quas *vitreſcentes* dicit, atque terrarum, quae eo, quem diximus, calore, gradu duritiei vario, indurantur, quas *calcarearum* nomine inſignit. Harum aliae cum acidis efferueſcunt, aliae iis reſiſtunt, quarum priores *abſorbentes*, poſteriores *gypſa* vocat. His praemiſſis, definitiones ordinum ſeu generum
p. 4. ſummorum terrarum proponuntur. Ita enim *argilla* Auctori Cl. eſt terra, quae cum aqua in paſtam ductilem abit et, ſi cum igne induratur, cohaerens manet. *Marga* cum aqua paſtam ductilem format, in aëre dilabitur, igne quidem induratur, ſed friabilis eſt et in ſquamas diſſilit. *Tripela* eſt marga ſabuli expers, aſpera. *Ochra*, argilla vel marga laxa, luteo vel rubro colore inſignita. *Bolus* cum aqua difficilius in paſtam redigitur, igne fornacum per ſe in vitrum pellucens fundi nequit. *Ollaris* eſt bolus, qui torno poteſt figurari. *Aſbeſtus* bolus in fibras longitudinales ordinatus. *Schiſtus* bolus ex laminis latis exſtructus. *Limus* tandem cum aqua difficilius in paſtam abit, calore induratur quidem, ſed efformat ſubſtantiam friabilem et igne maiore in vitrum confluit.

p. 5. Praemiſſis his, tria *argillae* genera proponuntur. Eorum primum eſt *argilla igne in ſubſtantiam albam, ſemipellucidam abiens: porcellana* ſ. *argilla Sinenſis* auctorum. Alterum *argilla igne in ſubſtantiam albam abiens: argilla fiſtularis, argilla apyra* auctorum.

Huius

Huius ſpecies ſecundum characteres externos, varios cohaeſionis gradus, ſplendorem ſuperficiei, ſabuli admixti praeſentiam et colores diuidit. Tertium tandem genus eſt *argilla*, quae *igne coloratur*, cuius ſpecies ſecundum colorem, quem in igne adquirunt, diſpoſitae ſunt. Additae ſunt *margae* ſpecies ſecundum eandem methodum digeſtae, tandemque *tripelae*. In omnibus vero argillis, margis et tripelis ſynonyma auctorum veterum et recentiorum, multo ſtudio collectae, adduntur, vſusque oeconomici annotantur, ita, vt omnino hiſtoria omnium terrarum, quae ſimili ratione conſcripta, forte ab Auctore Cl. expectari poteſt, inſignem vtilitatem habitura ſit. p. 14. p. 32. p. 40.

XVII.

L'art d'accoucher réduit à ſes principes où l'on expoſé les pratiques les plus ſûres et les plus uſitées dans les différentes eſpeces d'accouchemens. Avec l'hiſtoire ſommaire de l'art d'accoucher; et une lettre ſur la conduite qu'Adam et Eve dûrent tenir, à la naiſſance de leurs premiers enfans. Par I. ASTRUC, Profeſſeur royal de médecine et médecin conſultant du Roi. A Paris chez P. G. Cavelier 1766. 12. pl. 21.

i. e.

Ars obſtetricia ad elementa ſua redacta, in qua methodi diuerſae opem parturientibus ferendi in variis ſpeciebus partus tutiſſimae et vſitatiſſimae exponuntur. Cum hiſtoria breui artis obſtetriciae et epiſtola de ratione, qua

vſi

vſi ſint Adamus et Eua, cum primi eorum infantes naſcerentur. Auctore I. ASTRUC.

Cum Cel. Auctori anno huius ſeculi quadrageſimo ſeptimo a Facultate medica Pariſienſi mandatum eſſet munus, obſtetricibus fundamenta artis obſtetriciae publice explicandi; congeſſit in hunc vſum, quamquam ipſe eam artem nunquam exercuerat, ex ſola optimorum in hoc genere ſcriptorum lectione compendium aliquod, interſertis quibuſdam de ſuo additamentis. Edendi vero huius compendii duas ſe maxime dicit habere cauſſas, quarum prima ineſt in defectu eiuſmodi libelli, gallica lingua conſcripti, in vſum mulierum obſtetricantium, quae in locis a maioribus vrbibus remotioribus viuunt, atque adeo carentium occaſione ſe rectius inſtruendi. Alteram autem cauſſam in eo ponit, quod maius ipſius opus de morbis mulierum ſine eiuſmodi compendio artis obſtetriciae haud perfectum videri poſſet. In conficiendo igitur eo libello, hoc maxime propoſitum ſibi habuit Cl. Auctor, vt breuiter omnia, ſtricto ordine et perſpicue traderet, quod, quantum nos videmus, ſatis feliciter aſſecutus eſt.

Praef. p. 27. Praemiſſa eſt artis obſtetriciae hiſtoria, in qua Cl. Auctor primum oſtendit, ab omni aeuo mulieres inprimis parturientibus opem tuliſſe: deinde initia et incrementa artis obſtetriciae enarrat, tandemque auctores praecipuos, qui de ea ſcripſerunt, recenſet, ex quibus tamen nominat tantum MOSCHIONEM, TROTULAM, EUCHARIUM, RÜEFTIUM, PARAEUM et LOUISAM BOURGEOIS, quae primum in haemorrhagia vteri, nulla ratione compeſcenda, foetus extractionem commendauit, recentiores vero omittit, ex quorum tamen lectione longe maior fructus capi poſſe videtur. In vniuerſum autem et, vti nos quidem arbitramur, ſummo cum iure, perſuaſum

perſuaſum ſibi habet, artem obſtetriciam noſtris temporibus parum abeſſe ab eo perfectionis gradu, ad quem poterat accedere.

Tractatio ipſa in quinque libros diuiſa eſt, in quorum primo diſputat, de iis, quorum cognitio in hac arte facienda, fundamenti loco eſt. Agit itaque in eo de pelui, vtero, foetu eiuſque ſitu, exploratione grauidarum et parturientium cet. tandemque quae in omni partu obſeruanda ſunt, explicat. p. 1.

Secundo libro de partu naturali, in quo foetus recte ſitus eſt, in vniuerſum differit, cuius alteram ſpeciem agripparum partum facit, artificiaque in eo adhibenda exponit. Comparationem deinde inter illum et partum naturalem capite praeuio inſtituit, oſtenditque partum, qui pedibus praeuiis fit, plura habere commoda, quibus naturalis caret. Senſim enim in illo orificium vteri per pedes foetus, qui cunei in modum agunt, dilatari, non vno impetu, vt in partu, in quo caput primum procedit, fieri autumat: obliquitatem deinde vteri et peruerſum ſitum foetus nullam fere difficultatem in eo parere: denique obſtetricantem in hoc caſu, trahendo foetum, parturienti opitulari, quod in naturali partu, qui ſolis matris viribus abſolui debet, minime fieri poſſit. Quapropter agripparum partum minus dolorificum, breuiorem, faciliorem, nec minus liberum a periculo eſſe iudicat quam ea ſpecies eſt, quae fit capite praeuio. Difficultas enim, quae ex capite in agripparum partu retento nonnunquam oritur, obſtetricantis tantum errore vel in foetu mortuo accidit. Nimiam tamen Cel. ASTRUC huius partus ſpeciei laudem tribuere, nec partum, qui fere nunquam ſine artis auxilio abſoluitur, naturalem dici poſſe, facile omnes, qui artem obſtetriciam ipſi exercuerunt, conſentientes nos habituros eſſe putamus. In fine huius libri de puer- perarum p. 63. p. 79. p. 111.

perarum regimine differit, eaque inprimis, quae circa febrem lacteam et foetum neonatum obſeruanda ſunt, fuſius explicat.

p. 126. Tertio libro de partu praeternaturali (*contre nature*) agitur, cuius duas ſpecies facit, vnam, in qua foetus naturalem quidem ſitum obtinet i. e. capite vel pedibus praeuiis procedit, ſed reliqui corporis ſitus obſtaculum facit: alteram, in qua foetus in vniuerſum peruerſe ſitus eſt.

p. 167. Quarto libro Cel. Auctor de partu laborioſo et difficili, foetu, naturalem ſitum vel peruerſum obtinente, agit, docetque, difficultatem in hac partus ſpecie vel vitio matris oriri, v. c. ex ſitu obliquo vteri, inertia eius, orificii vterini calloſitate, vaginae coalitu, anguſtia peluis, in qua LEURETI forcipem commendat, cet.: vel foetus culpa, qui caput nimis magnum habet, vel hydropicus eſt aut monſtroſus cet.: vel tandem ex placenta, membranis, foe-
p. 207. tum inuoluentibus, et funiculo vmbilicali. Circa haemorrhagiam, quae a placenta oblata ſeu praeuia oritur, in ea adhuc eſt ſententia, eam non orificio accreſcere, ſed ſolutam ad orificium demum delabi. Vltimo huius libri capite de partu laborioſo et difficili ex cauſſis mere accidentalibus (*purements accidentelles*) diſputatur: de abortu ſcilicet, de partu diffi-
p. 243. cili ex foetus morte et mola. Foetum mortuum ſemper arte i. e. verſionis ope extrahendum, atque in vniuerſum hanc partus ſpeciem difficilem eſſe putat. Credit enim vterum, qui a foetus motu non ad actionem ſtimulatur, lentius et debilius ſe circa foetum mortuum, quam circa viuum contrahere: foetum porro viuum, cum caput valentius orificio vterino apprimat, illius dilatationem inſigniter promouere: foetus mortui corpus contra molle ab vtero in globum rotundum comprimi: tandemque vterum, qui foetum mortuum continet, ſemper ali-

quo

quo inflammationis gradu affici, qui contractionem eius impediat. In capite foetus, a trunco ſeparato et in vtero retento, Cl. GREGOIRE inſtrumento aliquo vſus eſt, quod in foramen magnum oſſis occipitis introduxit et quod, vt ex deſcriptione, hic a Cl. ASTRUC communicata, patet, forte inuentioni capititrahae LEVRETI, quam a lamina verſatili, qua in fine inſtruitur, *tire-tête à baſcule* vocat, anſam dedit. p. 252.

Quinto tandem libro de variis infortuniis, quae nonnunquam accidere poſſunt, Auctor Cl. exponens, de deſcenſu et inuerſione vteri, de conuulſionibus, ruptura vteri et dilaceratione perinaei, tandemque de operatione caeſarea et de hac fuſius quidem, diſſerit. Oſtendit deinde, quae ab obſtetricante in partu clandeſtino; in abortu, quem foemina medicamentis ipſa promouit et circa baptiſma foetus obſeruanda ſunt, additque reſponſum facultatis theologicae Pariſienſis, in quo foetus in vtero adhuc contentos, aqua ſiphonis ope iniecta baptizandos eſſe, pronuntiatur. Ad calcem huius operis adiecta eſt epiſtola de ratione, qua vſi ſint primi homines, cum primi eorum infantes naſcerentur, de qua re nil niſi coniecturas proferri poſſe, vnusquisque perſpiciet. p. 269. p. 342.

XVIII.

Noua phyſico-medica.

Cum *Imperialem Academiam naturae curioſorum* vno propemodum eodemque tempore b. BÜCHNERUM et TREW *), Academiae praeſidium habentes, amiſiſſe conſtet, praeſidem Eiuſdem aeque ac directorem, nec non Adiunctos, quibus iam Ea conſiſtit, iam indicare volumus.

Praeſes.

*) Comment. noſtr. Vol. hoc p. 364.

Praeſes.

FERDINANDUS IACOBUS BAIER, Medicinae Doctor, Collegii Norimbergenſis medici Decanus et Phyſicus ſenatus primarius *).

Director.

CHRISTIANUS ANDREAS COTHENIUS, Potentiſſimi Regis Boruſſici Conſiliarius intimus et primarius archiater.

Adiuncti.

IOANNES BAPTISTA MORGAGNI, Medicinae Doctor et Profeſſor Patauinus.

GERHARD ANDREAS MÜLLER, Medicinae Doctor Francofurtenſis.

IOANNES SEBASTIANUS ALBRECHT, Medicinae Doctor et Profeſſor Coburgenſis.

RÜDIGER FRIDERICUS OVELGÜNN, Medicinae Doctor Fritzlarienſis.

BALTHASAR LUDOVICUS TRALLES, Medicinae Doctor et Conſiliarius aulicus Gothaicus Vratislauiae.

GOTTLIEB HENRICUS KANNEGIESSER, Medicinae Doctor et Profeſſor Kilonienſis.

IOANNES PETRUS EBERHARD, Medicinae Doctor et Profeſſor Halenſis.

HENRICUS FRIDERICUS DELIUS, Medicinae Doctor et Profeſſor Erlangenſis.

Diſquiſitis ab Academia regia ſcientiarum *Burdigalenſi* die 25 maii 1769. elaborationibus quaeſtionis: *qui ſit optimus modus inſtituendi analyſin aquarum mineralium et an ſola analyſis ſufficiat, vt certo virtus earum et proprietates poſſint determinari* **) Academiae potiſſimum ea placuit, quae hoc HIPPOCRATIS inſcripta erat dicto: *neque vero negligentiorem ſe*

*) Comment. noſtr. Vol. hoc p. 551.
**) Comment. noſtr. Vol. XIII. p. 534.

ſe circa aquarum facultates cognoſcendas exhibere conuenit, quemadmodum enim guſtu differunt et pondere et ſtatione, ſic quoque virtute aliae aliis longe praeſtant. Praemium itaque eius Auctori Cl. MARTEAU, medicinae Doctori Rhenenſi et Academiae Ambianenſis ſodali adiudicatum eſt.

Porro *Eadem*, cum Eius exſpectationi non ſatisfecerint elaborationes, anno 1767 iamiam exhibitum problema: *de argillae naturae et remediis eam fertilem reddendi* vſque ad annum 1773 diſtulit, vt eo certiora atque accuratiora hac de re capi poſſent experimenta, et illi, qui optime hanc in rem inquiret, duplicatum conſtituit praemium.

Nec minus repetit illam quaeſtionem: *numne dentur phyſica remedia lichenum et muſcorum, qui arbores infeſtant, delendorum et hoc malum ab arboribus arcendi et quae ſint* *) et quoniam nimis generaliter in miſſis commentariis haec res fuit tractata, ad annum 1771 denuo proponit.

Ac tandem eodem 1771 anno offert Academia ei praemium, qui *ſimpliciorem minusque ſumtuoſam, ac conſtat, methodum ſaccharum coctura optimum reddendi tum qualitate, cum quantitate* exhibet. Cui et quo modo diſputationes ſint mittendae, ſupra iamiam **) cum Lectoribus communicauimus.

Academia ſcientiarum bonarum literarum et artium, quae *Ambiani* floret et die 25 auguſti 1769 conueniebat, ad praemia anni 1770 conſequenda, quae ſunt duae monetae aureae trecentarum librarum Gallicarum, duo haec eruditis viris propoſuit problemata. Quorum vnum ſpectat *relationem morum ad ſanitatem, a quibus nimirum morbis maiorum ii nos liberarunt et quos nouos procrearunt. (L'influence*

*) Vid. Comment. noſtr. hoc Vol. p. 173.
**) Ibid.

des moeurs ſur la ſanté? de quelles maladies anciennes elles nous ont delivrés? quelles maladies nouvelles elles nous ont données.) Alterum exigit *deſcriptionem febris miliaris, eius ſymptomata, periodos, ſigna diagnoſtica et prognoſtica. Eſtne indoles huius morbi inflammatoria aut putrida? Eſtne eruptio criſis aut depuratio maſſae ſanguineae aut ſymptoma factitium? Quaenam eſt methodus ei medendi? Eſtne attendenda, praeparanda fouendaque eruptio, aut eſt ei praeuueniendum et quanam ratione? Quosnam morbos ſequitur febris miliaris et quo modo praecaueri aut curari poſſint.* (*La deſcription de la fievre miliaire, ſes ſymptômes, ſes periodes, ſes ſignes diagnoſtics et prognoſtics? Son levain morbifique eſt-il inflammatoire ou putride? L'eruption eſt elle une criſe, une depuration de la maſſe du ſang, ou un ſymptôme factice? Quelle doit être la methode curative? doit-on attendre, preparer, favoriſer l'eruption, ou la prévenir et par quels moyens? Quelles ſont les maladies, indiſpoſitions, que la miliaire laiſſe après elle et quels ſont les moyens de le prevenir ou de les guerir.*

Petit autem Academia ab iis, quibus in hanc rem inquirere placebit, vt obſervationibus practicis, accurate factis, nitantur eorum elaborationes, quae alias ab Ea non attendantur. Commentarii autem Cl. BARON, qui Academiae ab epiſtolis eſt et Ambiani habitat, die 1 Iulii 1770, impenſis ſolutis, ſunt tradendi.

Academia ſcientiarum, artium et literarum elegantiorum *Diuionenſis*, ad praemium anni 1771 obtinendum hoc cum eruditis communicauit problema; *determinanda eſt actio acidorum in olea; porro mechaniſmus combinationis huius et indoles variorum compoſitorum ſaponaceorum, quae inde oriuntur* (*de determiner l'action des acides ſur les huiles, le mechaniſme*

niſme de leur combinaiſſon et la nature des différens compoſés ſavonneux, qui en réſultent).

Rogat autem Academia eos, qui huius rei explicandae nauabunt operam, vt in tribus naturae regnis ſimpliciſſima producta, quae hac ſaponaceo-acida gaudent conditione, indicent, nouas compoſitiones tentent, earum proprietates generales et characteres ſpeciales explicent et eam modo, quae nititur obſeruatione et experientia, tradant theoriam.

Commentarii ad Cl. MARET, medicinae Doctorem et perpetuum Academiae Secretarium, qui habitat Diuioni, in platea St. Jean dicta, vſque ad primum aprilis diem incluſiue 1771, impenſis ſolutis, ſunt mittendi, ita, vt ſuperſcribant dictum quoddam commentario idque vna cum nomine in ſchedula obſignata addant. Praemium, quod exſpectare licet, a Mr. DU TERRAIL fundatum, eſt moneta aurea, cuius vni lateri impreſſum eſt nomen et inſignia b. BOUFFIER, Academiae fundatoris, alteri Academiae ſymbolum.

Ill. ALBERTUM V. HALLERUM inter ſodales collegii medici *Edimburgenſis* receptum eſſe relatum legimus.

IOACHIM FRIDERICUS HENCKEL, collegii medici *Berolinenſis* ordinariam Chirurgiae accepit profeſſionem et die 12 nouembris 1769 hoc munus adiit.

In Academia *Erlangenſi* munus profeſſoris extraordinarii medicinae datum eſt IOANNI PHILIPPO IULIO RUDOLPHO, medicinae Doctori, qui ad illud adeundum programma *de tumore cancroſo ſingulari, amputatione feliciter ſanato* concinnauit et orationem *de miſera rei medicae conditione apud*

Indiae Orientalis populos die 13 ianuarii 1770 habuit.

Ibidem PHILIPPUS LUDOVICUS MÜLLER ordinariam hiſtoriae naturalis nactus eſt profeſſionem, nec non IOANNES CHRISTIANUS DANIEL SCHREBER medicinae, oeconomiae atque ſcientiarum cameralium profeſſionem adeptus et conſiliarius aulicus factus eſt.

In Academia, quae *Halae ad Salam* floret, ADAMUS NIETZKI medicinae, et IOANNES FRIDERICUS GOLDHAGEN philoſophiae et hiſtoriae naturalis ordinarias obtinuerunt profeſſiones.

Adiit die 28 martii 1770 ERNESTUS PLATNERUS, philoſophiae atque medicinae Doctor in academia *Lipſienſi*, munus Profeſſoris medicinae extraordinarii programmate, vbi *hiſtoriam literario-chirurgicam lithotomiae mulierum* tradidit et ad orationem: *medicos de animi cum corpore conſenſu audiendos eſſe ad infringenda commenta materialiſtarum*, audiendam inuitauit.

Sueuofurti die 25 decembris 1769 experientiſſimus BOENNEKEN epiſcopatuum Wertheimenſis et Herbipolitani conſiliarius aulicus, poliater et Academiae naturae curioſorum ſodalis vitam cum morte commutauit.

Conſtituit Societas, quae *Roterodami*, moderante Cl. CAMPERO *), varia iamiam contagii in vitulos transferendi fecit experimenta, explorare: num perinde ſit, quaenam pabula, poſtquam contagium per artem ſuſceperunt, exhibeantur; dein cur contagium hyemali tempore validius ſit, pluresque eo correpti

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. hoc p. 363 et 553.

correpti pereant, quam aeſtiuo tempore, vti in Anglia, Italia aliisque locis obſeruatum eſt, quo eo melius et accuratius diiudicari poſſint, quae in poſterum, contagio, per artem inducto, vel proſint vel obſint.

Quam ob cauſſam die 2 ianuarii 1770 quatuordecim annui vituli et vna vacca contagio imbuebantur, quorum tredecim a d. 12 vſque ad d. 21 eiuſdem menſis perierunt. Praeter venaeſectionem poſt quartum translationis diem, nullis amplius adhibitis medicaminibus, foenum et aquam porrexerunt.

Cadaueribus apertis, partes capitis, pectoris et abdominis multo magis infectae reperiebantur, quam in antecedentibus, ac inprimis quidem ventriculi, qui multo magis, ac ſolet, indigeſto, ſicco, fibroſo et quaſi conuoluto atque aduſto impleti erant foeno. Infelici itaque huius contagii euentu cum praecedentibus longe felicioribus collato, iisque, quae, cadaueribus his diſſectis, obſeruarunt, cum illis, quae antea reperierunt, comparatis, ad foenum, vt ad principem cauſſam huius minus proſperi euentus, eſſe reſpiciendum, contagiumque ideo hyemali tempore magis noxium eſſe, ac foenum omnino contagio imbutis multa incommoda afferre, Societas adducitur, vt credat.

Rebus itaque ſic ſe habentibus, pabula, quae horum aegroto ſtatui magis conueniunt, quam foenum, iis praebenda eſſe ſtatuit Societas, ac habet omnino in votis, vt ii, qui ita inſeruire velint rebus publicis, aſſidue et accurate omnia attendant et candore quodam, quaenam alimenta et medicamenta vel commoda vel incommoda attulerint, cum Societate communicent, quo tota haec res emendari et certior reddi queat.

Memoria CHRISTOPHORI IACOBI TREW, Medicinae Doctoris, S. Rom. Imperii Nobilis et Comitis Palatini, Imperatoris Romani Conſiliarii et archiatri, Marggrauii Onolsbacenſis Conſiliarii intimi et archiatri, Phyſici Noribergenſis Ordinarii et collegii medici Senioris primarii, Academiae Naturae Curioſorum Directoris, Societatis Londinenſis, Berolinenſis et botanicae Florentinae Sodalis.

Multis de cauſſis TREVIUM meruiſſe, vt inter doctiſſimos omnisque naturae peritiſſimos medicos numeraretur, ſatis quidem munera et honores, quos geſſit, comprobant; ſed multo magis atque certius libri, quos ſcripſit, proprii cuilibet docto viro teſtes: tum longa vita, penitus in literarum ſtudiis transacta: cura denique impenſa omnium earum rerum, quae artis medicae et naturae cognitionem vel illuſtrant vllo modo, vel efficaciter adiuuant. Quid autem prius dicamus, ipſa illa cura, quae non tam literarum ſtudio continetur, quod aliquis fortaſſe ad ſuam oblectationem referat, quidam adeo ad gloriae cupiditatem; quam totius generis humani incorruptum amorem declarat, cui etiam colligendis ſeruandis diuulgandisque iis, quae bene inventa atque elaborata ſunt, vnice conſulitur. Non minus enim humanis rebus proſpicit, qui artis ſcientiam hoc modo alleuat et commendat, quam qui artem ipſam facit, etiamſi alter futurae aetati tamquam ſerit ac plantat, alter praeſentes fructus offert. Sed illa cura non tantum noua dicendo ſcribendoue ſalubris eſt; ſed etiam cuiuslibet aetatis monumentis colligendis, vt errorum atque veri hiſtoria pandatur. Quam etſi breuiter et bona fide conſi-

conſignatam legere non poenitendum lucrum eſt, tamen, niſi ipſa monumenta exſtent, vnde vberior cognitio hauriatur, nondum ſibi omnes ſatisfactum putant. Iubet enim diſciplinarum hiſtoria plura quaerere, redditque adeo inueſtigandi cupidos: quis autem, aut vbi quaerat, niſi quidam fuerint tam generoſo animo, vt aliorum cauſa ſcriptores omnium aetatum colligant? Quare de aliis optime mereri videntur, qui vel diuitias ita contemnunt, vt eas ſine vſura in bibliothecis repoſitas habeant; vel rem familiarem ita diligenter adminiſtrant, vt ſemper aliquid ad hos vſus reliqui fiat: ſic enim, cum eorum bibliotheca totius vrbis refugium ſit, honeſtiſſimo modo liberales eſſe, et, quod nemini alii licet, per diuitias ſuas docere poſſunt. Ac talem fuiſſe TREVIUM, veriſſime confirmare poſſumus. Quidquid enim ingenii a natura acceperat, quidquid amoris erga naturae opera vel educatio in animo eius incenderat, vel itinerum diuturnitas aluerat et confirmarat, quidquid denique in literis adiumenti e diuitiis, doctorum virorum amicitiis, ipſaque vitae longioris vſura ei ſe obtulerat, id omne honeſte ac recte, hoc eſt, ita collocauit, vt non ſolum via tardiore atque difficiliore ad doctrinam contenderet, partamque tueretur; ſed praeſidiorum omnis generis tantam copiam congereret, vt nihil non ab ipſo peti poſſet. Etiamſi enim diſſertationum incredibilem ſummam praetereamus, (numerantur autem vltra ſedecim millia) tantam librorum multitudinem collegit, vt nullus facile noſtrorum medicorum, nec copia, nec pretio certare cum eo poſſet. In quo ſi vel maxime bona malis mixta ſint, tamen iis gratiae habendae videntur, qui omnia conquirunt, cum interdum quantiuis ſit, noſſe amicum, apud quem huius generis mala reperias. Inter illa vero 22700 volumina tam raros nactus eſt libros, vt etiam ſolus

aliquos poſſideret, et Altorfina academia, cui omnem illum theſaurum legauit, iam de eo iure gloriari poſſit. Poſſidet enim, vt e multis quoſdam nominemus, *Dodartianae* hiſtoriae plantarum omnes tres partes, et ſex volumina naturalis hiſtoriae, lingua Sinenſi in charta bombycina ſcripta, ſiue potius nigro colore Sinenſi picta, inſertis figuris ligno inciſis: quos libros ipſe TREVIUS inter cimelia bibliothecae ſuae numerare ſolebat. Sed ex his facile de ceteris iudicari poterit. Quod ſi praeterea manu ſcriptos libros, quos reliquit, enarrare inſtitueremus, certe modum excederet narratio. Itaque hoc vnum addimus, in hac bibliotheca tredecim millia epiſtolarum, ſeculo decimo ſexto, ſeptimo et octauo ſcriptarum aſſeruari, quarum non parua pars ab iis ſcripta eſt, quos TREVIUS in itinere conuenerat. De ceteris rerum naturalium collectionibus, quae medicae doctrinae quaſi vitam largiuntur, infra dicemus. Illa vero liberalitas, quam legato, de quo diximus, declarauit, ſine dubio et magnitudine et pretio rei praedicanda, tantoque honeſtior cenſenda videtur, quanto plus ſic potiſſimum inſtituta communi vtilitati conſulit, cum multo ſumtu ac tempore collecta bibliotheca non diſtrahatur. Quod ita diligenter cauit TREVIUS, vt ne illos quidem libros, quos bis emiſſet, vendi permitteret: hos enim Erlangenſi academiae donauit. Verum haec, quae multum a fortuna adiumenti habuerunt, etſi ad laudem ſunt vberrima, tamen ideo quoque non parum commendationis merentur, quoniam nullam ad oſtentationem comparata fuerunt; ſed ab ipſo literarum amore profecta, et ab eo viro inſtituta, qui vt ne otioſa quieſceret ſupellex, doctrinam tanto apparatu dignam haberet, animumque gereret tam humanum, vt cuilibet theſauri huius vſus pateret. Sed ad ipſam Viri vitam veniendum eſt, cuius omnis

decurſus

decurſus vel praeparationem, vel adiumenta eorum, quae hactenus commemorauimus, habuit.

Lauſae anno 1695 natus eſt, in oppido agri Noribergenſis, patre CHRISTOPHORO, pharmacopola, matre SIBYLLA REGINA PRUNSTERIA. Ab anno ſeculi huius vndecimo ad quartum decimum Altorfii a SCHWARZIO, KOEHLERO, IANTKIO, HOFMANNO et HEISTERO philoſophiam, matheſin et medicinam ita didicit, vt HEISTERO etiam amico vteretur, ceterum botanicen prae reliquis curaret, et, hac curriculi parte abſoluta, anno 1716 medicinae doctor crearetur. Non diu, reuerſus in patriam, artem ibi fecerat, cum improuiſo a. 17 occaſio itineris ad Herbipolitanos et Francofurtenſes ad Moenum ei obuenit, quam maxime ad cognoſcenda foſſilia et plantas contulit, cuius generis multa ibi collecta aſſeruabantur. Inde per Alſatiam et Heluetiam Pariſios venit, vbi integrum annum inter chirurgos, anatomicos et botanicos exegit, ſed reliquas etiam hiſtoriae naturalis et literariae rei colendae occaſiones ſectatus eſt. Quo celebriora autem praeceptorum nomina ei vbiuis contigere, eo magis ille proficere potuiſſe videtur, qui ſtudium et induſtriam attulerat. Audiit ergo WINSLOVIUM ac DUVERNEIUM, duce BOUCAULTO per nouem menſes cadauera ſecuit, MERRYO et TUBAULTO chirurgis adfuit, ab ANTONIO DE IUSSIEU veniam horto botanico vtendi liberaliſſimam impetrauit, vt plantas etiam inde colligeret: in quo initia herbarii *Treuiani* quaerenda ſunt, cum non tantum illius horti bonis vteretur, ſed, quidquid ſolum Pariſinum ferret, adiungeret. Secundum haec in Batauis BOERHAVIO, RUYSCHIO, ALBINO atque RAVIO innotuit, Gedanique totum annum commoratus eſt, vbi adeo libentiſſime habitaturus videbatur, tantopere ei vrbs placuerat,

niſi

niſi Noribergae amor eum retraxiſſet, in quam anno demum 1720 per Boruſſiam Saxoniamque ſuperiorem rediit. His non plura quidem de *Treuianis* itineribus comperire potuimus; illud tamen vel ſic facile intelligitur, tot occaſionibus et exemplis oblatis non potuiſſe librorum coëmendorum cupiditatem non incendi, libros ipſos cognoſci, iudicandique facultatem parari, iungi denique multiplices familiaritates, vt in poſterum cum aliqua etiam moleſtia epiſtolae innumerae ſcribendae eſſent, ei praeſertim, qui omnibus reſpondere, gratulari, gratias agere conſueſſet. Illud ne admonitione quidem eget, collectos vbique theſauros, quos oculis et animo vſurparat, ad imitationem ei multum profuiſſe. Iam omnem reliquam vitam Noribergae agere viſum eſt, in primis cum ſuccedere in Altorfina academia HEISTERO, Helmſtadium euocato, recuſaſſet, ac tantum ibi ad vltimam vſque ſenectutem floruit, vt optabile cuiuis videatur, ſimilem a ſuis fauorem ſimilibus officiis et meritis inire. Reſtant alia quaedam de honoribus et inſtitutis TREVII. Non paſſura videbatur eius paupertas, vt ad doctoris honores adſpiraret, volueratque ipſe, venia artis faciendae diſputando impetrata, primum Lauſae latere, niſi HEISTERUS tam diu monendo inſtitiſſet, donec eum ad hos honores compelleret, multisque modis impedimenta inopiae remouiſſet. In collegium medicum Noribergenſe an. 20 adſcitus eſt, an. 44 inter eius quinque Seniores relatus, an. 61 ad dignitatem Senioris primarii euectus. In initiis horum munerum, cum numerus aegrorum, quos curabat, nondum nimis excreuiſſet, medicinae ſtudioſos et chirurgos docuit anatomen et chirurgiam, cum iis cadauera diſſecuit, anatomicum Noribergenſe theatrum multis ſceletis et alia ſupellectili inſtruxit, cura denique horti medici ſuſcepta, botanicam explicauit.

Com-

Commercium literarium Noribergenſe, et acta Academiae nat. curioſ. TREVIO multa debent, ſiue ipſum librorum argumentum ſpectes, ſiue curam edendi, praefandi, et indicum conficiendorum. Maioris operis anatomici, quod inſtituerat, tantum ſeptemdecim tabulae oſteologicae prodierunt cum explicatione, quae non tota tamen TREVII eſt, niſi vbi de oſſibus caluae exponitur: cetera alius addidit, quoniam TREVIUS negotiis pluribus diſtentus erat. Omnes muſculi corporis humani, praeter eos, qui ad ſpinam dorſi ſunt, quales ipſe parauerat, delineati ſeruantur in eius bibliotheca; ſed exſpectant aliquem, qui aeri incidendos curet. Rurſus de herbario *Blackwelliano* in vernaculam transferendo primus cogitauit, operique aliquamdiu ipſe praefuit, nec, cum aliis maximam negotii partem mandaſſet, omnem eius curam omiſit. Omnino multa, quae hiſtoriam naturalem tabulis ſculptis vel pictis illuſtrant, aut ipſe inſtituit, aut ab exteris accepta repetiit, auxit, et cum noſtris communicauit. Cum vero omne a legitimis negotiis vacuum tempus botanicis impenderet, permultas plantas, et ab artificibus interdum probatiſſimis, pingi ſibi voluit, earumque numerum ad multa millia adaugeri vidit: non paucas etiam alibi pictas magno ſumtu coemit. Inſuper plantarum aridarum viginti quatuor volumina ſpiſſa habuit, in quibus illae Pariſinae ſunt, quas ſupra commemorauimus, multae Londinenſes et exoticae. Earum pars, vt a KELLERO pictae erant, Noribergae prodiit. De cura aegrorum indefeſſa atque proſpera dicere ſeparatim non attinet: qui enim haec omnia praeſtitit, quae antea narrauimus, qui ſponte et ſaepe magno ſumtu prodeſſe aliis voluit, is quomodo dubitari poterit talis etiam in iis fuiſſe, quae vitae genus ac munerum neceſſitas poſtulauit? Ita ergo vno ſenectutis morbo a. 1769, d. 18 iulii, aetatis anno 75 obiit.

Index librorum, quos edidit b. TREW.

Diſſertatio inauguralis de chyloſi foetus in vtero, additis obſeruationibus anatomicis. Altorf. 1715. c. fig. aen.

Nachrichten einer raren Hauptwunde, deren Cur und Section. Nürnb. 1724. 4. c. fig.

Beſchreibung der groſſen americaniſchen Aloe, theils aus bewährten autoribus, *theils aus eigener Erfahrung zuſammengetragen. Wobey das tägliche Wachsthum des Stengels, der im* 1726 *Jahr zu Nürnberg verblüheten Aloe in Tabellen mit* obſervationibus meteorologicis *erläutert und die natürliche Beſchaffenheit des reifen Saamens vorgeſtellet wird.* ib. 1727. 4. *m. K.*

Vertheidigung der Anatomie in einer Rede. ib. 1729.

Epiſtolae ad Ill. ALB. HALLERUM de vaſis linguae ſaliualibus atque ſanguiferis ib. 1734. 4. c. tab. aen. viu. colorib. pict. IV.

Diſſertatio epiſtolica de differentiis quibusdam inter hominem natum et naſcendum intercedentibus, deque veſtigiis diuini numinis inde colligendis. ib. 1736. 4. Accedunt tabulae aeneae V. in duplo, alterae variis coloribus illuſtratae.

Plantae ſelectae, quarum imagines ad exemplaria naturalia Londini in hortis curioſorum nutrita, manu artificioſa doctaque pinxit GEORG. DIONYSIUS EHRET, Germanus, occaſione haud vulgari collegit nominibus propriis notisque ſubinde illuſtrauit et publico vſui dicauit TREW: in aes incidit et viuis coloribus repraeſentauit IO. IACOB. HAID Decur. I–VII. ab anno 1750–1765. ib. fol. mai.

Imagines florum, WIRSCHINGII ſumtu publicatae, LXVI foliis.

Tabulae oſteologicae ſeu omnium corporis humani perfecti oſſium imagines ad ductum naturae tam ſigil-

ſigillatim, quam in ordinaria connexione ſecundum habitum ſuum externum, magnitudine naturali ſub eiusdem inſtitutione repraeſentatae, ab anonymo deſcriptae, a GEORGIO LICHTENSTEGER ſculptore et NICOLAO FRIDERICO EISENBERGER pictore effigiatae et in publicum editae ib. 1747. *Oſteologiſche Tafeln oder Abbildungen aller Beine eines vollkommenen menſchlichen Körpers nach der Natur ſowohl einzeln als in der ordentlichen Verbindung nach ihrer äuſſerlichen Geſtalt in der natürlichen Gröſſe nach ſeiner Anweiſung vorgeſtellet; nebſt derſelben Beſchreibung eines Unbenannten. Ausgefertiget und verleget von* GEORG LICHTENSTEGER, *Kupferſtecher, und* NICOLAUS FRIEDRICH EISENBERGER, *Mahler.* ib. 1767.

Cedrorum Libani hiſtoria earumque character botanicus cum illo laricis, abietis pinique comparatus. Accedit breuis diſquiſitio, an haec arbor ſit illa ipſa in ſacro codice prae omnibus celebrata, et vel Aeres vel Beroſch dicta, itemque an graecis botanicis fuerit cognita, cum tab. aen. II. ib. 1757.

Apologia et mantiſſa obſeruationis de cedro Libani et cedrorum Libani hiſtoriae, ſeu hiſtoriae pars altera. ib. 1767. c. tab. pict. V.

Librorum botanicorum catalogi duo, quorum prior recentiores quoſdam, poſterior pleroſque antiquos ad annum MDL vſque excuſos ad ductum propriae collectionis breuiter recenſet. ib. 1752. fol.

Catalogus bibliothecae medicae, philoſophicae et miſcellaneae decurſu L. annorum in priuatum et publicum vſum collectae, Academiae Norico-Altorfinae poſt ſua fata vltima tradendae. Sect. I. continens, acta, diaria miſcellanea, noua literaria Academiarum, ſocietatum cum publicarum, tum

tum priuatarum itemque ſingulorum virorum induſtriorum. ib. 1769. 8.

Multa porro, vti ex memoria b. TREW patet, in commercio literario phyſico, cuius continuationem ab anno 1734. curauit, nec non in Actis Naturae Curioſorum ab Eo elaborata reperiuntur. Nec minus variorum quoque librorum edendorum e. gr. CONRADI GESNERI Opera botanica. IO. MARTYN de plantis rarioribus, IO. HERM. KNOOP Pomologia, aliaque, conſilia pariter ac libros ex ſua dedit collectione, nec parum diligentiae aeque ac doctrinae ipſe in quibuſdam adhibuit, vt in Herbario Blackwelliano.

XIX.

Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1765 prodierunt.

Beſtätigung der beſondern Krafft des neuen Mittels bey bösartigen und zuſammenflieſsenden Pokken, welches C. L. HOFFMANN *im vorigen Iahre bekandt gemacht hat; nebſt der Rechtfertigung ſeiner Heilart gegen den Herrn* L. H. SCHÜTTEN, *den jüngern* M. D. *in Cleve, durch* CARL HOFFMANN. *Münſter.* 4.

Mémoire ſur la vitalité ou nourriture des enfans par M. I. I. HOIN de l'Academie de Dijon. à Londres et à Paris. 8.

An inquiry in to the nature, cauſe and cure of the croup by FRANCIS HOME. Edinbourgh. 8.

Abhandlung von der elektriſchen Abſtoſsung von ANTON HOMBECK. *Wien.* 8.

Kurtzgefaſste doch gründliche Anweiſung zur vortheilhaften Auslegung und Unterhaltung eines wohlbeſtellten Blumengartens, nebſt genauer Beſchreibung der Orte, Geſtalt, Pflege und Vermehrung dienſamer Blumen-

Blumengewächſe mitgetheilt von IOH. WILHELM HÖNERT. *Zwote vermehrte Auflage. Bremen.* 8.

Abhandlung von dem allgemeinen Holzmangel und von den Mitteln ſolchen Mangel zu ſteuern durch J. L. HUBERTI. *Frankf. und Leipzig.*

IO. NEPOM. AB HUMBOURG diſſ. ergo haemorrhoidi recenter tumidae ſectio, non hirudo, Vindob. 8.

Eſſai ſur les fievres auquel on a ajouté deux diſſertations, l'une ſur les maux de gorge gangreneux et l'autre ſur la colique de Devonshire par Mr. JEAN HUXHAM Docteur en Médecine. Traduit ſur la troiſieme edition Angloiſe à Paris. 12.

Eiusd. *Sammlung mediciniſcher Schriften von Fiebern, Kinderblattern, Lungenentzündungen, Seitenſtechen, böſen Halskrankheiten. Bremen.* 8.

An Eſſay on Britiſh iſinglaſs by JACKSON Lond. 8.

Discours ou hiſtoire abregée de l'antimoine et particulierement de ſa préparation par Mr. JACQUET. Paris. 12.

Unterricht an die ſchleſiſchen Landleute, wie ſie ſich theils vor Krankheiten verwahren, theils wenn ſie damit befallen werden, ſich mit gehörigen Mitteln zu Hülfe kommen ſollen, bis ſie die Hülfe eines Arztes erlangen können von GOTTFR. FERDINAND JÄNSCH. *Breslau.* 8.

CLAUD. CARL DE IEEN Quaeſt. med. an plurimi inter acutos morbi criſes eludunt. (affirm.) Reſp. *I. Ant. Elias de la Poterie.* Pariſiis. 4.

Demonſtratio vteri praegnantis mulieris cum foetu ad partem maturi, in tabulis ſex ad naturae magnitudinem poſt diſſectiones depictis et ex methodo diſpoſitis, vt huius ſtatus grauidi amplam ob oculos ideam collocent, cum explicatione cura et ſtudio CAROLI NICOLAI IENTY ad exemplar Londinenſe translata a D. CASIMIR.

 CHRI-

CHRISTOPH. SCHMIDEL in aes inciſa et recuſa a IO. MICHAELE SELIGMANN (*latine et germanice*) Norimbergae fol. max. (*Ante aliquot annos iam incoeptum opus hoc demum anno abſolutum eſt.*)

IAC. FRID. ISENFLAM diſſ. inaug. de varietate muſculorum Reſp. *Wilh. Chriſt. Hommer.* Erlang. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de cauto ſpecificorum vſu et commendatione Reſp. *Iac. Michael Halbmayer*, ib. 4.

Nöthiger Unterricht, wie bey den herrſchenden böſsartigen Fiebern die Krankheit abgewandt oder geheilt werden könne (von D. ITH). *Bern.* 4.

IOH. GOTTFR. JUGELS *gründlicher Naturbericht des ganzen mineraliſchen Reichs oder natürliche Berg-Schmelz-und Figierkunſt.* 1. *Theil. Wien.* 8.

FRID. CHRIST. IUNCKER diſſ. inaug. qua demonſtratur, debilitatem, a profuſa fluidorum euacuatione enatam, eorum coctioni ſemper eſſe proportionatam Reſp. *Alb. Goſwin Walther.* Halae. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de cauſſis quibuſdam praematurae ſenectutis praecipuis Reſp. *Io. Henr. Buihring.* ibid. 4.

HEINR. GOTTL. IUSTI *Grundriſs des geſammten Mineralreichs 2te Auflage. Göttingen.* 8.

PETR. KALM diſſ. florae Finnicae, pars prior Reſp. *Wilhelm Grenlund.* Aboae. 4.

Eiuſd. Om liks begrafwande in kyrkoroch Kyrkogärder. ib. 4.

CARL. FRIDER. KALTSCHMID diſſ. inaug. de febre lenta haemorrhoidali feliciter curata. Reſp. *Guil. Godofr. Vogler.* Ien. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de cauſſis debilitatis febrilis Reſp. *Io. Carl. Rauchfus.* ib. 4.

CARL.

CARL. FRIDER. KALTSCHMID diſſ. inaug. de vomitoriis. Reſp. *Io. Ernſt Klotz.* ib. 4.

Eiuſd. Progr. inaug. de tumore tunicato peculiari. ib. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de nauſea, quae germ. *die See-Krankheit* appellatur. Reſp. *Frid. Io. Chriſt. Hallbauerus.* ib. 4.

Eiuſd. progr. inaug. de hydrope pectoris ſaccato rariſſimo. ib. 4.

KÄPLERS *Anweiſung zu mehrerer Erkänntniß und Verbeſſerung des Forſtweſens. Eiſenach.* 8.

Trattato della Seminazione de campi et della Coltivazione de Prati di G. KATTI. Tenez. con fig.

GEORG. SIM. KEILHORN diſſ. de radicibus ſenega et ſalab. Francof. ad Viadr. 4.

ANT. KESLER diſſ. inaug. de herniis. Vindobonae. 4.

FRANC. ANT. KESZLER diſſ. inaug. de viola. ib. 8.

Methode generale de Mr. KEYSER pour l'adminiſtration de ſes dragées dans le traitement des maladies véneriennes inprimée par ordre du Roi. Nouvelle Edit. à Paris. 12.

IO. KIES diſſ. de phyſica ad maiorem ſimplicitatem reducenda. Reſp. *Gottl. Chr. Storr.* Tubing. 4.

CARL. ANDR. ERN. KLEINMANT diſſ. inaug. de hydrope in genere. ib. 8.

ANTON. KLEIN diſſ. inaug. de vitae regimine grauidarum. Vindobon. 4.

Ein in dem Königreiche Preußen ungemein bewährt befundenes Mittel wider die Seuche des Rindviehes durch den Druck zum allgemeinen Gebrauch bekannt gemacht von einem vornehmen Patrioten. Brandenburg. 4. (von Herrn geheim. Rath VON KLEIST.)

E. D. KLUGE, M. D. Commentatio, quatenus ex animi diuerſa ratione diuerſum recte deduci atque demonſtrari poſſit temperamentum. Zerbſt.

Pomologie, ou deſcription et peinture des meilleures ſortes de pommes et de poires, que l'on eſtime et cultive le plus, ſoit aux Pays Bas, ſoit en Allemagne, en France, en Angleterre cet. expliquées deſſinées d'après nature et inluminées de leurs couleurs naturelles par JEAN HERRM. KNOOP. traduit de Hollandois. à Leeuwarde. fol.

ALEX. BERNH. KÖLPIN oratio de hiſtoriae naturalis et ſpeciatim botanices praeſtantia ac dignitate. Gryphiſwald. 4.

IO. MART. KRAHMER diſſ. inaug. ſiſtens meditationes circa febrem malignam, topicam biliofam vel cholericam putrem recentiorum eiusque legitimam medelam. Argent. 4

CAROL. CHRIST. KRAUSE diſſ. inaug. de ſenſilibus partibus humani corporis. Reſp. *Io. Wilh. Struve.* Lipſ. 4.

IO. FRID. KRÜGER ſuar pä fragon hwilka äro ſwenska Climatens förmoner och olägenheter i anſcende til almänna och enskilda hushällningen i iamforelſe emot andra lënder, Stockholm. 8.

IO. GODOFR. LAMBERTINI diſſ. inaug. de neceſſariis iis ad hoc, vt medicus praxin cum laude exerceat. Vindob. 8.

DE LA LANDE Art du mégiſſiſſier, à Paris. fol. av. fig.

IO. HENR. LANGE, M. D. tentamen phyſico-medicum de remediis Brunſuicenſium domeſticis. Brunſuig. 8.

GEORG. AUG. LANGGUTH. diſſ. inaug. de morbo boum adhuc epidemice graſſante. Reſp. et auctore *Io. Godofr. Ulmann.* Witteberg. 4.

Eiuſd. progr. inaug. de recuperanda medicinae veterinariae prima dignitate. ib. 4.

GEORG.

GEORG. AUG. LANGGUTH. prog. inaug. de paracenteſi aſcitis remedio admodum probabili ad loc. CELSI lib. III. cap. XXI. ib. 4.

ALEXAND. LARREY diſſ. de praecipuis lactentium morbis. Auenione. 4.

PETR. LASSERS theſes anatomico-chirurgic. de morbis linguae. Pariſiis. 4.

FRIED. IOS. LAUTTER *zweyjährige Geſchichte der Krankheiten, welche vom Frühlinge 1759. an bis zum Ende des Winters 1761. in Laxenburg und den umliegenden Dörfern geherrſchet haben, welche eine beſondre und ſeltne Epidemie von intermittirenden Fiebern beſchreibt. Aus dem Lateiniſchen überſ. v.* Ioh. Heinrich Schönhegder. *Copenhag.* 8.

LUDOV. LAZZARELLI ſeptempedani poetae laureati bombyx. Acceſſerunt ipſius aliorumque poetarum carmina cum commentariis de vitis eorumdem IO. FRANCISCO LANCILLOTTO A STAPHYLO auctore ad POMPEIUM COMPEGNONIUM Maceratenſem Auximatum et Cingulanorum pontificem. Aeſii. 4.

MARTIN FROBEN. LEDERMÜLLERS *abgenöthigte Vertheidigung; als ein Anhang ſeiner mikroſcopiſchen Gemüths- und Augen-Ergötzung: wieder einige von dem Verfaſſer des Neueſten aus dem Reiche der Pflanzen und der Geſchichte der Stubenfliege in dieſen beyden Schriften geäuſserte Zweifel und Vorwürfe. Nebſt einer Beylage des Verlegers* ADAM WOLFGANG WINTERSCHMIDTS, *welche die Abbildung einer mit vielen ſehr kleinen Inſecten geplagten, ganzen und vergröſserten Stubenfliege enthält. Mit ausgemahlten Kupfern. Nürnberg.* 4.

Eiuſd. *phyſicaliſch microſcopiſche Vorſtellung und Zergliederung einer angeblichen Rockenpflanze das*

 Staudten-

Staudten - Steck - und Gerſtenkorn insgemein genannt. Wobey die Embryonen der noch zarten und kaum 4. *Wochen alten Aehre mit ihrem Keim, dann Blüht - und Befruchtungs - Theilen, ingleichen die Aehnlichkeit des Roken - und Gerſtengraſes mit ſeiner Blüht und Frucht, ſowohl natürlich als vergröſſert ſich abgebildet befinden: als der zugeſicherte und verlangte Schluß des zergliederten Rokens ſamt* 3. *nach der Natur ſorgfältigſt mit Farben erleuchteten ſaubern Kupfertafeln.* ibid. fol.

Conſultations ſur la plûpart des maladies, qui ſont du reſſort de la chirurgie par Mr. LE DRAN. à Paris. 8.

Supplemento di GIORG. LEVIS al Dizionario vniverſale delle arti e delle ſcienze di EFRAIMO CHAMBERS Tom. 6. Venezia. 8. c. fig.

I primi felici ſucceſſi degl' ineſti del Vajuolo fatti in Italia dal Sign. VINC. ANT. LEVIZZARI, in Lucca. 8.

Synopſis vniuerſae praxeos medicae in binas partes diuiſa, quarum prior contractum omnium morborum tum internorum, tum externorum conſpectum exhibet; altera vero rem medicamentariam vel promptuarium ſelectiſſimorum medicaminum emporeticorum, officinalium, et magiſtralium perpetuis commentariis illuſtratum ſiſtit. Auctore IOSEPHO LIEUTAUD. Pars I. II. Amſtelod. 4.

Recueil d'obſeruations des effets des eaux minerales de Spa de l'an 1764. avec des remarques ſur le ſyſteme de Mr. LUCAS ſur les mêmes eaux minerales, par I. P. DE LIMBOURG, à Liege. 8.

CAROL. A LINNÉ diſſ. inaug. de lepra. Reſp. *Iſaac Udman.* Upſal. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. morbi artificum leuiter adumbrati. Reſp. NIC. SKRAGGE. ib. 4.

CAROL.

CAROL. A LINNÉ diſſ. inaug. de potu chocolatae, Reſp. *Ant. Hofman.* ib. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de potu theae. Reſp. *Petr. Tillius.* ib. 4.

Eiuſd. diſſ. circa calidorum vſum. ib. 4.

Eiuſd. *Reiſen durch Weſtgothland, welche auf Befehl der hochl. Stände des Königreichs Schweden im Jahr 1746. angeſtellet worden, 2ter Theil. Aus dem Schwediſchen überſ. Halle.* 8. mai. *m. K.*

FRANC. IOS. LIPP encheiridion botanicum ſpecimen inaugurale. Vindobon. 8. c. tab. aen. XI.

Obſeruationum medicarum decas prima. Auctore ANT. LIZZARI. Venet. 8.

Eiuſd. ſtoria della grave malattia di un perſonaggio illuſtre con le ſue annotazioni. *ibid.* 8.

Morbi deterioris notae Gallorum caſtra trans Rhenum ſita ab anno 1757. ad 1762. infeſtantes. Auctore IOSEPH. ADAM. LORENZ. Seleſtadiae. 8.

De melancholia et melancholicis. Tom. I. II. Auctore ANNA CAR. LORRY. Paris. 8.

Abhandlungen und Bedenken über das Ackerweſen und den Anbau verſchiedner Feldfrüchte aus eigner Erfahrung entworfen von PHIL. ERNST LÜDERT. *Flensburg und Leipz.* 8.

CHRIST. GOTTLIEB LUDWIG inſtitutiones medicinae forenſis praelectionibus academicis accommodatae. Lipſ. 8.

Eiuſd. Progr. inaug. de cauto vſu exemplorum proſperae curationis ad definiendos letalitatis gradus. ib. 4.

Eiuſd. Paraeneſis de vera ſtudiornm ratione ineunda. ib. 4.

Eſſay on the Rheumatiſm by N. MAILLARD. Lond. 8.

CHRIST. ANDR. MANGOLD Progr. de neceſſitate

ſollicite inueſtigandi ſtrata terrae ad vtilem mineralium cognitionem. Erford. 4.

CHRIST. ANDR. MANGOLD diſſ. inaug. de generibus et ſpeciebus vlcerum. Reſp. *Phil. Wilh. Apel.* ib. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. docens apoplexiae plures praeter ſanguineam et ſeroſam dari ſpecies. Reſp. *Ioan. Chriſt Handtke.* ib. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de hydrophobia a morſu animalium rabidorum et ab aliis cauſſis. Reſp. *Fried. Gottl. Brunnemann.* ib. 4.

PAUL IACOB MARPERGERS *in Natur- und Kunſtſachen neueröffnetes Kaufmannsmagazin zum Unterricht und Dienſt aller der Medecin, Botanic, Chymie, Droguerie, Bergmannswiſſenſchaft und ſo w. inſonderheit aber der edlen Kaufmannſchaft überhaupt befliſſenen mit möglichſter Accurateſſe und vortheilhafter Verbeſſerung in einem beliebten alphabetiſchen Lexico abermahls eröffnet. 4te Auflage. Hamb.* 8. mai.

Defenſe de pluſieurs ouvrages ſur l'agriculture, ou réponſe au livre intutulé manuel d'agriculture, par Mr. DE LA MARRE. à Paris. 12.

MARX IACOB MARX diſſ. inaug. de ſpaſmis ſiue motibus conuulſiuis optimaque iisdem medendi ratione tam generali, quam ſpeciali. Halae. 4.

De oſſeis tumoribus obſeruationes. Auctore ANT. MATANI. Coloniae Agrippinae. 8.

GEORG. MATTHIAE diſſ. de vera ſanitatis humanae notione. Reſp. *M. F. Houth.* Goett. 4.

The medical Works of RICHARD MEAD M. D. with an account of the life and writings of the Author, in three volumes. Edinburgh. 8. c. fig. aen.

M. F. MEERGRAFS *Verſuch einer wahren Verbeſſerung zur Glückſeligkeit eines Staates etc. Bamberg.*

berg. 8. mai. (*Plurima, in hoc libro contenta, oeconomiam ſpectant.*)

The Midwife's Pocket Companion or a practical treatiſe on Midwifry on a new Plan in three Parts. By IOHN MEMES. D. M. Lond. 12. maj.

Vollſtändiger Lehrbegriff von der practiſchen Feldwirthſchaft nach der alten und neuen Einrichtung, ſo weit ſie ſich auf die Erfahrung gründet, allen Liebhabern des Feldbaues zum Beſten abgefaßt, und mit dazu nöthigen Kupfern verſehen von IOH. MILLS. *Aus dem Engl. überſetzt von* M. E. F. I. *3ter Band. Leipz.* 8.

Manuel du Iardinier, ouvrage neceſſaire aux cultivateurs, amateurs de la botanique et de la phyſique: contenant la deſcription des plantes neceſſaires pour la decoration d'un jardin de fleurs; les differences eſſentielles, qui les diſtinguent de celles avec lesquelles elles pourroient être confondues; le temps de les ſemer; la maniere de les reproduire la plus prompte et la plus avantageuſe, la qualité de la terre, l'expoſition, qui leur eſt neceſſaire, leurs vertues medicinales et oeconomiques et les maladies dans lesquelles elles ſont indiquées par le Sieur MIRANDOLA, traduit ſur l'original italien par M. C. L. F. RAUDI. à Paris. 12.

Abhandlung von dem Raygraſe des Herrn MIROUDOT. *Aus dem Frantzöſiſchen überſezt, mit einer Vorrede* IOH. IACOB REINHARDS. *Carlsruhe.* 8.

Traitement periodique de la goute, ou moyens d'adoucir les accès par l'uſage d'une tiſane balſamique et guériſon de l'epilepſie et des écrouelles, par Mr. MONCERBERT. à Paris.

Le parfait indigotier, ou deſcription de l'indigo, par ELIE MONNEREAU. Nouvelle edition augmentée par l'auteur. à Marſeille. 12.

An account of the inoculation of ſmall-pox in Scotland by ALEXANDER MONRO ſenior. Edinburgh. 8. mai.

DONALD MONRO *Beobachtung der Krankheiten, welche in den brittiſchen Feldlazarethen in Teutſchland am häufigſten geweſen, nebſt einem Verſuche über die Mittel die Geſundheit der Soldaten zu erhalten. Altenburg. 8.*

An eſſay on the dropſy and its different ſpecies by DONALD MONRO. The 3rd. edit. Lond. 8. mai.

Traité de couleurs, pour la peinture en émail et ſur la porcelaine, precedé de l'art de peindre ſur l'émail et ſuivi de pluſieurs memoires ſur différents ſujets intéreſſans, tels que le travail de la porcelaine, l'art du ſtuccateur, la maniere d'exécuter les camés et les autres Pierres figurées, le moyen de perfectionner la compoſition du verre blanc et le travail des glaces etc. Ouvrage poſthume de Mr. d'ARCLAIS DE MONTAMY. à Paris. 12.

AB EGNAZIO MONTI epiſtolaris epilogus quaeſtionis medicae de menſium perturbationem in aetate prouecta. Lugano.

Analyſe des eaux minerales de Wattenweiler en Haute Alſace par Mr. GABRIEL MOREL. à Colmar. 8.

IO. BAPTIST. MORGAGNI de ſedibus et cauſſis morborum per anatomen indagatis libr. V. diſſectiones et animaduerſiones nunc primum editas complectuntur propemodum innumeras medicis, chirurgis, anatomicis profuturas. Multiplex praefixus eſt index rerum et nominum accuratiſſimus. Tomus Imus duos priores continens libros. Tom. IIdus tres reliquos libros. Editio ſecunda ab auctore recognita et a mendis omnibus repurgata. Venet. fol.

Agriculture complette, ou l'art d'ameliorer les terres;

res; traduite de l'Anglois DE MORTIMER ſur la ſixieme edition, augmentée de pluſieurs traités, qui manquent a cet ouvrage, Tom. I. II. III. IV. à Paris. 12.

Traité complet des accouchemens naturels, non naturels et contre nature expliqué dans un grand nombre d'obſtacles et de reflexions ſur l'art d'accoucher par le Sieur DE LA MOTTE chirurgien et accoucheur à Vallogne. Nouvell. edit. augmenté. Tom. I. II. à Paris. 8. av. fig.

A. A. MÜLLER diſſ. inaug. de febribus intermittentibus. Vienn. 8.

AUG. LEBER. MÜLLER diſſ. inaug. de cauſſa palloris cutis hominum ſub zona torrida habitantium. Erlang. 4.

ERNEST. ANTON. NICOLAI diſſ. inaug. de lethalitate vulnerum in genere. Reſp. *Io. Teophr. Hoyer*. Ien. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de febri lenta haemorrhoidali feliciter curata. Reſp. *Guil. Godofr. Vogler*. ib. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de mixtione corporis humani. Reſp. *Io. Chriſt. Schmid.* ib. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de venaeſectione exanthematum eruptionem promouente ac impediente. Reſp. *Io. Chriſt. Foerſter*. ib. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de oleorum expreſſorum virtute ac vſu. Reſp. *Franc. Georg. Dietz*. ib. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de curatione febrium per vomitum. Reſp. *Io. Wilh. Wiegand.* ib. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de reditu haemoptyſeos praecavendo. Reſp. *Henr. Teoph. Frid. Heumann.* ib. 4.

Eiuſd. Progr. inaug. V. et ultimum de virtutibus ſulphuris antimonii aurati. Ien. 4.

Eclairciſſemens detaillés ſur un ſpecifique antivenerien, dans lequel il n'entre point de mercure par Mr. NICOLE. Paris. 8.

ADAM.

ADAM. NIETZKI diſſ. exponens tumoris hydropici in abdomine cum flatulentia et mola complicati caſum quendam notabilem. *Phil. Dan. Sandrat.* Hal. 4.

Leçons de Phyſique experimentale par M. L'ABBÉ NOLLET. Tom. VIme, 2nde Edit. à Paris 12. av. fig.

Eiuſd. art de faire des Chapeaux. à Paris fol. av. fig.

IO. PHILIPP. NONNE progr. de naphtha vitrioli et nitri. Erford. 4.

ANDR. NUNN. diſſ. inaug. de febre bilioſa putrida. Reſp. *Io. Henr. Friſter.* ib. 4.

Einleitung zur Kräuterkenntniß von GEORG CHR. OEDER *2ter Theil. Kopenhagen* 8 mai.

Obſervations ſur la nature et le progrès de quelques liqueurs, ou compoſitions vſuelles par M. ONFROY, diſtillateur ordin. du Roi. à Paris 8.

Diſcours prononcé aux ecoles de médecine, pour l'ouverture ſolemnelle du cours de Chirurgie par Mr. FRANC. LOUIS D'ONGLÈ. à Paris 4.

Herrn PETER OSBECKS, *Paſtors zu Haßlöf und Woxtorp, Reiſe nach Oſtindien und China, nebſt* O. TOTREENS *Reiſe nach Suratte, und* C. G. EKEBERGS *Nachricht von der Landwirthſchaft der Chineſer. Aus dem Schwed. überſ. von* I. G. GEORGI. *Roſtock* 8 *m. K.*

Gloſſarium melithurgicum, *oder Bienen-Wörterbuch, in welchem die bey der Bienenpflege bisher bekannt gewordene oder gebräuchliche Kunſtwörter und Redensarten nach alphabetiſcher Ordnung erkläret werden; nebſt einem gedoppelten Anhange und vorgeſezten Schreiben Herrn* I. C. STOCKHAUSEN. *Herausgegeben von* IO. ADOLPH. OVERBECK. *Bremen.* 8.

Eſame della polvere, da ALESSANDRO VITTORIO PAPACINO D'ANTONI. Turin. 8.

BAR-

BARTHOLOM. PATUNA Philoſ. et Med. D. epiſtola phyſico medica, continens hiſtoriam fetus ſine inuolucris extra vterum inuenti, placenta intra vterum haerente ad Cel. Virum IO. BAPT. MORGAGNUM in Patauino Lyceo Anatom. Prof. Vienn. 8.

Mechaniſme de l'electricité et de l'univers par Mr. I. C. F. DE LA PERRIERE. Voll. I. II. à Paris. 12. av. fig.

LEOP. FRANC. PLAPPART diſſ. inaug. de antimonio. Vindobon. 4.

IO. ZACHAR. PLATNERI ars medendi ſingulis morbis accommodata. Lipſ. 8. mai.

ANT. GUIL. PLAZ progr. inaug. de ſignis mortis non explorandis ſpec. Imum ib. 4.

PLINIUS *Naturgeſchichte überſezt von* IOH. DAN. DENSO *2ter Band. Roſtock und Greifswalda.* 4.

Reflexions critiques ſur quelquels écrits, qu'a produits la queſtion de la legitimité des naiſſances tardives, ſuiuies d'une diſſertation ſur les hommes marins par Mr. PLISSON. à Paris. 8.

IO. CHPH. POHL progr. inaug. de morbis contextus celluloſi in genere. Lipſ. 4.

Traité des affections vaporeuſes des deux ſexes par Mr. POMME, fils. Nouv. edit. à Lyon. 8.

ERICH PONTOPPIDANS *däniſcher Atlas oder Beſchreibung des Königreichs Dännemarck nach ſeiner politiſchen und phyſicaliſchen Beſchaffenheit, mit Landcharten und andern Kupferſtichen verſehen, aus dem Däniſchen überſ. und mit Anmerkungen begleitet von* IOH. ADOLPH SCHEIBEN *1ſter Band. Kopenhagen.* 4.

Eiuſd. *kurzgefaßte Nachricht, die Naturhiſtorie in Dännemark betreffend.* ib. 4. mai.

DU PORT de ſignis morborum libri quatuor, quibus accedunt notae auctoris, aliorum eruditorum medi-

medicorum et ſparſim editoris RADULPHI SCHOMBERG. Lond. 4.

Le voyageur françois, ou la connoiſſance de l'ancien et du nouveau monde, mis au jour par Mr. l'ABBÉ DE LA PORTE. Tom. I. II. à Paris. 4.

IO. PORTENSCHLÄGER diſſ. inaug. de educatione phyſica infantum. Vindebon. 4.

Remarks on the diſeaſe commonly called a fiſtula in ano. By PERCIVAL POTT. Lond. 8.

La taille au niveau. Mémoire ſur la lithotomie par l'appareil lateral, ſes circonſtances et dépendances, avec addition de quelques nouveaux inſtruments pour cette operation. Par Mr. POUTEAU fils. à Avignon. 4. av. fig.

Obſervations on the diſeaſes of the army of IOHN PRINGLE. The fifth edition corrected. Lond. 4. mai.

PHIL. CARL. PROSKY diſſ. inaug. de nitro. Vindob. 8.

GEAMBATISTA RATTI trattato della ſeminazione dei campi, e coltivazione dei prati con molte figure in rame. Venet. 8.

Accurata medendi methodus, quantum fieri poteſt, ab omni hypotheſi abſtracta, duobus medicinae fundamentis, certae experientiae et rationibus inde deductis, ſuperſtructa. In tres partes diuiſa pathologiam vniuerſalem, particularem et therapeiam per aphoriſmos propoſita ab HENRICO IOSEPHO REGA. Colon. Agrippin. 4.

GEORG. CHRIST. REICHEL diſſ. inaug. de capitis tumoribus tunicatis poſt cephalalgiam exortis. Reſp. CHRIST. FRID. BAERSCH. Lipſ. 4.

WILH. RIKEMANN diſſ. inaug. de iudicio ex pulſu, quatenus eſt actio. Goetting. 4.

A practical treatiſe on cultivating Lucern graſs cet. by M. B. ROCQUE. Lond. 8.

IO. HENR. RIEPENHAUSEN morbi epidemii ſtatim ab initio proximi belli vsque ad eius finem, ſcilicet ab anno 1757. vsque ad 1762. Goettingae et circa eam graſſati. Hal. 8.

Elemens de l'art des accouchemens, augmentés des obſervations ſur les accouchemens laborieux à l'uſage des étudians en médecine et en chirurgie. Par feu I. G. ROEDERER. Traduits ſur la derniere edition par M***. à Paris. 8. av. fig.

Hus-och Reſe-Apoteque pao Hennes Kongl. Maieſt. naedigſte Befallning upſatt af Archiatern och Riddaren ROSEN VON ROSENSTEIN. Stockholm. 8.

Traité des maladies, aux quelles les navigateurs ſont le plus expoſés par Mr. ROUPPE Docteur en médecine. à Leyde.

IACOB. FRANC. ROUX diſſ. de tragearum antivenerearum praeſtantia. Monſpel. 4.

Memoire ſur l'inoculation de la petite verole, adreſſée à M. M. les commiſſaires chargés par la faculté de médecine de Paris, d'examiner les avantages et les desavantages de cette pratique, en conſequence de l'arrêt du parlement, qui enjoint à la faculté de donner ſon avis à ce ſuiet par Mr. A. ROUX, Docteur regent de la dite faculté. à Amſterd. et Paris. 4. mai.

Eiuſd. traité phyſique de la culture et de la plantation des arbres, avec la maniere de les exploitér de les debiter et de les échantilloner. à Paris. 12.

Eiuſd. journal de médecine, chirurgie, pharmacie etc. Janv. – Decembre. 1765. Tom. XXII. XXIII. à Paris. 8.

Lettre de Mr. ROYER ſur une brochure anonyme, portant pour titre: parallele des differentes methodes de traiter la maladie venerienne. à Leipzig. 12.

Mr.

Mr. ROYER inſtruction pour l'adminiſtration de lavemens antiveneriens. à Paris 8. mai.

Novum ſyſtema medicum et chirurgicum tam theoreticum, quam practicum, ſecundum methodum mathematicam conſcriptum, a IO. FRID. RÜBEL. Francof. et Lipſ. 8.

IO. BAPT. MICHAEL SAGAR circuli Iglauienſis in Morauia phyſici, libellus de aphthis pecorinis anni 1764. cum appendice de morbis pecorum in hac prouincia tam frequentibus eorundemque cauſſis et medelis praeſeruatoriis. Viennae. 8.

Diſſertation ſur l'origine de la maladie venerienne, dans laquelle on prouve, qu'elle n'a point eté apportée de l'Amerique et qu'elle a commencé en Europe par une epidemie par Mr. S*** D. M. à Paris. 8. (*Auctore* Cl. SANCHEZ)

Agriculture experimentale à l'uſage des agriculteurs, fermiers et laboureurs par Mr. DE SARCEY DE FUTIÈRES. à Paris. 12.

Iſtoria raggionata de mali oſſeruati in Napoli nell anno 1764. ſcritta da MICHELE SARCONE in Napoli. 8. Voll. I. II.

Dictionaire univerſel de commerce, d'hiſtoire naturelle et des arts et métiers, contenant tout ce qui concerne le commerce, qui ſe fait dans le quatre parties du monde etc. par Mr. IACQUIN SAVARY DES BRUSLONS. Nouv. edit. exactement revue, corrigée et conſiderablement augmentée Tom. V. à Copenhague. fol.

IO. OOSTERD. SCHACHT inſtitutiones medicinae practicae ad auditorum potiſſimum vſus in epitomen redactae et euulgatae. Ultraject. 8.

AUG. SCHARSCHMIDTS *adenologiſche Tabellen 3te Auflage. Berlin und Stralſund. 8.*

C. SCHAWS *Reiſen oder Anmerckungen, verſchiedener*

ner Theile der Barbarey und der Levante betreffend. Nach der 2ten engliſchen Ausgabe ins Teutſche überſezt und mit Kupfern und Landcharten erläutert. Leipzig. 4. mai. (varia ex hiſtoria naturali continet.)

IACOB CHRIST. SCHAEFFERS *Zweifel und Schwierigkeiten, welche in der Inſectenlehre annoch vorwalten. Regensburg.* 4. *mit einer ausgemahlten Kupfertafel.*

Eiuſd. *neue Verſuche, das Pflanzenreich zum Papiermachen und anderen Sachen wirthſchafts-nützlich zu gebrauchen 1ſter Band nebſt 4. ausgemahlten Kupfertafeln* ib. 4.

IOH. GOTTLIEB SCHAEFFERS *Geſchichte des grauen Staars und der neuen Operation, ſolchen durch Herausnehmung der Cryſtallinſe zu heilen.* ib. 4. c. tab. aen.

Chirurgiſche Geſchichte mit theoretiſchen und practiſchen Anmerkungen, entworfen von LEBERECHT EHREGOTT SCHNEIDERN. *3ter Theil. Chemnitz.* 8. *m. K.*

DAN. GOTTFR. SCHREBERS *neue Sammlung verſchiedener in die Cameralwiſſenſchafften einſchlagender Abhandlungen und Urkunden, auch andrer Nachrichten. 8ter Theil. Bützow und Wiſsmar.* 8.

Eiuſd. *Sammlung verſchiedener Schriften, welche in die oeconomiſchen- policey- und cameral- auch andern verwandten Wiſſenſchaften einſchlagen. 15 und 16ter Theil. Halle.* 8.

PHIL. GEORG. SCHROEDER diſſ. inaug. exhibens ephemeridem variolarum, corpori proprio inſitarum, praemiſſis et ſubiunctis nonnullis, quae huc ſpectant, animaduerſionibus. Reſp. et auctore *Henr. Herrmann v. Borſtel* Goetting. 4.

Eiuſd diſſ. inaug. de indole ac ſede phrenitidis et paraphrenitidis analecta. Reſp. *Carol. Henric. Fein.* ib. 4.

PHIL. GEORG. SCHROEDER diſſ. inaug. de frequentioribus febrium prodromis generalia quaedam. Reſp. *Lud. Iac. Hettling.* ib. 4.

GOTTW. SCHUSTERS *gründliche Anweiſung zur alten und neuern practiſchen Chirurgie mit Obſervationen beleuchtet. Chemnitz.* 4.

Die wohl unterwieſene Hebamme, das iſt: gründlicher Unterricht von demjenigen, was eine Hebamme wiſſen und bey allen vorkommenden natürlichen und wieder- natürlichen ſchweren Geburten durch geſchickte Handübungen verrichten muß: mit einigen Kupfern, desgleichen von den Zufällen der Kindbetterinnen und der Kinder, nebſt dazu dienlichen Mitteln und von den Säugammen. In Fragen und Antworten vorgeſtellt von IOH. HEINRICH SCHUETTEN. M. D. *Frankf. u. Weſel.* 8.

Locupletiſſimi rerum naturalium theſauri accurata deſcriptio et iconibus artificioſiſſimis expreſſio per vniuerſam phyſices hiſtoriam. Opus, cui in hoc rerum genere nullum par exſtitit. Ex toto terrarum orbe collegit, digeſſit, deſcripſit et depingendum curauit ALBERTVS SEBA. Tom. IV. Amſterd. fol. Reg. c. 105. tab. aen.

SEBASTIANI SEBENICO Forojulienſis diſſ. phyſiologica, qua reſpiratio fetus in matrice ex euentu nupero euincitur eſſe nulla. Venet. 8.

MICH. SHORETICS diſſ. inaug. de ſenſibus externis eorumque inter ſe commercio. Vindobonae. 4.

D. ANTON. SIDOBRE tractatus de variolis et morbillis. Colon. Allobrog. 8.

GEORG. FRID. SIGWART diſſ. inaug. de phthiſi. Reſp. *Io. Iac. Oehlmecker.* Tubing. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. ſiſtens venenorum diſcrimina ſummatim excuſſa. Reſp. *Io Chriſt. Sommer.* ib. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. ſiſtens trigam morborum, male artificialium. Reſp. *Io. Georg. Sulzer.* ib. 4.

IOH. CHRIST. SIMONS *oekonomiſcher Unterricht von Branntweinbrennen und Eſſigbrauen. Dreſden. 8. m. K.*

Obſervations ſur les accouchemens, ou ſuite de la theorie et pratique de cet art; traduites de l'anglois de Mr. SMELLIE, M. D. Tom. 3. à Paris. 8.

IO. CHRIST. SOMMER diſſ. inaug. de partu laborioſo ſelectae obſeruationes. Goetting. 4.

IOSEPH VON SPERGES *tyroliſche Bergwerksgeſchichte. Mit alten Urkunden und einem Anhange, worinnen das Bergwerk zu Schwaz beſchrieben wird. Wien. 8.*

IAC. REINB. SPIELMANN de argilla ſpecimen. Reſp. *Io. Dan. Metzger.* Argentorat. 4.

FRANCISC. MICH. SPILLER diſſ. inaug. de ſucco vuarum. Viennae. 8.

G. E. STAHLS *Beweis von den Salzen u. ſ. w. 2te Aufl. mit einem Vorbericht, Anmerkungen und Regiſter verſehen von* IOHANN IOACHIM LANGEN. *Halle. 8.*

ANT. STOERK libellus, quo continuantur experimenta et obſeruationes circa noua ſua medicamina. Vienn. 8. mai.

N. STRANDBERG Tal om de Fel ſom vid Chroniska ſiukdomans botande i allmänhel begas. Stockholm. 8.

GERARDI VAN SWIETEN, M. D. Commentaria in HERM. BOERHAAVE aphoriſmos de cognoſcendis et curandis morbis. Tom. IV. Paris. 4.

Aphoriſmes de chirurgie d'HERM. BOERHAAVE commentés par Mr. VAN SWIETEN traduit du latin en françois, Tomes 6 et 7. à Paris. 12. Voll. 2.

Anthropotomie, ou l'art d'injecter, de diſſequer, d'embaumer et de conſerver les parties du corps humain par Mr. SUË, ſeconde edit. revûe et conſiderablement augmentée, à Paris. 12.

JOH. PET. SÜSSMILCH *göttliche Ordnung in den Veränderungen des menſchlichen Geſchlechts, aus der Geburt, dem Tode und der Fortpflanzung deſſelben erwieſen, 1ſter und 2ter Theil. 3te verbeſſerte Ausgabe. Berlin.* 8.

FRANZ IOSEPHS *Freyherrn* VON TAM *während dem im Königreiche Böhmen in den Jahren* 1762 *und* 1765 *vorgefallenen Viehumfalle angeſtellt geweſenen Viehſeuchcommiſſarien bewährte Horn-Schaf-Pferd- und Federvieh-Arzneykunſt, Wien und Prag.* 8.

IOH. GOTTFR. TESKENS *neue Verſuche in Curirung der Zahnſchmerzen, vermittelſt eines magnetiſchen Stahls. Königsberg.* 8.

DOROTHEA MARIA THESTLEF nata LOSCHIA Beſkrifning af et bepröfvadt medel emot Kopp-ärr. Stockholm. 8.

DAN. TILAS Utkaſt til ſweriges mineral-hiſtoria. Stockholm. 8.

THEOD. GERH. TIMMERMANN Periculum medicum belladonnae, proluſio academica. Rintel. 4.

Eiuſd. Diſſ. inaug. de emphyſemate. Reſp. *Balthaſ. Daniel Eskuche*, ib. 4.

Eiuſd. Diſſ. inaug. de ſpina ventoſa, morbo chirurgico-medico. Reſp. et auctore *Aug. Wilh. Kopp*, ibid. 4.

SIG. TISSOT Avvertimenti al popolo ſopra la ſalute, ovvero trattato delle malattie piu frequenti e del modo piu ſollicito per guarirle, compoſto principalmente per gli abitanti di campagna, e per quelli, che non poſſono avere il medico pronto nelle loro occorrenze, Tom. I. II. Venezia. 8.

Eiuſd. Lettre à Mr. ZIMMERMANN ſur l'epidemie courante, à Lauſanne 8.

Eiuſd. De morbo nigro, ſcirrhis viſcerum, cephalea, inocu-

inoculatione, irritabilitate cum cadaverum ſectionibus. ibid. 12.

Mr. TISSOT Lettre à Mr. DE HAIN en reponſe à ſes queſtions ſur l'inoculation, ibid. 12.

Eiuſd. Lettre à Mr. HIRZEL ſur quelques critiques de Mr. DE HAIN, ibid. 12.

Eiuſd. De variolis, apoplexia et hydrope, ib. 12.

IO. DAN. TITII Diſp. de phyſicae in colendo intellectu vſu et praeſtantia. Reſp. *Chriſt. Frid. Scheibner*, Witeberg. 4.

Eiuſd. Sermo de thermometro aëreo. ib. 4. c. tab. aen.

Eiuſd. Thermometri metallici ab inventione Ill. S. R. I. Comitis LOESERI deſcriptio. ib. 4. c. f. aen.

IUST. IOH. TORKES *Bericht von der Königlichen des Königreich Ungarn Freyſtadt Preßburg, Lage, Waſſern und Luft.* Preßburg. 8.

Vexatiſſimum noſtra aetate de inſitione variolarum, vel admittenda vel repudianda argumentum occaſione quaeſtionum ab ANTONIO DE HAEN ſibi propoſitarum abiecto omni partium ſtudio, curatius evolutum et expenſum a BALTHAS. LUDOV. TRALLES. Additur breuis diſquiſitio de vſu miſſionis ſanguinis et opii in ſecunda variolarum febre. Vratislav. 8.

Plantae ſelectae, quarum imagines ad exemplaria naturalia Londini in hortis curioſorum nutrita, manu artificioſa doctaque pinxit GEORG. DIONYSIUS EHRET Germanus. Occaſione haud vulgari collegit, nominibus propriis notisque ſubinde illuſtrauit et publico vſui dicauit D. CHRIST. IACOB TREW. In aes incidit et viuis coloribus repreſentauit IO. IACOB. HAID. Decur. VII. Norimb. fol.

DAN. WILH. TRILLER Progr. de planta quadam venenata, eiusque furioſo effectu λιθόςρόφω copiis Antonianis olim exitiali ad illuſtrandum quendam APPIANI locum in Barthicis, Witeberg. 4.

Eiuſd. Diſſ. inaug. de morbo coeliaco ſingulari a CORNELIO CELSO deſcripto. Reſp. CHRIST. IMMAN. LOESCHER. ib. 4.

WILH. BERNH. TROMSDORF Diſſ. inaug. de oleis vegetabilium eſſentialibus eorumque partibus conſtitutiuis. Erford. 4.

MICH. ALOYS. TULLINGER Diſſ. inaug. de podagra, Vindob. 8.

FRANC. TUMA Diſſ. inaug. de aqua Pyrawarthenſi, ib. 8.

Der rechtſchaffne Naturaliſt, mit ſeinem chriſtlichen Auge und Herzen bey natürlichen und weltlichen Dingen in 60 erbaulichen Betrachtungen abgebildet und ausgefertiget von CHRISTIAN SAMUEL ULBER. *Hamburg. 8.*

Anleitung für die Landleute in Anſehung auf das Ausſtocken und die Pflanzung der Wälder, von Herrn Prof. USTRI. *Zürch. 8.*

FRANC. VACCAE liber de inflammationis morboſae, quae in humano corpore fit, natura, cauſſis, effectibus et curatione. Florent. 8. mai.

IOS. VALTANCOLI Diſſ. de ſede pleuritidis Piſ.

Obſervations phyſico-medicales, ſur les vers, qui ſe forment dans les inteſtins, ou l'on traite particulierement du taenia, autrement dit le ver ſolitaire, avec les differents moyens de traiter cette maladie par Mr. VAN DOEVEREN, à Paris. 12.

Reflexions ſur les hermaphrotides, relativement a ANNE GRAND JEAN qualifiée telle dans un memoire de Mr. VERMEIL, à Lyon. 8.

VIRGILII MARONIS Bucolica, Georgica et Aeneis, ex codice Mediceo-Laurentiano deſcripta ab

ab ANTON. AMBROGGI, Florentino S. I. Italico verſu reddita, adnotationibus atque variantibus lectionibus et antiquiſſimi codicis Vaticani picturis, plurimisque aliis veterum monumentis aere inciſis et Cl. virorum diſſertationibus illuſtrata Tom. IIIus. Rom. fol. mai.

VIRGILII MARONIS la Buccolica e le Georgiche tradotte in verſi ſciolti de D. GIAN FRANCESCO SOAVE, C.R.S. con un poemetto della maniera di ben tradurre, e un orazione di S. BASILIO del modo di trar frutto da libri de gentili, ib. 8.

RUD. AUG. VOGEL Diſſ. inaug. mercurius vitae mercurii non expers. Reſp. *Bernh. Ferd. Starck.* Goetting. 4.

Eiuſd. Progr. inaug. quo dubia quaedam contra nociuum linimentorum ſulphureorum vſum in ſcabie praefatur. ib. 4.

Eiuſd. Diſſ. inaug. de vſu vomitoriorum ad eiiciendos vermes. Reſp. *Auguſtin. Guil. Rohn.* ib. 4.

Eiuſd. Diſſ. inaug. de dyſenteriae curationibus antiquis. Reſp. *Otto Frid. Meier.* ib. 4.

Eiuſd. Diſſ. inaug. rheumatiſmi pathologia. Reſp. *Maur. Gerhard. Thilenius.* ib. 4.

Eiuſd. Diſſ. inaug. de catarrho pharyngis. Reſp. *Io. Conrad. Schroeder.* ib. 4.

Eiuſd. Diſſ. inaug. de ſtymatoſi vulgo haemorrhagia penis dicta: morbus rarus et portentoſus ex hiſtoriis medicorum erutus et explanatus. Reſp. *Iuſt. Herm. Seedorf.* ib. 4.

Eiuſd. Progr. inaug. de varia interque hanc optima conficiendi reguli antimonii medicinalis ratione ibid. 4.

Eiuſd. Gottingenſium praenotionum penſum II. ib. 4.

Eiuſd. *Neue mediciniſche Bibliothek Vier Band. 6tes Stück.* ibid. 8.

IO. GUIL. VOLLMAR Diſſ. inaug. de fulmine tactis. Argentorat. 4.

W** *vom Nutzen der Reiſen in fremde Länder, Breslau. 8.*

ALBERT GEORG WALCH Progr. de longitudine maris. Schleuſing. 4.

I. G. WALLERIUS *chymiſche Grundſätze des Feldbaues. Bern. 8. mai.*

IO. WALLISII grammatica linguae Anglicanae. Cui praefigitur de loquela ſ. de ſonorum omnium loquelarium formatione, tractatus grammatico-phyſicus. Edit. VI. Acceſſit epiſtola ad TH. BEVERLEY de mutis ſurdisque informandis. Londin.

Practical obſervations, concerning the cure of the venereal diſeaſe by mercurials. To which is added, a letter to PETER COLLINSON containing an account of an ear of Dog's Graſs, that was ſwallowed by a child, and afterwards discharged on its back. By JONATHAN WATHEN, Surgeon. Lond. 8. mai.

CHRIST. WEBERI obſeruationum medicarum faſciculus alter. Cellae. 8. c. tab. aen.

ANDR. WESTPHAL Diſſ. inaug. de limitandis laudibus ipecacuanhae ad curandam dyſenteriam. Reſp. *Erneſt. Henr. Borries.* Gryphiswald. 4.

Obſervations on the nature, cauſes and cure of thoſe diſorders which have been commonly called nervous hypochondriac or hyſteric, to which are prefixed ſome remarks on the ſympathy of the nerves, by ROBERT WHYTT. Edinb. 8.

Eiuſd. Second. edit. corrected. ibid. 8.

SAM. GUSTAV. WILCHE hortus Gryphicus, exhibens plantas, prima eius conſtitutione illatas et altas vna cum horti hiſtoria. Gryphiae. 8.

Eiuſd. Flora Gryphica, exhibens plantas circa Gryphiam

phiam intra milliare ſponte naſcentes, vna cum nominibus et locis natalibus. ib. 8.

FRANC. GEORG. WILDES Diſſ. inaug. de adminiculis chirurgicis ante partum adminiſtrandis. Goetting. 4.

The Caſe of Mr. WINDER who was cured of a paralyſis by a flaſh of lightning wrote by JOHN WILKINSON, M.D. communicated to the Society of Gottinghen by D. WICKMANN, Lond. 8.

Eiuſd. *Nachricht von der Geneſung von einer Paralyſis durch den Blitz* etc. (anglice atque germanice) *Göttingen. 8.*

Unterſuchungen der Natur und Kunſt, herausgegeben von IOH. HEINR. WINCKLERN, *Leipz. 8. mit Kupf.*

ADAM WOLFG. WINTERSCHMIDTS *Beobachtung einer Stubenmücke, mit ſehr viel kleinen Inſecten, welche durch die Vergrößerungslinſe n 5. auf das genaueſte nach der Natur abgebildet iſt. Nürnb.* 4.

DAVID WIPACHER Diſſ. de phlogiſto animali vt variorum morborum medela. Reſp. *Godofr. Frölich.* Lipſ. 4.

I. L. WÖLLNERS *Unterricht zu einer kleinen, aber auserleſenen öconomiſchen Bibliothek, beſtehend in einer Anzeige der beſten öconomiſchen Bücher und derer vornehmſten in größern Werken zerſtreuet befindlichen Abhandlungen über alle Theile der Landwirthſchaft. 2ter Theil. Berlin. 8.*

Deſcription of Bath. By JOHN WOOD, 2nd. edit. Lond. 8. Voll. II.

HENR. AUG. WRISBERG Progr. quod de inſitione variolarum nonnulla momenta recenſet. Gotting. 4. c. tab. aen.

HENR. AUG. WRISBERG Obſeruationum de animalculis infuſoriis ſatura, quae in ſocietatis regiae ſcientiarum ſolemni anniuerſarii conſeſſu praemium reportauit. ib. 8.

IO. CPH. WULFF, M. D. Flora Boruſſica denuo efflorescens auctior. Königsberg et Lipſ. 8. mai. c. fig.

Eiuſd. Ichtyologia cum amphibiis regni Boruſſici methodo Linnaeana. Regiomonti. 8. mai.

ANTON. ZANONI Lettere dell'agricoltura, dell'arte, e del commercio, Vol. V. e ultimo in Venezia.

IO. FRIEDR. ZÜCKERT *von der diätetiſchen Erziehung der entwöhnten erwachſenen Kinder bis in ihr mannbares Alter. Berlin. 8.*

Contenta

Contenta in hac parte.

I. Kongl. Vetenſkaps Academiens Handlingar för Ar 1766. Vol. XXVII pag. 579

II. Tables noſologiques et meteorologiques par Mr. RAZOUX 601

III. ZIMMERMANN *von der Ruhr* 609

IV. POERNER ſelectus materiae medicae 621

V. *Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft in Zürch IIIter Band* 636

VI. Pan apum, eller Afhandling om de Orter, af hvilka bien hälſt draga deras honung och vax af HAGSTRÖM 642

VII. CLOSSII noua variolis medendi methodus 647

VIII. LOCHER obſeruationes circa inoculationem variolarum in neonatis 651

IX. Hiſtoire naturelle générale et particuliere avec la deſcription du Cabinet du Roi T. XIV 654

X. EIUSDEM T. XV 672

XI. GALLESKY *vom Miſerere oder von der Darmgicht* 685

XII. PALLAS *Chirurgie* 688

XIII. LUDWIG Diſſ. de plethorae differentiis 693

XIV. EIUSDEM diſſ. de venaeſectione differentiis plethorae accommodanda 694

XV. The medical Works of MEAD 697

XVI. SPIELMANN ſpecimen de argilla 699

XVII. ASTRUC l'art d'accoucher réduit à ſes principes 701

XVIII. Noua phyſico-medica 705

XIX. Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1765. prodierunt 720

INDEX.

INDEX.

A.

Abdominalium viſcerum concretio 308
Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft in Zürch, 3ter Band 636
Abſceſſus hepatis 38 ſeq. 221 renum 37
Academiae Imperialis naturae curioſorum praeſes, director et adiuncti 705 ſeq.
Aceti vſus in mania 480. ſcillitici vſus in obeſitate 223. ex ligno et vegetabilibus combuſtis collectio, proprietates et vſus 584 ſeq.
Acidi vitriolici effectus in lapides diuerſos 272 ſeq.
Acrel, Olof, Tal om Nödwändigheten och förmanen af de Chirurgiska Handalagens cet. 422
Actinia, animalium genus 246
Adiue, animal 401
Adolph, Io. Traugott, anat. phyſiol. et chirurg. prof. Altorf. 551
Aegolethrum Plinii, qualis planta? 277 ſqq.
Aeolipilae vſus ad balnea vaporis 544
Aer, morborum contagioſorum cauſſa 281. elaſticus intra thoracem reſpirationem impediens, mortis cauſſa 276 ſeq. eius elaſtica vis experimentis declarata 88. factitius, quid ſit? 503. cum eo inſtituta experimenta ib. ſeq. frigidus, eius vſus in febre 351. aeris in India occidentali ratio 110. in nauibus noſocomiisque renouatio ope antliae 592. 598
Aeripila aeri in nauibus mutando apta 598
Aes viride, vid. *Viride aeris.*
Aethiops albus 61
Agripparum partus, eius commoda et praerogatiua 703
Ai, animal 390 ſeq.
Aigrette, ſimiae ſpecies 663 ſq.
Akouchi, animal 682
Alagtaga, animal 395 ſeq.
Albini, B. S. academicarum annotationum Liber VII. 291
Alco, animal 681
Alcyonium, zoophyti genus 162
Alga, quercus marina dicta 79
Alouate, ſimiae ſpecies 673
Alui excretio ſingulis menſibus quater obſeruata 650
Aluminoſa mineralis aqua Angliae 496
Ambianenſis acad. ſcient. theſes et praemia ad ann. 1770 707 ſeq.
Ambuſta, contra ea vnguentum 604
Ambuſtionis ſpecies et curatio 224 ſeq.
Amia, piſcium genus 330
Amphibia, eorum genera et ſpecies nouae 328 ſeq. notio vulgaris impropria et reiicienda 506. differentia ab animalibus terreſtribus ibid. regni Boruſſici 96. amphibium bipes 605. eius anatome 512

Amputationis

Amputationis membrorum neceſſitas et modus 427. de ea monita 690
Amſtelodamenſe inſtitutum ſubmerſos vitae reſtituendi 170
Anagallidis pulueris vſus in hydrophobia 519 ſeq.
Analeptica medicamenta, eorum indoles 633 ſeq.
Anaſarca, eius cauſſa et curatio 304. contra eam remedium 593 ſeq.
Anatomico - practicae obſeruationes 26. 36 ſqq. 62. 441 ſqq.
Aneuryſma, eius curatio 423 427. cordis 221. eius et varicum naturam ſimul habens tumor 211 ſeq.
Anginae ſpecies earumque curatio 227. ſpecies Croup dicta 334 ſeqq. gangraenoſae ſigna et curatio 338 ſeqq. inflammatoriae ſigna 338. curatio 340. putridae ſigna 339
Angliae memorabilia 353
Animal marinum ſingulare 20 ſeq. 23
Animalcula minima microſcopio obſeruata eorumque procreatio a putrefactione 101. ſpermatica defenſa 104 ſq.
Animalia de eorum degeneratione meditationes 669 ſeqq. quadrupeda, vid. *Quadrupeda.*
Animalium partium extracta et ſalia eſſentialia 265. 267
Ankyloſis ſpecies et curatio 229
Anodyna remedia, vid. *Sedantia.*
Anthelminticorum natura et vſus 635
Antherarum pollen microſcopio diſquiſitus 104. eius vſus ibid. ſeq. in tulipis microſcopio diſquiſitus 102. pulueris ſtructura 440
Antilope, animalium genus 238 ſeq. eius ſpecies earumque differentiae 491 ſeqq. antilope grimmia 240
Antimonii ſolutio, de ea experimenta 268. ſulphuris aurati vſus in tuſſi ferina infantum 650. vitri cerati vſus in dyſenteria 620. in eadem vſus dubius 303. vſus in febre putrida 340
Antipathes, zoophyti genus 159
Antiſpaſmodicorum remediorum natura et vſus 634. differentia et vſus in melancholia neruea 256
Antlia muci 33. aeri in nauibus noſocomiisque renouando apta 592. 598
Anus artificialis 31
Aortae oſſificatio praeternaturalis 26 ſeq.
Aper aethiopicus 240 ſeq. 493 promontorii viridis 681
Aperea, animal Braſilienſe 683
Apes, quibus ſtirpibus et quo tempore ad mel ceramque colligendam delectentur 643 ſeqq. earum culturae praemium expoſitum 642 ſeq.
Aphroditae, animalium genus 244 ſq. eius ſpecies 76. 245
Apoplexiae ſpecies 221
Aqua fontana flaua chemice diſquiſita 108. frigida bulliens 199. medicata Pyrawarthenſis 48 ſeq. mineralis factitia 22. mineralis Somersha-

merſhamenſis 496. aquae marinae natura et vſus 520. potus noxius in debilibus 58 ſeq. vſus in ſcabie ſcorbutica 123 ſeq. mollis et durae differentiae et ſigna 50 ſeq. pluuialis vſus in morbis externis 105. aquarum medicatarum calidarum ortus 51. mineralium ſpiritus elaſtici natura et noxa 70. Nydelenſium medicatarum examen 640 ſeq. Fabarienſium ſeu Piperinarum examen 641

Aquisgranenſium thermarum calor, ſulphur ac flores alcalino ſalini 588 ſeq.

Araci aromatici natura et vſus 518

Araneae, de iis obſeruationes 54. earum ſerici analyſis chemica 206. vſus medicus ib. ſq. vſus oeconomicus 205 ſeq.

Arborum caedendarum tempus 434. differentia ratione ſoli 432. ratione ſitus et aetatis 433

Arbutus, eius ſpecies 165. vua vrſi, vid. *Vua vrſi.*

Ardeſiae differentia et proprietates 477 ſeq.

Argenti docimaſia accuratior, de ea experimenta 454 ſeq.

Argilla, eius definitio 700. genera diuerſa ibid. ſeq. naturae declarationi praemium conſtitutum 172

Armoraciae vſus in anaſarca 594

Arteria aſpera, vid. *Trachea.*

Arteriarum motus cauſſae 213 calculoſa mutatio ſeu oſſificatio 308. cerebri tunicae 297

Arthritidis retropulſae curatio 221

Articuli genu tumor albus 40 ſeqq.

Articulorum hydropis cauſſae 288. differentia a fungo articulorum 289. curatio ibid. ſeq.

Aſcites, eius cauſſa et curatio 304 ſeq. paracenteſi et medicamentis internis ſanata 580 ſeq.

Aſparagi cultura 20

Aſthma conuulſiuum ſeu ſpaſticum 317. defectiuum ibid.

Aſtruc, I. l'Art d'accoucher reduit a ſes principes 701

Atoniae melancholicae curatio 257

Atramentum ex caſtaneis 478

Attenuantia remedia, eorum indoles et differentia 629 ſq.

Auium noua genera et ſpecies nouae 327 ſeq. oua deſcripta et picta 97 ſeqq.

Aurium tinnitus electricitate curatus 18. 24

Aurora borealis 217. eius altitudo 592 ſeq.

Aurum, de eius ſolutione experimenta 267

B.

Babouin, ſimiae ſpecies 661

Baermanni, Georg. Frid. memoria 366 ſqq.

Baier, Ferdin. Iac. acad. imperialis nat. curioſ. Director 551. Praeſes 706

Balliere de Laisment, acad. ſcient. Rothomagenſis Secretarius 360

Balnea, eorum vſus in morbis variis 602. in lue venerea 482 ſeq.

482 ſq. in melancholia nervea 257 ſeq. 260. Finnis vſitata, eorum vtilitas et damna 7 ſeqq. balnei vaporis effe&tus et vſus in febre inflammatoria aliisque morbis 541 ſeqq. in ſuppreſſione menſium 542. in fluore albo et lumbagine 542 ſeq. balneorum aquae marinae vſus in chorea S. Viti 121
Barberet, memoire ſur les maladies epidemiques des Beſtiaux 279
Bardanae radicis vſus 234. vſus in rheumatiſmis 605 ſeq.
Barometricae obſeruationes 205
Barometrum portatile 641
Baſteri, Iobi, opuſcula ſubſeciua Tom. II. Lib. 2 et 3 75
Bauaricae acad. elector. ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1768 et 1769 173 ſeq.
Bauvais, a ſchola veterinaria Pariſina in Campaniam miſſus 363
Belladonnae effe&tus et vſus in cancro 544 ſeq.
von Bernſtard, Comes, ſociet. oeconomicae Danicae ſocius 306
Berolinenſis acad. reg. ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1769 169. ad ann. 1770. 169. 358 ſeq. ad ann. 1771. 547
Bidens, planta, de ea obſeruata 595
Bilis, de eius natura experimenta 107
Biſſet, Charles, medical eſſays and obſervations 109
Biuenter maxillae muſculus, vid. *Muſculus*.
Boback, animal 394 ſeq.
Boenneken obiit 710
a Bona, Io. obſeruationes medicae 478
Bonnet-chinois, ſimiae ſpecies 665
Borraginis vſus 234
Bos grunniens 679
Botanicae obſeruationes 82 ſeqq.
Botrys ambroſioides, eius natura et vſus 517
Bouilhac obiit 552
Boum lues, eius natura et cauſſa 129 ſeq. 131. praeſeruatio et curatio ibid. ſeq. morbi epidemici, de iis obſeruationes 280 ſeq. 284 ſeqq. eorum cauſſae 281 ſeq. curatio 282 ſeq. prophylaxis 283
Bourgeois, Balioud, a ſociet. agricult. et ſcient. Clagenfurtenſi praemium accepit 548
Bouward, Eques ordinis St. Michaelis 363
Boyer, Io. Bapt. Nic. obiit 178
Brachionus, zoophyti genus 158
Bradypus dida&tylus et trida&tylus Linn. 390 ſeq.
Branks, iter ad terram Labrador inſtituit 180
Braſier, a ſchola veterinaria Lugdunenſi in varias Galliae regiones miſſus 363
Braſſicae fungus 19 ſeq.
Braun, Ioſeph. Adam. mortuus 177
Bromfield, Guil. chirurgus aulicus Regis Angliae 365
Bronchiorum figuram referens ramoſum corpus tuſſi reie&tum 452 ſeq.

Brünnich,

Brünnich, Mart. Thrane, oecon. et hiſtor. natural. prof. Hafnienſis 364
Bruynins, Chriſt. ſociet. ſcient. Harlemenſ. ſocius 550
Bubonis venerei curatio 223 exſtirpatio cito inſtituenda 690
Büchner, Andr. Elias, obiit 365
Burdigalenſis acad. reg. ſcient. theſ. et praemia ad an. 1769 et 1770. 172 ſeq. ad an. 1771 et 1773. 707
Burmannus, Nic. Laur. botan. prof. Amſtelaedam. 170
Büttner, Dav. Sigism. Aug. obiit 178

C.

Caeſarea operatio 347
Calculi intra praeputium et glandem reperti 691. renum, de iis obſeruata 222. retentionis vrinae lethalis cauſſa 101. calculus inteſtinalis inteſtini cauum obturans 275 ſeq. veſicae vrinariae de eo ſingularis obſeruatio 691. ſectione extractus 586 ſeq. 588. inſignis in puero 298. in muliere ſponte excretus 67. in vreteris fine haerens 297
Callac, ptiſana antiuenerea 234
Calli oſſium formatio et ſtructura 30 ſeq. impedimenta 32 adiumenta ibid. ſeq.
Callitriche, ſimiae ſpecies 667
Calx viua, eius aquae differentia et vſus 627
Camelopardalis, animal 388 eius characteres 239
Camelus glama et pacos Linn. 388 ſeqq.
Camperi conſilium ſocietatis rei veterinariae cauſſa in Friſia conſtituendae 362. 553. 710
Camphorae rectificatio 275
le Camus, obiit 552
Cancer, morbus, eius differentia a ſcirrho 448. curatio 224. 448. ope belladonnae curatio 544 ſeq. contra eum remedium externum 449 ſeq. huius applicatio 450. eius naturae, effectuum et optimorum remediorum expoſitioni praemium conſtitutum 171. mammarum, eius exſtirpatio 425
Cancrorum eſum ſubſequentia peculiaria ſymptomata 103 lapides, vid. *Lapides.*
Canis mexicanus Hernandez 681
Cantharidum actio et effectus 648 ſeq.
Cappel, Guil. Frid. prof. ordin. Helmſtad. 551
Capra ammon Linn. cum oue comparata 670
Carcinomatis ſigna et curatio 448. contra illud remedium externum 449 ſeq. huius applicatio 450
Cardium edule Linn. animal 76
Carpi tumor ſingularis 298 ſq.
Carpionum oſſis ſemilunaris pulueris vſus in epilepſia infantum 101
Cartheuſer, Io. Frid. fundamenta materiae medicae Tom. I. II. 513
Cartilaginum ortus 296. cartilaginis ligamentoſae vſus in nexu oſſium 485. morbi ibid. ſeqq.

Caſtaneae arboris atramentum 478
Caſtorei vſus antiſpaſmodicus 634
le Cat, obitus 177
Catalepſis 103
Cataractae operatio quando et quomodo adminiſtranda 424 curatio et per extractionem et per depoſitionem ſuſcipienda 306 ſeq. depreſſio extractioni praeferenda 691. extractio, de ea monita et obſeruationes 539 ſeq. extractionis methodi variae 538. methodi praeſtantiores ib. ſeq.
Catarrhalium inſultuum ortus 220
Catheter foemineus emendatus 415 ſeq. 419
Cauia, animalium genus 241 capenſis ibid. ſeq.
Cauſtici ſutoriani vſus et praeparatio 689
Cauterii vſus in phthiſi 221
Cedrinum lignum, medicamentum 517
Cellularia, zoophytum 157
Cephalaeae cauſſa ſingularis 446
Cephus, ſimiae ſpecies 659
Cepola, piſcium genus 330
Cera, quid ſit 441. ex quibus ſtirpibus et quo tempore ab apibus colligatur 643 ſeqq.
Ceraſtes, colubri ſpecies 511
Cercopithecorum character generalis et ſpecies 655. ſpecies quaedam 666. 668. 678
Cerebri morbus 218 vaſorum inanitio in cadaueribus obſeruata 445. ventriculorum communicatio 31
Ceruicapra, antiloparum ſpecies 492 ſeq.
Chacal, animal 401
Chamaemeli vſus in dyſenteria 613
Chamaerhododendros an aegolethrum Plinii? 278
Chemici coaguli cuiusdam praeparatio 208
Cheſton, Rich. Browne, pathological inquiries and obſeruations in Surgery 36
Chinae cortex, vid. *Peruuianus cortex.*
Chinche, animal 403
Chinchin, ſimiae ſpecies 659
Chirurgica operatio ſingularis 208 ſeq.
Chirurgicae inſtitutiones 688 ſqq. enchireſes, earum exercitium expeditius breuiusque 422. obſeruationes 124 ſeq. chirurgicorum inſtrumentorum catalogus 692
Chorea S. Viti, eius curatio 120 ſeq.
Choroidea oculi tunica, num per eam viſus fiat? 201 ſeq. ea duplex 295. in piſcibus diſquiſita 461 ſeq.
Chryſanthemum ſegetum imminuendi modus 595
Cicada globulifera 248
Cicutae vſus eximius et effectus in variis morbis 525 ſqq. vſus in ſcirrho dubius 72. 426 in vlceribus cancroſis dubius 137. minoris effectus noxii 199
Ciliaris corporis vſus 462
Cimices fugandi remedium 597
Clagenfurtenſis caeſ. reg. ſociet. agriculturae et ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1769 548

Clauariae quaedam ſpecies 82. 84
Clerck, Car. Tal innehallande nagra Anmärkningar om Inſecterne 53. icones inſectorum rariorum 89
Cloſſii, Io. Frid. noua variolis medendi methodu 647
Clyſmatum nutrientium vſus in in deglutitione laeſa 227
Coaitu, ſimiae ſpecies 673
Coaſe, animal 403
Coccus polonicus, inſectum 504
Colchici vſus in hydrope 305
Colicae hepaticae curatio 605 neruoſae curatio 116
Collin, Henr. Ioſeph. noſocomii ciuici Pazmanniani annus medicus tertius 521
Collinſon, Petr. obiit 177
de Colloredo, Car. Octau. Comes, acad. reg. ſcient. Mantuanae praeſes 175
Collyrium in maculis corneae 118
Coluber ceraſtes 511
Conepate, animal 403
Congelationis chemicae modus 208
Contagioſi pecorum morbi 279 ſqq. 284 ſqq. eorum cauſſae 281 ſq curatio 282 ſq. prophylaxis 283
Contagium morborum quid? 126. eius cauſſa materialis verminoſa 127. nexus cum putredine 128. cum rubigine frumentorum 130
Contractura electricitate ſanata 18 ſq.
Contrafiſſurarum effectuum declarationi praemium conſtitutum 355
Conuulſiones grauidarum 412 ſeq. parturientium 345. a vermibus 27
Conuulſiuorum morborum curatio 258
Coquallin, animal 393
Corallia, de iis obſeruata 197 ſq.
Corallinae, num Zoophyta? 163 ſq.
Cordis anevryſma 221. formatio in pullo 529 ſq.
Corneae maculae, earum curatio 118. 307
Corporis humani caloris mutatio a remediis aluum laxantibus 600
Corporum denſitas diuerſa cauſſa colorum diuerſitatis 60
Corrigentium remediorum indoles et differentia 631 ſq.
Coryli fructificatio artificialis 105 ſq.
Cos, lapis, eius natura 467 ſq.
Coxaris morbus infantum 232
Cricetus, animal 394
Criticorum dierum differentia et ratio pathologica 320
Crotalophorus, ſerpens, contra eius morſum remedium 71
Croup, morbus 334 ſqq.
Cryſtalli montanae ſitus in loco natali et origo 638 ſqq. geneſis 640
Cucurbitae permagnae 102
Culilawan corticis natura et vſus 517
Cuniculus, eius ſpecies 679 braſilienſis Linn. 683
Cuprum depurandi et perfectius reddendi expoſitioni praemium conſtitutum 175. ſcorias antiquas tractandi modus 592
Cuti-

Cuticulae vaſa 295
Cutis morbi 229 ſqq. conſenſus cum hepate 230
Cygni feri tracheae ſtructura 507
Cynocephalus Ariſtot. ſimiae ſpecies 660
Cyprini aurati Linn. definitio 77

D.

Daman Iſrael, animal 396
Danicae ſociet. reg. oeconomicae inſtitutum et augmentum 360. florae inſtitutum et pretium imminutum 181
Daturae extracti vſus in variis morbis 598
Debilitatis natiuae et acquiſitae curatio 252 ſq.
Deglutitionis laeſae cauſſae 226
Dens in ouario repertus 39. permagnus in terra repertus 468. dentium in genere ſuillo differentia 493
Dianthi ſpecies hybridae 437
Diaphoretica remedia quaenam ſint? 626
Didelphis, animal 243. orientalis *Pallas* 393. dorſigera Linn. 682
Digaſtricus muſculus, vid. *Muſculus.*
Digeſtionis cauſſae controuerſae 207
Diluuium vniuerſale, de eo coniectura 147
Dimsdale, Thom. ab imperatrice Ruſſ. largiter donatus, et conſiliarii et baronatus Ruſſici honore ornatus 179
Dioduntis piſcis organa reſpiratoria 328
Diuionenſis acad. ſcient. theſ. et praemium ad ann. 1771 708 ſq.
Dolores poſt partum, eorum cauſſae 421
Douc, ſimiae ſpecies 668
Dugon, animal 409
Dulcamarae vſus in cacochymia 606. in febribus intermittentibus 524 ſq.
Dyſenteria, eius diſtinctio et ſpecies 616 ſq. eius cauſſae 304. de eius curatione obſeruata 303. inflammatoriae curatio 617. biliosae curatio 617 ſq. malignae curatio 619. chronicae curatio 619 ſq. anni 1765 epidemica 609. eius diagnoſis ib. ſq. cauſſae 610 ſq. indicationes curatoriae, diaeta et prophylaxis 612. ei medendi methodus 613. de ea praeiudicia 614 ſq. eaque infirmandi ratio 615 ſq.
Dyſuria, eius cauſſa et curatio 124. chronica, eius cauſſa et curatio 120. puerperarum lethalis 45

E.

Eberhard, Io. Petr. prof. phyſices Halenſ. 551
Eiſenmann, Georg. Henr. obiit 177
Electrica experimenta cum laminis vitreis inſtituta 13
Electricitas, eius virtus in corpus humanum 46 ſq. apparatus ad curationem morborum 24. vſus in variis morbis 18 ſq. 24. 47 ſq. in gangliis 691. poſitiua ac negatiua

gatiua, de ea annotationes 464 ſqq.
Elementa corporum quid? 313
Elops, piſcium genus 330
Embryonis corpus obducens vernix vnde oriatur 251
Emphyſema lethale ex fractura coſtarum 36 ſq.
Emplaſtrum emolliens diachylo ſimplici ſubſtituendum 627
Empyematis obſeruatio 124 ſq. operatio 425. 511 ſq.
England illuſtrated: or a compendium of the natural hiſtory, geography, cet. 353
Entomologia, eius elementa 150. primae lineae 352. de ea dubia et difficultates 148 ſq.
Epidemici morbi pecorum 279 ſqq. 284 ſqq. eorum cauſſae 281 ſq. curatio 282 ſq. prophylaxis 283
Epilepſia, contra eam remedium 28. infantum, in ea remedium 101
Epiphorae curatio 424
Ergot, morbus a ſecali cornuto 65 ſqq. eius curatio 67
Eſchara, Zoophytum 157
Euaporationis aquae et liquorum theoria et natura 68 ſq.
Exanthemata num critica aeſtimanda? 142
Exoſtoſes verae corporum vertebrarum 485 ſq.
Exquima, ſimiae ſpecies 673 ſq.

F.

Fabae poſt decem hebdomades indigeſtae excretae 108
Fabarienſium aquarum examen et vſus 641
Faeces, iis ſubſtituenda mixtura 108
Febris ratio et curatio per frigidam 350 ſq. continuae remittentis curatio 522 ſqq. intermittens, octauo die rediens 605. bilioſa Indiae occidentalis 111. de ea obſeruationes anatomico practicae 113 ſq. eius cauſſae 114. ſymptomata 111. curatio 112 ſq. ſcarlatina, vid. *Scarlatina*. tertiana duplex continua cortice peruuiano curata 480. febres, earum ſpecies et curatio 301 ſq. acutae, de iis obſeruationes 521 ſqq. catarrhales epidemicae anno 1762 Nemauſii graſſatae 606 ſq. intermittentes, de earum curatione obſeruationes 522. 524 ſq. malignae putridae, earum cauſſa et curatio 115 ſq. putridae, earum natura et ſigna 340
Fellis bouini inſpiſſati vſus in epilepſia 28
Femoris amputatio, de ea monita 690
Ferrein, Ant. mortuus 178
Ferrum, de eius ſolutione experimenta 268
Ficuum ſuccus lacteus 105. 106
Fiſtula ani ſponte ſanata 692. inteſtini ilei 215 ſq. lacrymalis, eius curatio 424 691
Florae Danicae inſtitutum et pretium imminutum 181
Florum irritabilitas 439 ſq.
Fluidorum variorum grauitas ſpecifica 595 ſq. corporis humani morbi 314 ſq.
Fluxus hepaticus 318

Fodinae Olkützenſes Poloniae 471. ſalis gemmae prope Wieliczkam in Polonia 472 ſqq.
Foetus in vtero vtrum maſculinus an foemininus lateat? 104. mortui ex vtero extractio 704. foetuum perfectionis periodi diuerſae 413. circumrotationis in vtero cauſſae et ſigna 414
Fons aquae frigidae bullientis 199. Galliae petroleo diues 210
Foſſane ſeu Foſſa, animal 397
Fränkiſche Sammlungen von Anmerkungen aus der Naturlehre, Arzneygelahrheit, Oekonomie etc. 7 und 8 Band 100
Franklin, Benj. Philippicae americanae ſocietatis in Penſylvania praeſes 551
Fraxini foliorum ſucci vſus in morſu viperarum 15 ſq.
Fried, Geo. Albrecht, artis obſtetriciae medicus ſecundus Argentor. 552
Fried. Io. Iac. obiit 552
Fucus quercus marina dictus 79 eius examen chemicum 80
Fungi Carrarienſis hiſtoria 33 ſqq. vſus 35. maximi pedis equini facie ſtyptica virtus 453
Furbo ſtagnalis paruus, animal 77
Furor poeticus 320
Furunculi ſpecies 223

G.

Galleſky, Io. Gottfr. *Abhandlung vom Miſerere oder von der Darmgicht* 685
Gallii lutei et albi vſus 236
Gallinae vertice tuberoſae 494 ſq.
Gangliorum curatio 690 ſq.
Gangraenae contagium 106
Gataker, Thom. obitus 365
Gelatinae differentia et vſus 627 ſq.
Gemellorum in grauidis ſignum 347
Gemmae, oculi mundi dictae 593. ſal. vid. *Sal gemmae.*
Genette de Madagaſcar, animal 397
Genitales partes, earum morbi 228. virginum 295 ſq.
Genu articuli morbus, white ſwelling dictus 40 ſqq.
Gerboiſe ſeu Gerbo, animalium genus 395 ſq.
Gerhard, acad. reg. ſcient. Berolinenſis membrum 170
Gibbon, ſimiae ſpecies 659
Gigantes, de iis obſeruata 29
Ginſeng, radix 519
Giraffa, animal 388
Glandula pinealis morboſa 446
Globularia ſennae foliis ſubſtituenda 199
Gloſſopetrarum examen chemicum 204
Glouton, animal 402
Gmelin, Phil. Frid. obiit 176
Goettingenſis ſociet. reg. ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1769 et 1770 359
Goldhagen, Io. Frid. Gottlieb, med. prof. extraord. Halenſis 365. ordinarius philoſophiae et hiſtoriae naturalis prof. Halenſis 710
Gonorrhoeae ſpecies et curatio 228

Gorgonia, zoophyti genus 158 ſq.
Gouttes de Montpellier, huius remedii vſus 206 ſq.
Grallarum noua genera 327
Grauidarum exploratio 250 conuulſiones 412 ſq.
Grauiditas, de ea monita 412 ſq.
Grus, eius tracheae ſtructura 507. crepitans, animal 243 ſq. pſophia, auis 494
Guepard, animal 401
Gummi guttae vſus contra taeniam 122. largior vſus in aſcite 304

H.

Haan, Andr. Leopold. libellus, in quo demonſtratur, quod non ſolum vegetabilia, animalia et mineralia menſtruo ſimplici poſſint ſolui cet. 265
Haemorrhagias vulnerum ſiſtendi modi 423
Haemorrhoides ſerpiginoſae 318
Haffner, Georg. Diſſ. de hydrope articulorum 288
Hafnienſis ſociet. reg. ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1769 et 1770 548 ſeq.
Hagſtröm, Io. Otto Pan apum, eller Afhandling om de Orter, af hvilka bien hälſt draga deras honung och vax 642
Haleſii, Steph. elogium ſeu vita 453 ſeq.
von Haller, Alb. operum anatomici argumenti minorum Tomus II. 527. colleg. medici Edimburgenſis ſodalis 709
Hamburgenſis ſocietatis in incrementum opificiorum et artium theſ. et praem. ad ann. 1769. 176. conſilia de merſis vitae reſtituendis 360 ſeqq. 552
du Hamel du Monceau, de l'Exploitation des Bois 429
Harlemenſis ſociet. ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1769 et 1770 357 ſq. 549 ſq.
Helleboriſmus veterum 261 ſq. eius vſus in melancholia ib. ſeq.
Helleboro nigro ſubſtituitur chriſtophorianae radix 235
Henckel, Ioach. Frid. colleg. med. Berolinenſis chirurgiae profeſſor 709
Hennert, Io. Frid. ab acad. reg. ſcient. Berolinenſi praemium accepit 169
Henning, *Chirurgiſche Streitſchriften* 30
Hepatis abſceſſus, de iis obſervationes 38 ſeq. caluariae fracturis accedentes 38. 45. ſingularis internus 221. conſenſus cum cute 230. morbi in cadaueribus obſeruati 443 ſeq.
Hepatitis curata 500 ſq.
Herniae, in iis remedium 108. earum curatio prophylactica 426. incarceratae, in iis remedium 291. foraminis oualis repoſitio 31. ſingularis ſpecies 227 ſeq. hernia inguinalis permagna 503
Herpetis ſpecies 229 ſeq.
Herrmann, Io. Gotthelff, Diſſ. de oſteoſteatomate 484
Heuer-

Henermanns, Georg. *vermiſchte Bemerkungen und Unterſuchungen der ausübenden Arzneywiſſenſchaft*, 1*ſter Band* 301
Hirudinum vſus in contuſione capitis 424. in variolis ac dentitione infantum 135
Hiſtoire de l' Academie royale des Sciences avec les Mémoires de Mathematique et de Phyſique. Année MDCCLXII 452
Hiſtoire de la Societé royale des Sciences de Montpellier, avec les Mémoires de Mathematique et de Phyſique, Tome I 195
Hiſtoire de l'Academie royale des Sciences et belles Lettres à Berlin, Année 1759 271
Hiſtoire naturelle generale et particuliere avec la deſcription du Cabinet du Roi, Tom. XIII. 387. Tom. XIV. 654. Tom. XV. 672
Holmienſis collegii regii medicorum praeſes et aſſeſſores 546
Holothuria, animal marinum 23
Home's, Franc. inquiry into the nature, cauſe and cure of the Croup 334
Homines, cur in terra boreali minores? 596 ſeq. eorum degenerationis cauſſae 669. homo troglodytes nocturnus Linn. 325. 657 ſqq.
Horaeorum fructuum vſus in morbis 628
Humeri oſſis pars extracta et regenerata 510
Huxham, Io. obiit 177
Hybridae plantae, vid. *Plantae*.
Hydatides hepatis, earum origo 309. viuae, animalcula 246 ſq.
Hydra Linn. zoophytum 157. hydatula Linn. 246 ſq.
Hydrocele eiusque curatio 426. 691
Hydrophobia, de ea obſeruationes 218. 224. eius curatio 224. afflatu communicata 606. falſo ſic putata 68
Hydrophthalmia 44. 425
Hydrops, eius ſpecies, cauſſa et curatio 304 ſq. eo demortuae feminae ſectio 103. articulorum, vid. *Articuli*. melancholiae ſuperueniens 264 oculi eiusque curatio 425. ouarii inſignis 445. pectoris, eius curatio 511 ſq. renum 305 ſq. ſaccatus ouarii 102. vteri in grauida 40
Hypochondriacum malum a cauſſa ſcorbutica 123
Hypogaſtrocele 227 ſeq.

I.

Iaculator piſcis 504
Iaeger, Chriſt. Frid. botan. prof. Tubingenſ. 176
Ichnevmon, animal 396 ſq.
Icterus viridis 605
Ievraſchka, animal Sibiriae 395
Ilei inteſtini fiſtula 215 ſq.
Ilei morbi ſpecies et curatio 118 ſq. ſigna, ſedes et curatio 686 ſq.
Incraſſantia remedia, eorum indoles et differentia 629
Incruſtatum Rakanienſe 161
Indiae occidentalis aer 110 cauſſae ſanitatis externae commu-

communes et morbi endemii 111. febris bilioſa 111 ſqq.
Infantum morbi 232 ſeq. recens natorum morbi 348 ſq. regimen 421
Inflammationis metaſtaticae in febribus acutis curatio 689
Ingenhous, ab Imperatrice Rom praemiis ornatus, medicus aulae et principis creatus 179
Inguinalis tumoris exſtirpatio 103
Inoculatio morbillorum, de ea obſeruata 589 ſeqq. variolarum, num a magiſtratu imperari queat? 647. de ea obſeruata 589 ſeqq. 607 ſeq. 637 ſq. in infantibus neonatis inſtituenda, pro ea argumenta 608. 651 ſq. de ea experimenta et obſeruationes 652 ſq. eius hiſtoria et fata in Gallia et Germania 178 ſeq. in Heluetia ſucceſſus 636 ſeqq. Nemauſii inſtitutae hiſtoria 607 ſeq. in Suecia origo, methodus et progreſſus 533. 535 ſeqq. eius praeſtantia defenſa 537
Inſectologiae elementa 150
Inſectorum methodus 149. claſſes 150 ſqq. genera et ſpecies nouae 330 ſeq. ea capiendi et conſeruandi modus 152. eorum antennae num ſint odoratus organa 54. omoplatae 352. rariorum icones 89 ſq.
Inſitio contagii in vitulis 553
Inſolatio, morbus 225
Intermittentes febres, vid. *Febres.*
Inteſtinalis calculus, vid. *Calculus.*
Inteſtini craſſi excreſcentia ſingularis excreta 276. inteſtinorum tenuium papillae negantur 299 ſq.
Inuoluentium remediorum indoles 631
Ipecacuanhae vſus in dyſenteria 604. 613. 618. in colica hepatica 605
Irritabilitas florum 439 ſq.
Iſatis, animal 402
Iſis, zoophyti genus 159 ſq.
Iua annua Linn. planta 85
Iunci fruſtulum ex veſica extractum 298
Iuniperi combuſti aceti vſus 585

K.

Kali geniculatum maius annuum 78. eius examen chemicum ib.
Kaltſchmid, Carol. Frid. obiit 552
Kermes mineralis vſus in angina 605. in hydrope pectoris 221
Kirkland, Thom. eſſay towards an inprovement in the cure of Fevers 350
Klein, Iac. Theod. oua auium plurimarum delineata et picta 97
Koelreuter, Ioſeph. Gottlieb, *dritte Fortſetzung der vorläufigen Nachricht von einigen das Geſchlecht der Pflanzen betreffenden Verſuchen und Beobachtungen* 435
Kongl. Vetenſkaps Academiens Handlingar för Aor 1765.

1765. Vol. XXVI. 3. för Aor
1766. Vol. XXVII 579

L.

Labii leporini curatio 425
Lac, de eius vſu monita 233 ſq. eius vſus in melancholia neruea 258
Lacteae febris nomen improprium 421
de Laisment Balliere, vid. *Balliere.*
Lama, animal 388 ſq.
Languedociae hiſtoria naturalis 213
Lapides varii acido vitriolico disquiſiti 272 ſeq. pretioſi, oculi mundi dicti 593. cancri, eorum noua ſaturatio et vſus in variis morbis acutis 642. lapis variolarum 478. ſerpentinus Saxoniae, de eo experimenta chemica 271 ſq.
Laxantium remediorum vires in calore corporis mutando 600
Ledermüller, Mart. Froben. obiit 365
Leguana paludoſa, amphibium 505. eius anatome 512
Leming, animal 404
Lemmae plantae a marſilea differentia 475 ſq.
Lens cryſtallina piſcium 461
Leowardiae praemium reſtitutioni merſorum in vitam conſtitutum 362. 552
Leporis ſpecies noua 326
Lepra, morbus 230
Levcadendri, plantae genus et ſpecies 599
Levcoma oculi 25 ſq.
Levret, André, Eſſai ſur l'abus des regles generales et contre les prejugés de l'art des accouchemens 411
Lichen cinereus terreſtris Raii, eius natura et vſus in hydrophobia 519
Lien, eius ſitus in pelui 298 ſupernumerarius 298
Lieutaud, Ioſeph. ſynopſis vniverſae praxeos medicae 219. hiſtoria anatomico medica ſiſtens numeroſiſſima cadaverum humanorum extiſpicia 441
Lignorum phyſica contemplatio 431 ſeq. caedendorum tempus 434
Lilium Paracelſi, eius vſus 235
a Linné, Car. ſyſtema naturae. Edit. XII. Tom. I. 322
Linum, eius oleum, vid. *Oleum.*
Liquorum variorum grauitas ſpecifica 595 ſq.
Liſteri opus de conchyliis denuo editum iri indicatur 366
Lithophyti analyſis chemica 200
Lithotomia, de ea obſeruatio 297. in ſene biduo bis inſtituta 586 ſq. in puero bis ſuſcepta 588. ad eam inſtrumenta pertinentia 692. eius praeſtantior methodus 426. methodus Cheſeldeniana defenſa 125
Lobſtein, Io. Frid. anat. et chir. prof. ord. Argentor. 176
Locher, Maximil. obſeruationes practicae circa inoculationem variolarum in neonatis inſtitutam 651
Lolii analyſis chemica et noxa 216 ſq.

Loris, animal 399
Lorry, A. Car. de melancholia et morbis melancholicis, Tomus II 251
Lowando, ſimiae ſpecies 662
Ludwig, Chriſt. Gottlieb, Diſſ. inaug. de plethorae differentiis 693. Diſſ. inaug. de venaeſectione differentiis plethorae accommodanda 694
Lues bouina, vid. *Boum lues.*
Lugdunenſis acad. ſcient. elegant. theſ. et praemia ad ann. 1770 et 1771 171 ſq.
Lumbricus echiurus 246
Lupuli disquiſitioni praemium expoſitum 173
Lupus mexicanus 681
Lycoperdon braſſicae 20

M.

Macaque, ſimiae ſpecies 663 ſq.
Madrepora, zoophyti genus 161
Magneſiae examen chemicum 22 ſq.
Magnetiſmus ſuccuſſibus electricis excitandus 598 ſq.
Magot, ſimiae ſpecies 660
Maimon, ſimiae ſpecies 663
Makis, animalium genus 397
Malbrouck, ſimiae ſpecies 665
Manatus, animal eiusque ſpecies 406. 409 ſqq.
Mandrill, ſimiae ſpecies 661
Mangabey, ſimiae ſpecies 665
Mangouſte, animal 396
Maniae ſymptomata 319. in ea remedium 480. nerueae curatio 258. melancholicae humoralis curatio 264
Mantuanae acad. reg. ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1769 175
de Mare, Franc. Xauer. Tractatus de cancro et ſpina ventoſa cet. 447
Margae definitio et characteres 700
Margaritae riuuli Rehauienſis 108 ſq.
Margay, animal 401
Marikina, ſimiae ſpecies 678
Marinae aquae natura et vſus 520
Marmota polonica, animal 394 ſeq. canadenſis 395
Marſileae, plantae character genericus 474 ſq. differentia a lemma 475 ſq.
Marſilii, Io. fungi Carrarienſis hiſtoria 33
Marteau, ab acad. reg. ſcient. Burdigalenſi praemium reportauit 707
Martiales globulos parandi modus 236. eorum vſus ib. ſq.
Martinet, Io. Florens, a ſociet. ſcient. Harlemenſi praemium accepit 550. eiusdem ſocietatis ſocius ib.
Martini, Ferdin. *Chirurgiſche Streitſchriften* 30
Martini, Frid. Henr. Guil. conſilium edendi nouum conchyliorum ſyſtema 181 ſq.
Maſſilienſis acad. ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1769 et 1770 550
Materiae medicae fundamenta 513 ſqq. ſelectus 621 ſeqq.
Maxillae inferioris ſpaſmus 116 ſq. ſpaſmus lethalis 63
Mayer, Io. Frid. a ſociet. caeſareo reg. agriculturae et ſcient.

ſcient. Clagenfurtenſi praemium accepit 548
Mead's, Richard medical Works 697
Medicamentorum diuiſio 233 cognitio quomodo acquirenda 623 ſeq.
Medicina, de ea vulgi praeiudicia 614 ſeq. ea infirmandi ratio 615 ſq.
Medico - practicae obſeruationes 478 ſqq.
Meduſae, earum ſpecies 75 ſq.
Megen, Io. Iac. a ſociet. reg. ſcient. Berolinenſi praemium accepit 547
Mel, ex quibus plantis ab apibus colligatur 643 ſeqq.
Melancholiae cauſſae et ſymptomata 318 ſeq. humoralis curatio 259 ſeqq. conſtitutionis ad eam curatio ibid. ſeq. eius cauſſarum curatio 260 ſq. humoralis hypochondriacae curatio 263. nerueae curatio 251 ſeqq. conſtitutionis ad eam curatio 252 eius cauſſarum curatio 253 ſeq. primariorum effectuum curatio 255 ſeqq. in ea remedia ſpecifica 257
Meleagrides graecorum, quodnam auium genus? 494
Menſtruorum excretio ad phaſes lunae accommodata 317 fluxus in vetula 67 annorum obſeruatus 649
Ment, ab acad. ſcient. Maſſilienſi praemium accepit 550
Mercurii depuratio 237. vis ſialagoga 626 ſq. vſus in variolis 135. cum camphora mixti vſus 237. dulcis vſus in lue bouina 132. ſublimati corroſiui vſus, de eo monita 630 vſus in lue venerea 102. ſolutio, vſus et effectus in lue venerea 481 ſeqq. mercurialis emplaſtri peculiaris effectus 45
Metallorum grauitatum ſpecificarum et colorum, quos vitris largiuntur, nexus 59 ſeq.
Meteorologicae tabulae 601 603
Metzger, Io. Dan. neruorum primi paris hiſtoria 268
Mico, cercopitheci ſpecies 678
Microſcopiorum quorundam conſtructio et vſus 71 ſeq. microſcopicorum globulorum exiguus vſus 499 ſeq.
Miliaria exanthemata, quod calidioris regiminis effectus non ſint 524. eorum in puerperis ſpecies et curatio 420
Militum Suecicorum alimenta in caſtris 55 ſeqq.
Millepora, zoophyti genus 160
Mineralia, de eorum ſolutione experimenta 267 ſeq.
Mineralogia regni Polonici 468 ſeq. 470 ſq. territorii Pariſini 466 ſeq.
Mococo, animal 398 ſeq.
Molluſcorum ordo 244. noua genera 332
von Moltke, Comes, ſociet. reg. oeconomicae Danicae ſocius 360
Mona, ſimiae ſpecies 666
Monax, animal 395
Mongous, animal 398
Monro, Alexand. ſen. obiit 177
Monſpelienſis ſociet. reg. ſcient. inſtitutio et hiſtoria 195 ſqq. primi ſodales 196
Monſtrum humanum 199. 310
Montes

Montes Caſtiliae peralti 508
igniuomi eorum cauſſa 145
Morand, Io. Franc. Clemens, ſociet. ſcient. Harlemenſ. ſocius 550
Morbilli variolis artificialibus accedentes 582. 589 ſeqq. naturales cum inſitis comparati 590 ſeq.
Morbus, quid? 311. eius idea et differentia 312. eius cauſſae, ratio et diſtinctio 312 ſq. morborum complicatorum ratio 321
Mormon, ſimiae ſpecies 585 ſeq. 661
Mors quid ſit 321
Mortalitatis leges in Suecia ducta tabularum annuarum 579 ſeq.
Mortuae viſae et in vitam reſuſcitatae feminae caſus 103
Morus alba arbor, eius morbus 453
Mouffette, animalium genus 403
Moufflon, animal cum oue comparatum 670
Mouſtac, vid. *Myſtax.*
Moxae vſus in morbo articuli genu 42
Muci antlia 33
Müller, Phil. Ludov. Erlangenſis ordinarius hiſtoriae naturalis profeſſor 710
Mulierum morbi 231
Mumiae mineralis Perſicae vſus 518
Mungo, radicis vſus 516. vſus contra morſum viperae 396 ſeq.
Munniks, pericula contagii armentorum in vitulos transferendi faciens 363. 553
Murie, pecorum morbus 284 287
Murray, Io. Andr. commentatio de arbuto vua vrſi 164 hiſtoria inſitionis variolarum in Suecia 533
Mus amphibius Linn. albus 681 citellus Linn. 680. cricetus 394. gregarius noua ſpecies 325. lemmus Linn. 404
Muſaraigne de Breſil, animal 682
Muſcularium partium corporis humani morbi 315 ſeq.
Muſculorum morbi in cadaueribus reperti 446. muſculi biuentris ſeu digaſtrici maxillae vera ratio, actio et vſus 291 ſeqq.
Muſices vſus medicus 235. effectus in melancholia 254
Muſtela, eius nouae ſpecies 325 barbara Linn. 682. lutris Linn. 405. praecincta 680 zibellina Linn. 404
Mya arenaria Linn. animal 76
Myrmecophaga, animal 243
Myſtax, ſimiae ſpecies 667

N.

Naeuorum maternorum exſtirpatio 291
Nahuis, Alex. Petr. a ſociet. ſcient. Harlemenſi praemium accepit 175
Naturalis hiſtoriae ſyſtema 322 ſeqq.
Nemauſienſium incolarum vitae genus 602. noſocomii ratio ibid. ſeq.
Nereides, animalium genus 245 earum quaedam ſpecies 80
Neruina medicamenta, eorum indoles et differentia 633 ſq.
Neruorum primi paris hiſtoria 268 ſeqq. ortus et progreſſus 269. ſtructura 270. nerui optici vaſa et natura ſpongioſa

gioſa 297. eiusdem natura in piſcibus 458. inſertio in bulbum ibid. ſeq.
Nettis, Io. ſociet. ſcient. Harlemenſ. ſocius 175
Nicotianae hybridae, de iis obſeruata 437
Nietzki, Adam. elementa pathologiae vniuerſae 311. medicinae prof. ordinarius Halenſis. 710
Nitrum flammans, eius praeparatio et vſus 630
Noctambulatio 319
Noctilio, veſpertilionis ſpecies 324
Noma, morbus, eius ſtadia et curatio 5 ſeqq.
Noſologicae tabulae 601. 603 ſq.
Noſtalgia 319
Nozemann, Cornel. a ſociet. ſcient. Harlemenſi praemium accepit 357
Numida criſtata, eorum differentia et vſus 627 ſeq.
Nydelenſium aquarum medicatarum examen et vſus 640 ſq

O.

Obeſitas nimia, contra eam remedium 222 ſeq.
Obſtetriciae artis elementa 249 701. hiſtoria 702. caſus praeternaturales et obſeruationes 341 ſqq.
Ocelot, animal 400
Ochrae locus natalis, natura et notae characteriſticae 456 ſq.
Oculi ſtructura, de ea controverſia 300. tunica choroidea duplex 295. anatome in piſcibus variis 457 ſeqq. morbi 226. morbus ſingularis 25 ſq. hydropis curatio 425. cancri, v. *Lapides cancri*. oculi mundi, gemmae 593
Odontalgiam electricitate curandi modus 24
Oedematis cauſſae et curatio 223
Oeder, Geo. Chriſt. florae danicae inſtitutum et pretium imminutum 181
Okiao, quid ſit eiusque vſus 423 ſeq.
Olei lini vſus ſalutaris et effectus in ileo morbo 685 ſqq. eius doſis et adhibendi modus 687
Olkutzenſes Poloniae fodinae 471
Opalum Nonii 593
Ophthalmiae curatio 117 ſeq.
Opiatorum vſus in puerperis 348
Opii actio, virtus anodyna et vſus 634 ſeq. vſus in febribus 302. in melancholia neruea 256
Orang-outangs, ſimiae ſpecies 657 ſeqq. eorum a homine differentia 657 ſeq.
Orchidis radicis vſus 515
Oris morbi 226
Orobanche an aegolethrum Plinii ? 278
Oſſa, de eorum formatione experimenta 532. de eorum generatione ſententiae diverſae 296. de eorum ſtructura monita 299. eorum articulatio ope cartilaginis ligamentoſae 485. emollitio et tenuitas ſingularis 308 inſignis magnitudinis in terra reperta 468. humana ingentis magnitudinis reperta 28 ſeq. femoris et tibiae humana permagna, eorum dimenſio 597. ex iis ad corporis longitudinem computatio

ratio ibid. ſeq. cylindracea, eorum ab vlcere carioſo interna mira ſeparatio 690
Oſſificationes praeternaturales in aorta 26 ſeq.
Oſteocollae vſus commendatus 33
Oſteogeneſeos ratio 296
Oſteoſteatoma, quid ſit 484 eius ortus et ſedes ibid. differentia ab exoſtoſi 487. cauſſae ibid. ſeq. ſymptomata 488. diagnoſis, prognoſis et curatio 489 ſeq. de eo binae hiſtoriae ſeu exempla 486 ſeqq.
Oſtrea petrificata in terra reperta 452
Oua auium deſcripta et picta 97 ſeqq. incubata, cum iis inſtituta experimenta 529 ſeq.. oui gallinacei vitellus ante oui partum excluſus 198
Ouanderou, ſimiae ſpecies 662
Ouarii hydrops et ſcirrhus 39 445. hydrops ſaccatus 102
Ouarine, ſimiae ſpecies 672
Ouis noſtras cum Moufflon animali comparata 670. peruana Marggrauii 388 ſeq.
Ouiſtiti, ſimiae ſpecies 677

P.

Paco, animal 388. 390
Pallas, Aug. Frid. *Chirurgie oder Abhandlung von äuſerlichen Krankheiten* 688
Pallas, P. S. elenchus zoophytorum 153. miſcellanea zoologica 238. ſpicilegia zoologica, faſcic. I. II. III. IV. 491
Palpebrae tumor ſanguineus exſtirpatus 299
Panaceae anticancroſae praeparatio 449
Panaritium, de eo obſeruatio 125
Pannonii, Paul. Adam. hydrographia comitatus Trencſinenſis 50
Papiones, ſimiarum ſpecies 585. 661. eorum character generalis et ſpecies 655
Paracenteſis abdominis, de ea monita 31. 305. eius vſus in aſcite 305. 580 ſeq. in hydrope renum 306. pectoris 425
Paralyſis electricitate curanda 47 ſeq.
Pariſienſis acad. reg. chirurg. theſ. et praem. ad ann. 1769 355 ſeq. ſociet. reg. ab agricultura theſ. et praem. ad ann. 1770. 356 ſeq. pariſini territorii mineralogia 466 ſq.
Parotidum ſpecies 225. inciſionis vtilitas 689 ſeq.
Parra chauaria, auis 328
Parturientes, circa eas obſeruandae regulae 414 ſeqq.
Partus agripparum naturalis eiusque commoda 703. contra naturam quid 345. de eo obſeruationes ibid. ſeqq. laborioſi varietas et cauſſae 704. praeternaturalis et difficilis, de iis obſeruationes 342 ſeqq. praternaturalis diſtinctio 704
Paſſerum noua genera 327
Paſſio iliaca, vid. *Ileus morbus.*
Patas, ſimiae ſpecies 664
Pathologia quid? 311. eius differentia 312
Pechurei fabae vſus in dyſenteria 303 ſeq.
Pecorum morbi epidemici 279 ſeqq. 284 ſeqq. eorum cauſ-

ſae 281 ſeq. curatio 282 ſeq. prophylaxis 283
Pediculi piſcium 80
Peluis oſſium diductio num fiat? 485
Pennatula, zoophyti genus 162 eius ſpecies 248
Penroſe's, F. Diſſ. on the inflammatory, gangrenous and putrid ſore - throat cet. 338
Perforatoriorum vſus defenſus 251
Peripneumonia pecorum 284 287
Perouaſca, muſtelae ſpecies 680
Perſpirationis phyſiologia 117
Peruuianus cortex, cum eo inſtituta experimenta chemica 501 ſeq. eius pulueris vſus in variis morbis 302. vſus in febribus malignis 115. in febre tertiana duplici continua 480. in gangraena 225. in melancholia neruea 257. in noma, infantum morbo 5 ſeq. in ſcarlatina 142. in tetano maxillae inferioris 117. in variolis 135 ei cortex ſalicis albae ſubſtituendus 650
Peſſaria applicandi modus et ratio 417 ſeq.
Petauriſta, animal 242
Petrefactorum Boutonnetenſium origo 204
Petroleum, eius natura et vſus 518. in fonte quodam Galliae obuium 210. de eo tentamina chemica ibid.
Phalanger, animal 393
Phaſianus Chinenſis pulcherrimus 63
Philander Surinamenſis, animal 682
Philoſophical Transactions Vol. LV. 58. Vol LVI. 495
Phoca, animal, eius ſpecies 405 ſeqq. hiſtoria naturalis 406 ſqq. phocae vtrum amphibia an potius animalia terreſtria? 506
Pholades, de iis obſeruatio 76 pholadis conoidis deſcriptio 58
Phthiſis melancholiae ſuperueniens 264
Phyſica experimenta et obſeruationes 86 ſeq. 452
Picarum genera noua 327
Pili in ouario reperti 39 ſeq.
Pinchae, ſimie ſpecies 678
Piperinarum aquarum ratio et vſus 641
Piſces, eorum genera et ſpecies nouae 329 ſeq. eorum dentes chemice diſquiſiti 204. oculi anatomice diſquiſiti 457 ſqq. branchioſtegi, eorum genera 328. regni Boruſſici 96
Pithecus, ſimiae ſpecies 659
Placenta vterina, de eius extractione obſeruata et regulae 418 ſq. eius extractio in abortu 419. gemellorum ſimplex 347. vitulina 531
Plantae, earum icones et analyſes partium 81 ſqq. de earum ſexu tentamina et obſeruationes 435 ſq. earum transplantationis declarationi praemium expoſitum 358 ſeq. in quibus et quo tempore mel ceram apes colligunt 643 ſqq. Hallandiae indigenae 594 hybridae, de iis tentamina 436 ſeqq. num ſponte generentur? ibid. earum natura ibid. earum tranſitus in plantas naturales 438
Platinae

Platinae del Pinto examen chemicum 17
Platner, Ern. acad. Lipſienſis extraordinarius medicinae profeſſor 710
Plenciz, Marc. Ant. opera medico-phyſica Tom. I. II. III. IV. 126
Plethorae definitio 693. differentiae ibid. ſeq. quatenus ei venaeſectio medeatur 695 ſq.
Pleuritis, de ea eiusque curatione obſeruationes 521 ſq. 523
Ploos, Cornel. ſociet. ſcient. Harlemenſ. ſocius 175
Plotus, anſerum genus 327
Podagra, in ea remedium 199
Poerner, Car. Guil. ſelectus materiae medicae 621
Pollicis phalanx vltima cum tendine flexoris auulſa 203 ſeq.
Poloniae mineralogia et ſolum 468 ſeq. regiones arenoſae 469 margaceae 470. metallicae 471. ſalinae ibid.
Polypus vteri exſtirpatus 203 eum ligatura auferendi modus 419
Porcus Guineenſis 681
Porri venerei, quid? 483 ſeq.
Potulentorum variorum grauitas ſpecifica 595 ſeq.
Pouc, muris ſpecies 680
Pouteau, iun. conſtituit praemium optimae declarationi naturae et remediorum cancri 171
Proboſcidea, planta genus 83
Proceritatis corporum cauſſa 29
Pſophia crepitans Linn. 494
Puerperarum cura et diaeta 348 morbi 231. morbi varii eorumque curatio 420 ſeq. dyſuria lethalis 45
Pulli in ouo incubato formatio, de ea obſeruationes 529 ſeq.
Pulmonum abſceſſus a fruſto panis intruſo 60 ſeq. accretio ad pleuram 44. defectus in cadauere 445. ſtatus ſingularis morboſus 62 ſeq.
Pulſus, eorum differentiae 314 eos explorandi ratio 479 critici varii obſeruati 607 intermittens obſeruatus 604
Purpura morbus, vid. *Miliaria.*
Putredinis cauſſa verminoſa 128 nexus cum contagio morborum ibid.
Putridi morbi, eorum cauſſa et curatio 115 ſeq. vtrum epidemici, an contagioſi? 339 ſq.
Pyrawarthenſis aqua medicata 48 ſeq.
Pytheque, vid. *Pithecus.*

Q.

Quadrupedum, vterus conceptus et foetus 531 ſeq.
Quercus marina, fucus 79. eius vſus in ſcrophulis ibid. ſal lixiuioſus 80

R.

Rabiei caninae periculum 224
Raieczenſes thermae 53
Rakanienſe incruſtatum 161
Ranunculus paluſtris an aegolethrum Plinii? 279
Rash Anglorum, exanthema 637
Razoux, Tables noſologiques et meteorologiques 601
Rehauienſis riuulus margaritis plenus 108 ſeq.
o Reilly, Iac. Tractatus de ortu ac indole, contentis, viribus medicis ac vſu aquarum mineralium Stecknicenſium 91
Renum

Renum abſceſſus ex veſicae calculo 37. hydrops, eius diagnoſis et curatio 305 ſeq.
Reſinae odorem moſchi habentis praeparatio 274
Reſoluentia medicamenta, eorum indoles et diſtinctio 629 ſeqq.
Reſpiratio impedita ab aere elaſtico 276 ſeq.
Retina, an viſionis praecipuum organum? 200 ſeqq. in piſcibus diſquiſita 459 ſeq.
Rhabarbarum verum offic. 74 eius vſus in dyſenteria 613 618. 620. eius praeparatorum vires et vſus in morbis 625 ſeq. extractum et ſal eſſentiale 266
Rheumatici dolores, contra eos remedium 605 ſeq.
Rheumatiſmi electricitate curati 18
Rhinocerotis cornu duplex 497
Ribes groſſularia 82
Richter, Aug. Gottlieb, Progr. de variis cataractam extrahendi modis 538
Rickmannus, med. prof. extraord. Ienenſ. 364
Roborantium remediorum indoles et differentia 628 ſeq.
Roederer, Io. Georg. elementa artis obſtetriciae. Edit. H. A. Wrisberg 249
Roſmarus, animal, eiusque ſpecies 406. 408 ſqq.
Rothomagienſis acad. ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1768 et 1769 170 ſeq.
Rubigo, frumentorum morbus quid? 129. eius cauſſa ſeminium verminoſum 130 nexus cum morbis contagioſis ibid.
Rudolphus, Io. Phil. Iul. acad. Erlangenſis extraordinarius medicinae et oeconomiae profeſſor 709
Ruſſicae ſocietatis iter per Ruſſiam inſtituentis hiſtoria 179 ſeq.

S.

Sagouins, animalium charactères et ſpecies 656. 672
Saï, ſimiae ſpecies 675
Saïmiri, ſimiae ſpecies 676
Sajou, ſimiae ſpecies 674
Saki, ſimiae ſpecies 676
Sal nouus Fridericianus aperitiuus 107. alcali mineralis in Pico monte in inſula Tenerifa repertus 61. commune, de eius lixiuii terra experimenta chemica 273 ſeq. commune Burgundicum panis formam habens, eius vitia corrigendi modus 463 ſeq. ſalis gemmae fodinae in Polonia 472 ſeq. marini vſus contra morſum ſerpentis crotalophori 71. tartari vſus et effectus antacidus 632
Salab, radicis vſus 515. vſus in dyſenteria 620
Salicis albae cortex cortici peruuiano ſubſtituendus 650
Salicornia annua, planta 78 eius examen chemicum ibid.
Salinae de Pecais dictae 214. comitatus Burgundiae 463. ſalini fontes in locis excelſis reperiundi 508
Saliuationes inopinatae, ſed proſpere ſuccedentes 100 ſq. ſaliuationis mercurialis vſus in colica neruoſa 116 in dyſuria chronica 120
Sandifort, Eduard. ſociet. reg. ſcient. Suecicae et phyſico-

medicae Baſileenſis ſocius 176
Sanguis, in aegris venereis cruſta obductus 483. in eo vermis repertus 106. eius ſerum microſcopio diſquiſitum 102
Sapajous, animalium characteres et ſpecies 656. 672
Saponariae radicis virtus et vſus 519
Saricovienne, animal 405
de Sauvages, Franc. Boiſſierii, memoria et ſcripta 554 ſeqq.
Scabiei cauſſae 230. ſcorbuticae ſpecies et curatio 123. retropulſae noxa 124
Scarabaeorum naturae et contra eos remediorum declarationi praemium expoſitum 174
Scarlatina quid 137. eius differentia et ſymptomata 137 139. ſtadia 138. de ea variorum auctorum relationes 138 ſeq. eius cauſſae 139 ſq. cauſſa materialis verminoſa 140 ſymptomata et ſedes ib. prognoſis 141. curatio 141 ſeqq.
Schaeffer, Iac. Chriſt. *Zweifel und Schwierigkeiten, welche in der Inſectenlehre vorwalten* 148. elementa entomologiae 150
Schaeffer, Io. Gottlieb, *electriſche Medicin* 46
Schloſſer, Io. Alb. obiit 178
Schluga, Io. Bapt. primae lineae cognitionis inſectorum 352
Schmiedel, Caſimir. Chph. icones plantarum et analyſes partium 81
Schreber, Io. Chriſt. Dan. acad. Erlangenſis ordinarius medicinae et oeconomiae profeſſor 710
Schwencke, principi Naſſouienſi variolas implantauit 179
Sciaena iaculatrix, piſcis 504
Scirrhus, eius ſedes, cauſſae et ſigna 448. contra eum remedia 223
Sciurus, eius nouae ſpecies 326 volans animal 242
Scleria, nouum plantae genus 14
Scorbuti cauſſae et claſſes 122 curatio 221
Scorias metallorum tractandi modus 592
Scriptorum phyſico - medicorum, quae an. 1763 prodierunt, indicis ſupplementum alterum 183. anni 1764 ſupplementum 184 ſeqq. anni 1765 index 369. huius continuatio 561 ſqq.
Scrophuloſi morbi, in iis remedium 79
Scroti telae celluloſae induratio 45
Secalis, frumenti vitia 65. ſpecies *Staudenkorn* dicta 105 cornuti eſus morborum cauſſa 66 ſeq. morborum ab eo oriundorum curatio 67
Sedantium remediorum indoles 614 ſeq.
Seefeld, Comes de Töring, ab acad. elector. Bauarica praemium accepit 173 ſq.
Semperuiuum petalis fimbriatis ſobole patula 85
Senega, radicis vſus 516
Sepiae eiusque liquoris nigri anatome 214 ſeq.
Sericum aranearum duplex, eiusque vſus 205 ſeq. eius analyſis chemica et vſus medicus 206 ſeq.
Serpentes regni Boruſſici 97
Serpentinus lapis, vid. *Lapis.*

Serpulae, animalium genus 245
Sertularia Linn. zoophytum 158
Serval, animal 400
Setacei vſus in ophthalmia 118
Silices, eorum ſpecies, color, forma et ortus 466 ſeqq.
Simarubae vſus in dyſenteria 619
Simia, eius character generalis, indoles et hiſtoria naturalis 654 ſeqq. ſpecies nouae 324 ſimia mormon 585 ſeq. ſatyrus Linn. 657 ſeqq. ſyluanus Linn. 659 ſeq. ſphinx L. 661 maimon L. ibid. ſilenus Linn. 662. veter L. ibid. nemeſtrina L. 663. cynomologus L. 663 ſeq. aigula L. ibid. faunus L. 665. aethiops L. 665 ſeq. ſabala L. 667. belzebul L. 672. ſeuiculus L. 673. paniſcus L. 673. diana L. ibid. capucina L. 674. ſciurea L. 676. pithecia L. 676. midas L. 677. iachus L. ib. roſalia L. 678. oedipus L. ibid.
Siren, amphibiorum genus 329 lacertina Linn. 505. eius anatome 515
Smellie's, Will. collection of preternatural caſes and obſervations in Midwifery, Vol. III. 341
Smiridis formatio 508
Soda, de ea obſeruata chemica 478
Solander, iter ad patagonicam inſulam faciens 180
Solidarum corporis humani partium morbi 313
Somershamenſis aqua mineralis, eius indoles, vſus et partes conſtituentes 496
Soricis nouae ſpecies 325
Souslik, muris ſpecies 680
Spadanarum aquarum mineralium ſpiritus elaſticus 93
Spartii ſcoparii vtilitas 21 ſeq.
Spaſmi definitio et genera 315
Spielmann, Iac. Reinbold. de argilla ſpecimen 699
Spinae bifidae cauſſa 309 ſeq. ventoſae cauſſa et ſymptomata 448 ſeq. contra hanc remedium externum eiusque applicatio 449 ſeqq.
Spiritus mineralis elaſtici aquarum mineralium natura et noxa 70. vitrioli vſus in variolis malignis 135
Spongia, zoophytorum genus 162 ſeq. 332. eius formatio et natura animalis 72 ſeq.
Stannum natiuum genuinum in Cornubia repertum 497. 512 593. de eo dubia 498 ſeq.
Steatoma thoracis permagnum 277
Stecknicenſium aquarum mineralium ortus ac indoles 92 contenta 93 ſq. vires medicae 95. vſus ibid. ſeq.
Stinci natura et vſus 516
Suber, eius potentia ſuſtentandi corpora ſpecifice aqua grauiora in ſuperficie diuerſarum aquarum experimentis declarata 64. montanum, minera 476 ſeq. ſolum, vbi reperitur 477 ſeq.
Submerſae grauidae diſſectio 104. ſubmerſos vitae reſtituendi conſilia et modus 360 ſeqq. 552. horum in vitam reſtitutionis cauſſa ſocietas Amſtelodami inſtituta 170
Succini oleum, ex eo et ſpiritu nitri reſina paratur 274

Sudor dextri lateris in puero obſeruatus 650. circa collum in febribus putridis vermium ſignum 605
Sues, vid. *Sus.*
Suffocationis ſtridulae natura et ſymptomata 334 ſeqq. curatio 335. 337. ſedes 336
Sultzer, Io. Caſp. ſociet. naturae indagatorum Tigurinae ſocius 551
Superfoetationis exemplum 413
Surditas electricitate curata 18
Surikate, animal 392
Sus, eius differentia quoad dentes 493. Guineenſis 681
Süſsmilch, Io. Petr. obiit 552
van Swieten, Gerard. L. B. effigies aenea in auditorio medico Viennenſi poſita 364
van Swinden, Io. Henr. ſociet. ſcient. Harlemenſ. ſocius 550
Symons, John, obſervations on vapor - bathing and its effects 541

T.

Taenia, an zoophytum? 163 vermis, de ea obſeruata 502 contra eam remedia 108 122. hydatula, animal 246 ſq. hydatigena 247 ſeq.
Talapouin, ſimiae ſpecies 668
Talpa aurata, animal 680
Tamarin, ſimiae ſpecies 677
Tamarindorum vſus in dyſenteria 613 ſeq.
Tapeti, animal Braſilienſe 683
Tarſier, animal 392
Tayra, muſtelae ſpecies 682
Teganium procumbens, planta 85
Tellinarum tracheae 77
Telluris mutationes in climate frigidiori 10 ſeqq.
Terebinthinae olei virtus in carnis geneſi ſuper oſſa denudata 204
Teredo, eius character et ſpecies 21. chryſodon 20 ſeq.
Terrarum definitio, differentia et genera ſumma 700 genera et differentia ad culturam arborum 432. terrae motuum hiſtoria et antiquitas 144. cauſſae ibid. ſeqq. phaenomena praecipua 146 ſeq.
Teſtaceorum genera et characteres 332
Teſtudinis terreſtris tracheae ſtructura 508. teſtudinum vſus oeconomicus in Boruſſia 96
Teſticuli exſtirpatio 425. praeciſio 426
Tetanus maxillae inferioris 116 ſeq. lethalis 63
TheodoroPalatinae acad. ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1768 et 1769 174
Thermae, earum ortus 51 Trencſinenſes ibid. ſeq.
Thermometricae obſeruationes 205
Thermometrum ſuecicum cum Fahrenheitiano comparatum 9
Thlaſpi, eius vſus contra cimices 597
Thyreoidea glandula, hydatidibus referta 446
Timmermann, Theod. Gerh. periculum medicum belladonnae 544
de

de Töring Seefeld, Comes, vid. *Seefeld.*
Tolai, cuniculi ſpecies 679
Tourmalini indoles et proprietates electricae 509. 582 eae quomodo innotuerint 583. Braſilienſes rudes 582 eorum examen mineralogicum 583 ſeq. Ceylanenſes, de iis experimenta 581 ſq.
Tracheae tunica interna tuſſi reiecta 452 ſeq. ſtructura in auibus nonnullis et teſtudine terreſtri 507
Transactiones philoſophicae Vol. LV. 58. Vol. LVI. 495
Trencſinenſes comitatus hydrographia 50. thetmae 51 ſeq. acidulae 53
Trew, Chriſtoph. Iac. obitus 365. memoria et ſcripta 718
Trichecus roſmarus et manati Linn. 405. 408 ſq.
Trichiaſis curatio 424 ſeq.
Tropaeolum quinquelobum, planta 4
Tubipora, zoophyti genus 161
Tubularia, zoophytum 158
Tucan, animal 682
Tuma, Franc. Diſſ. de aqua Pyrawarthenſi 48
Tumor inguinalis ſcirrhoſus, eius exſtirpatio 103. oedematoſus genu 124. tumores varicum et aneuryſmatis naturam ſimul habentes 211 ſeq. tumorum cyſticorum ſpecies et curatio 224
Turmalinus, vid. *Tourmalinus.*
Turundarum vſus reiectus 290
Tuſſis conuulſiuae infantum curatio 121. ferinae infantum curatio 650

V.

Vacca grunniens 679. marina, animal 408
Valerianae radicis vis antiſpasmodica 256
Vanigliae natura et vſus 518
Vanſire, animal 397
Vaporis balnea, vid. *Balnea.*
Vari ſeu Varicoſſi, animal 398
Varicum et aneuryſmatis naturam ſimul habens tumor 211 ſeq.
Variolae, earum cauſſa ſeminium verminoſum 133 ſeq. antiquitas ibid. diuiſio et differentiae ibid. ſymptoma peſſimum micturitio 134. curatio 135 ſq. earum ſtatus in Suecia 534 ſeq. inoculatio, vid. *Inoculatio.* in infante neonato obſeruatae 534. iis veſicatoriorum ope medendi methodus 647 ſqq. artificiales, iis accedentes morbilli 589 ſeqq. malignae, earum curatio 102 ſeq. naturales bis accedentes 607. artificialibus ſuccedentes 608
Varioloſa febris ſine variolis 534. 536
Vaſorum corporis humani morbi 314. corporum animatorum motus cauſſae 213. vaſa ſeminalia, de iis obſeruationes 528
Vegetabilium extracta et ſalia eſſentialia parandi methodus 265 ſeq.
Venae cauae concretio 297 emulgentis aberratio 294

Venaeſectionis diſtinctio 694 vſus et abuſus in grauidis 412. in parturientibus 414 ſq. in pleuritide 522. in variis plethorae ſpeciebus 695 ſeq. vſus et noxa in febre ardente 220. vſus in infantibus 421. in melancholia neruea 255 ſeq. 257. humorali 262 ſeq.
Venerea lues, eam curandi methodus 102. eius curationes mercurio ſublimato peractae 481 ſeqq. de ea obſervata 482 ſeq.
Venti calidarum regionum frigidiuſculi in mari et terra flantes 110
Ventilator aeri in nauibus noſocomiisque mutando aptus 592. 598
Ventriculi morbi 443. 606. mala conformatio 649 ſeq. preſſionis vis in cibos 207. 211
Veratri vſus in melancholia 262
Vermes, de iis obſeruationes 502. conuulſionum cauſſa 27 in ductu choledocho et pancreatico reperti 444. e naribus egreſſi 606. ex puſtulis varioloſis prorumpentes ib. vermis in ſanguine repertus 106
Verminoſum miaſma cauſſa contagii morborum 127 cauſſa putredinis 128. cauſſa rubiginis frumentorum 130 cauſſa variolarum 133 ſeq.
Verſionis vſus in extractione foetus mortui 704
Veſica vrinaria contracta et calloſa 444 ſeq. eius tumor inflammatorius 119. huius ſigna, ſpecies et curatio ibid.
Veſicatoriorum praeparatio et vſus inſignis in variolis 648 ſq. vſus in inflammatione metaſtatica 689. in pleuritide 521
Veſpertilio, animalium genus 242. eius ſpecies 399. cephalota 493 ſq. ſoricinus 242
Veterinariae rei incrementa 362 ſeq.
Vini aciduli vſus in dyſenteria maligna 619. varii grauitas ſpecifica diuerſa 595 ſeq.
Vipera cornuta aegyptiaca 511 viperarum gelatinae natura 516. morſus, contra eum remedium 15 ſeq.
Virginum genitalia 295 ſeq.
Viride aeris, de eo obſeruatio 208
Viſio, vtrum fiat ſuper retina, an vero ſuper choroidea? 200 ſeqq.
Vitreus oculi humor in piſcibus 460 ſqq.
Vitriolici acidi effectus in lapides diuerſos 272 ſeq.
Vitriolum martis, de eo obſervatio 274
Vituli contagio infecti, de iis experimenta 553
Viuerra Linn. eius quaedam ſpecies 403. ichneumon Linn. 396 ſeq.
Vlcerum tractandorum emendationi praemium conſtitutum 356
Vnau, animal 390 ſeq.
Vomitus habitualis cauſſa ſingularis 606
Vrina, num omnis per renes ſecernatur 198. eius excretio

tio per vrethram et anum 298. retentio lethalis a calculo renum 101. pueri vel adoleſcentis remedium in febribus contumacioribus 220

Vrſus albus regionum ſeptentrionalium 679

Vteri excreſcentia exſtirpata 203. haemorrhagia violenta 344. hydrops in grauida 40 orificii dilaceratio eiusque curatio 344. orificii craſſities et rigiditas nimia 346. polypi eorumque curatio 419 vaginae prolapſus in partu 417

Vuae vrſi deſcriptio botanica 164 ſeq. locus natalis 166 chemica analyſis ibid. vſus in calculo 166 ſeqq. virtus in calculo dubia 222. 427. vſus oeconomicus 168

Vuea oculi tunica in piſcibus 462

Vulnerum eorumque conſolidationis ratio pathologica 316. deligationis frequentioris praerogatiua prae rariori 209. ſutura 125

W.

Weigen, artis obſtetriciae medicus Argentorat. 552

Wenzelii methodus cataractam extrahendi 538 ſeq.

Winkler, Io. Heinr. *Unterſuchungen der Natur und Kunſt* 86

Wulff, Io. Chph. ichthyologia cum amphibiis regni Boruſſici 96

van de Wynperſſe, Dionyſ. ſociet. ſcient. Harlemenſ. ſocius 550

Z.

Zemmi, muris ſpecies 680

Zeolithus vitreſcens electricus 582. 584

Zetzell, Pehr, Tal om en Svenks Soldats föda i Fält 55

Zibelline, animal 404

Zimmermann, Io. Georg. *von der Ruhr unter dem Volke im Jahr* 1765 cet. 609

Ziſel, muris ſpecies 680

Zoologica ſpicilegia 491

Zoophytorum definitio 155 ſq. elenchus 153 ſeq. natura et inuentio 154 ſeqq. genera 157 ſeqq.

Zorille, animal 403

Emendanda.

Emendanda.

Pag. 1. MDCCLVIII. lege MDCCLXVIII. p. 4. lin. 5. grauiſſime lege grauiſſima. p. 6. lin. 18. inprimis l. in primis. p. 7. lin. 12. infeſtum l. infeſtus. p. 8. lin. 12. naturalem 37 gradus l. naturalis 37 gradum. p. 11. lin. 15. cumuli l. cumulis. p. 16. lin. 7. cochleari l. cochleare. p. 22. lin. 3. ſumendae l. ſumendi. p. 23. lin. 13. ille l. illae. lin. 16. naturae magneſiam l. naturam magneſiae. p. 27. lin. 23. duabus l. duobus. p. 35. lin. 1. reddit l. reddat. lin. 4. eadem hac l. eadem haec. lin. 6. inſeruiens l. inſeruientem. lin. 8. Carrarienſis l. Carrarienſes. lin. 24. propiamque l. propriamque. p. 37. lin. 1. inflictio l. inflictis. p. 39. lin. 5. riuntur l. oriuntur. p. 40. lin. 19. alterum l. alteram. p. 48. lin. vlt. paragaphorum l. paragraphorum. p. 52. lin. 31. rationihus l. rationibus. p. 58. lin. 5. Vol. LIV. l. Vol. LV. lin. 12. Vol. LIV. l. Vol. LV. p. 60. lin. 14. ſpeciſica l. ſpecifica. p. 65. lin. 13. Regiae l. Regia. p. 69. lin. 11. pellucidati l. pelluciditati. p. 85. lin. 28. interiobus l. interioribus. p. 88 lin. 11. expemerimentis l. experimentis. p. 95. lin. 34. mineralis l. minerales. p. 103. lin. 18. hiſtoriae l. hiſtoria. p. 104. lin. 2. hydatitibus l. hydatidibus. p. 121. lin. 4. poeniae l. poeoniae. lin. 22. eum l. eam. p. 127. lin. 20. mos l. mox. p. 133. lin. 29. agreſſa l. aggreſſa. p. 134. lin 28. quaque l. quoque. p. 148. lin. 22. regio l. regis. p. 155. lin. 5. earum l. eorum. p. 157. lin. 18. qua l. quam. p. 159. lin. 11. affetur l. affertur. lin. 12. mediteranei l. mediterranei. p. 167. lin. 22. ſabulos l. ſabula. p. 177. lin. 17. Lugduni l. Rothomagi. p. 184. lin. 7. HAADLEY l. HOADLEY. p. 216. lin. 10. detegerunt l. detexerunt. p. 222. lin. 33. octingenti l. octingentas. p. 228. lin. 2. hypogaſtrico l. hypogaſtrio. lin. 34. eorum l. earum. p. 239. lin. 5. diſtinguntur l. diſtinguuntur. p. 240. lin. 1. ipſum l. ipſam. p. 243. lin. 2. lacinam l. laciniam. p. 255. lin. 2. ni l. in. p. 268. lin. 1. flaccis l. floccis. lin. 13. calore l. colore. p. 272. lin. 16. diſquiſita l. diſquiſitae. p. 276. lin. 29. Obſerutio l. Obſeruatio. p. 282. lin. 13. quae l. quas. p. 284. lin. 20. didicunt l. dicunt. lin. 31. Acris l. Aeris. p. 288. lin. 1. veterenariae l. veterinariae. p. 296. lin. 26. MONRONIS l. MONROI. p. 301. lin 16. multas l. multae. p. 302. lin. 30. apertum l. apertam. p. 310. lin. 12. tales l. talis. p. 315. lin. 22. hanc l. hunc. p. 328. lin. 16. autumnaalis l. autumnalis. p. 338. lin. 25. ſangine l. ſanguine. p. 358. lin. 20. Pauca l. Paucae. p. 390. lin. 2. iniutat l. inuitat. lin. 15. dictatylus l. didactylus. p. 394. lin. 14. paret l. parat. p. 407. lin. 12. PANSONS l. PARSONS. p. 421. lin. 28. Lactare l. Lactari. p. 451. lin. 2. praecipua l. praecipue. p. 459. lin. 32. gere l. genere. p. 474. lin. 1. celebratur l. celebrantur. lin. 14. angillae l. argillae. p. 479. lin. 30. inflammationum l. inflammatorium. p. 491. lin. 13. quarum l. quorum. p. 523. lin. 10. quo l. qua. p. 531. lin. 10. ſiſtens l. ſiſtente. p. 533. lin. 15. ſanguine l. ſanguinis. p. 540. lin. 25. quanta copia l. quantam copiam. p. 582. lin. 32. vno l. vni. p. 583. lin. 9. flore l. florae. p. 586. lin. 13. praeternaturalem l. praeter naturalem. p. 621. lin. 12. conſtutiuas l. conſtitutiuas. lin. vlt. diuerſa, l. diuerſo. p. 631. lin. 5. calefaciunt l. calefaciant.